Θ' Παρελθὼν δ' ὁ ἱερεὺς (ἦν δ' εἰπεῖν οὐκ ἀδύνατος, μάλιστα δὲ τὴν Ἀριστοφάνους ἐξηλωκὸς κωμωδίαν) ἤρξατο αὐτὸς λέγειν πάνυ ἀστείως καὶ κωμωδικῶς εἰς πορνείαν αὐτοῦ καθαπτόμενος, Παρὰ τὴν θεόν, λέγων, λοιδορεῖσθαι μὲν οὕτως ἀκόσμως τοῖς εὐ βεβιωκόσι, στόματος ἐστὶν οὐ καθαροῦ. Οὗτος δ' οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τὴν γλῶτταν μεστήν ὕβρεις ἔχει. Καὶ τοί γε νέος ὢν συνεχίνοτο πολλοῖς αἰδοῖσι ἀνδράσι καὶ τὴν ὄραν ἅπασαν εἰς τοῦτο δεδαπάνηκε. Σεμνότητα δέδρακε καὶ σωφροσύνην ὑπεκρίνατο, παιδείας προσποιούμενος ἔρᾶν καὶ τοῖς εἰς ταύτην αὐτῷ χρωμένοις πάντα ὑποκύπτων καὶ ὑποκατακλινομένοις αἰεὶ. Καταλιπὼν γὰρ τὴν πατρῴαν οἰκίαν, ὀλίγον ἑαυτῷ μισθώσαμενος στενωπέϊον, εἶχεν ἐνταῦθα τὸ οἶκημα, ὀμηρίζων μὲν τὰ πολλὰ, πάντας δὲ τοὺς χρησίμους πρὸς ἅπερ ἤθελε προσηταιρίζετο δεχόμενος. Καὶ οὕτω μὲν ἀσκεῖν τὴν ψυχὴν ἐνομιζέτο. Ἦν δ' ἄρα τοῦτο καχοργίας ὑπόκρισις. Ἐπειτα κἂν τοῖς γυμνασίοις ἐωρῶμεν, πῶς τὸ σῶμα ὑπεληΐφετο καὶ πῶς πληκτρον περιέβαινε καὶ τοὺς μὲν νεανίσκους, οἷς προσεπάλαιε, πρὸς τοὺς ἀνδρειότερους μάλιστα συμπλεκόμενος· οὕτως αὐτοῦ κέχρηται [καὶ] τῷ σώματι. Ταῦτα μὲν οὖν ὠραῖος ὢν. Ἐπεὶ δ' εἰς ἄνδρας ἤκε, πάντ' ἀπεκάλυψεν, ἃ τότε ἀπέκρυπτε. Καὶ τοῦ μὲν ἄλλου σώματος ἔξωρος γενόμενος ἡμελεσε, μόνην δὲ τὴν γλῶτταν εἰς ἀσελγειαν ἀκονᾶ καὶ τῷ στόματι κρηῖται πρὸς ἀναισχυντίαν, ὑβρίζων πάντας, ἐπὶ τῶν προσώπων φέρων τὴν ἀναίδειαν, ὃς οὐκ ἠδέσθη τὸν ὕψ' ὑμῶν ἱερωσύνην τετιμημένον οὕτως ἀπαιδεύτως βλασφημιῶν ὑμῶν ἐναντίον. Ἄλλ' εἰ μὲν ἄλλοθι που βεβιωκὸς ἔτυχον, καὶ μὴ παρ' ὑμῖν, ἔδει μοι λόγων περὶ ἑμαυτοῦ καὶ τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων· ἐπεὶ δὲ σύνοιστέ μοι πόρρω τῶν τούτου βλασφημιῶν τὸν βίον ἔχοντι, φέρ' εἴπω πρὸς ὑμᾶς περὶ ὧν ἐγκέκλημαι. Ἐλυσας, φησί, τὸν θανάτου κατεγνωσμένον· καὶ ἐπὶ τούτῳ πάνυ δεινῶς ἐσχετλίασε, τύραννον ἀποκαλῶν με, καὶ ὅσα δὴ κατετραγώδησέ μου. Ἔστι δ' οὐχ ὁ σώζων τοὺς συκορανηθέντας τύραννος, ἀλλ' ὁ τοὺς μηδὲν ἀδικούντας * * * μῆτε βουλής, μῆτε δήμου κατεγνωκός. Ἦ κατὰ ποίους νόμους, εἰπέ, τοῦτον τὸν ξένον νεανίσκον κατέκλεισας πρῶτον εἰς τὸ δεσμωτήριον; Τίς προῖδρον κατέγνω; Ποῖον δικαστήριον ἐκέλευσε δεθῆναι τὸν ἄνθρωπον; Ἔστω γὰρ πάντα ἀδικήσας, ὅσ' ἂν εἴπης, ἀλλὰ [καὶ] κρηθήτω πρῶτον, ἐλεγχθήτω, λόγου μεταλαβίων. ὁ νόμος αὐτὸν, ὁ καὶ σοῦ καὶ πάντων κύριος, δησάτω. Οὐδενὸς γὰρ οὐδεὶς ἐστὶν ἄνευ κρίσεως δυνατώτερος. Κλείσων οὖν τὰ δικαστήρια, κά-

que criminis reus cum sit, tametsi pœnas dederit, non tamen dedisse videbitur, nimirum quia morte semel affectus, alterius etiam mortis reus futurus est. Reliquum nunc est, ut de hac serva mea, venerandoque sene isto, ejus patrem se mentiente, sermonem faciam: verum eo usque differre mihi animus est, dum de hisce aliis decernatis. Atque hic ille dicendi finem fecit.

IX. Tum vero in medium progressus sacerdos, homo ad dicendum impiger, et in Aristophanis lectione haud oscitanter versatus, sane quam urbane atque comice in flagitiosam Thersandri adolescentiam invectus: Probos, hercule, inquit, viros coram dea tam petulanter maledictis insectari, oris est omnino impuri. Is autem non hic modo, sed alibi etiam passim effundendis contumeliis paratam linguam semper habuit: quippe adhuc impuber cum impudicissimis quibusque versatus, omnem in hoc ætatem consumpsit. Disciplinarius tamen studiosum se simulans, probos mores et continentiam præ se ferebat, iis interim obnoxius atque obsequens, qui pro libidine se abutebantur. Paterna enim domo relicta, in conducto angiportu cellam instituit plerumque libidinosam venere utens, partim vero neminem vitans eorum quos ad ea quæ cupiebat idoneos cognosceret, quæstum fecit. Atque animum suum excolere hac ratione credebatur; pravitatem suam ita scilicet celabat. Vidimus vero ipsi, ut in gymnasiis membra inungeret, calamus circumiret; et adolescentem, quibuscum luctabatur (ad fortiores autem sese imprimis applicabat); ita corpore abusus est. Atque hæc quidem adolescens. Nam posteaquam virilem ætatem attingit, quæcunque clam ab eo antea gesta fuerant, palam fecit. Jamque natu grandior, cum ad ea patienda, quæ alteri facere collibuerat, exolevisset, nihil pensi habuit, nisi unam ad petulantiam linguam exacuere: qua semper ad turpitudinem ita usus est, ut in omnes convicia evomerit, vultu eam, quam animo conceperat, procacitatem præ se ferens, eoque ut quem vos sacerdotio dignum judicavistis, coram vobis tam petulanter exagitare veritus non sit. Quod si mihi alibi, quam in vestro omnium conspectu verissey contigisset, copiosius utique de me, deque vita mea verba facere me oporteret: sed quando vos mecum ipsi scitis, quam procul semper vitam duxerim ab iis, quorum iste me insinulat, ea tantum refellam, quæ mihi nunc ab eo crimini dantur. Solvistis, inquit, morti addictum: atque hic quidem vehementer indignatus est, tyrannum me appellans, aliaque permulta maxima cum acerbitate in me jactans, sed tyrannus non ille est, qui falso accusatos servat sed qui insontes atque neque a senatu neque a populo damnatos (perdit.) Verum age, obsecro, quibusnam legibus peregrinum tu adolescentem hunc in carcerem primum intrusisti? Quis presidium id censuit? Quibus judiciis homo vinciri jussus est? Sed ut omnium, quæ asseris; reum esse fateamur: sed et primum inquiratur in eum, argumentis convincatur se detendendi occasionem nactus. Lex, quæ in te aliosque omnes imperium habet, eum vinciat. Neque enim cuiquam in alium sine iudicio

θελε τὰ βουλευτήρια, ἔκβαλε τοὺς στρατηγούς. Πάντα γὰρ ὅσα σὺ πρὸς τὸν πρόεδρον εἶρηκας, ἔοικα δικαιοτέρων εἶναι κατὰ σοῦ ἀληθῶς. Ἐπανάστηθι Θερσάνδρῳ, πρόεδρε. Μέχρι μόνων ὀνομάτων πρόεδρος εἶ. Οὗτος τὰ σὰ ποιεῖ. Μᾶλλον δ' ὅσα οὐδὲ σὺ. Σὺ μὲν γὰρ συμβούλους ἔχεις, καὶ οὐδὲν ἄνευ τούτων ἔξεστί σοι· ἀλλ' οὔτε τι τῆς ἐξουσίας δράσεις ἂν πρὶν [ἦ] ἔλθειν ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον· οὐδ' ἐπὶ τῆς σῆς οἰκίας ποτὲ δεσμὸν ἀνθρώπου κατέγνως. Ὅ δὲ γενναῖος οὗτος πάντα ἑαυτῷ γίνεται, δῆμος, βουλή, πρόεδρος, στρατηγός. Οἴκοι κολάζει καὶ δικάζει καὶ δεθῆναι κελεύει, καὶ ὁ τῆς δίκης καιρὸς ἑσπέρα ἐστί. Καλὸς γε καὶ ὁ νυκτερινὸς δικαστής. Καὶ νῦν πολλάκις βοᾷ, Κατάδικον ἔλυσας θανάτῳ παραδοθέντα. Ποῖον θανάτῳ; ποῖον κατάδικον; Εἰπέ μοι τοῦ θανάτου τὴν αἰτίαν. Ἐπὶ φόνοι κατέγνωσται, φησί. Περφόνευεν οὖν; εἰπέ μοι τίς ἐστίν; Ὁν ἀπέκτεινε καὶ ἔλεγεσ ἀνηρῆσθαι, ζῶσαν βλέπεις, καὶ οὐκ ἂν εἴη τολμήσειας τὸν αὐτὸν αἰτιάσθαι φόνου; Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο τῆς κόρης ἐστὶν εἶδωλον· οὐκ ἀνέπεμψεν ὁ Αἰδωνεύς κατὰ σοῦ τὴν ἀνηρῆμένην. Δυσὶ μὲν οὖν φόνους ἔνοχος εἶ. Τὴν μὲν γὰρ ἀπέκτεινας τῷ λόγῳ, τὸν δὲ τοῖς ἔργοις ἠθέλησας, μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην ἔμελλες. Τὸ γὰρ δροχιά σου τὸ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἠκούσαμεν. Ἡ δ' Ἄρτεμις ἡ μεγάλη θεὸς ἀμφοτέρους ἔσωσε· τὴν μὲν ἐκ τῶν τοῦ Σωσθένους χειρῶν ἐξαρπάσασα, τὸν δὲ, πῶν σῶν. Καὶ τὸν μὲν Σωσθένην ἐξήρασας, ἵνα μὴ κατάφυρος γένηται. Οὐκ αἰσχύνῃ δὲ, ὅτι κατηγορῶν, τοὺς ξένους ἀμφοῦ συκοφαντῶν ἐλήλεγξαι; Τὰ μὲν ἐμὰ ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω πρὸς τὰς τούτου βλασφημίας, τὸν δ' ὑπὲρ τῶν ξένων λόγον αὐτοῖς τούτους παραδίδωμι.

Υ. Μέλλοντος δ' ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῆς Μελίτιττος ἀνδρός, οὐκ ἀδόξου μὲν ῥήτορος, ὄντος δὲ βουλῆς, λέγειν, φθάσας ῥήτορ ἕτερος, ὄνομα Σώπατρος, Θερσάνδρου συνήγορος, Ἄλλ' ἐμὸς, εἶπεν, ἐντεῦθεν ὁ λόγος κατὰ τούτων τῶν μοιχῶν, ὃ βέλτιστε Νικόστρατε (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ μῶ ῥήτορι) εἶτα σός· ὁ γὰρ Θέρσανδρος ἂ εἶπε, πρὸς τὸν ἱερέα μόνον ἀπετίνατο, ὀλίγον ἀψάμενος ὅσον ἐπιπαῦσαι καὶ τοῦ κατὰ τὸν δεσμῶτην μέρους. Ὅταν οὖν ἀποδείξω δυσὶ θανάτοις ἔνοχον ὄντα, τότε ἂν εἴη καὶ σοὶ καιρὸς ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας. Ταῦτ' εἰπὼν καὶ τερατευσάμενος καὶ τρίψας τὸ πρόσωπον, τῆς μὲν τοῦ ἱερέως, ἔφη, κωμωδίας ἠκούσαμεν, πάντ' ἀσελγῶς καὶ ἀναισχύντως ὑποκριναμένου τὰ εἰς τὸν Θέρσανδρον προσκρούσματα. Καὶ τοῦ λόγου τὸ προοίμιον πέμψει εἰς Θέρσανδρον ἐφ' οἷς αὐτὸν εἶπεν. Ἄλλὰ Θέρσανδρος μὲν οὐδὲν ὧν εἶπεν εἰς τοῦτον ἐψεύσατο· καὶ γὰρ δεσμῶτην ἔλυσε, καὶ πόρνην ὑπεδέξατο, καὶ συνέγνω μοιχῶν· ἂ δ' αὐτὸς μᾶλλον ἀναιδῶς ἐσυκοφάντησε, διασύρων τὸν Θερσάνδρου βίον, οὐδεμιᾶς ἀπήλλακται συκοφαντίας. Ἰερεὶ δ' ἔπρεπεν, εἴπερ ἄλλο, καὶ τοῦτο, καθαρὰν ἔχειν τὴν γλῶτταν ὕβρεισι· χρήσομαι γὰρ τὰ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν· ἂ δὲ μετὰ τὴν κωμωδίαν ἐτραγῶδησεν ἤδη, οὕτω φανερῶς καὶ

jus est. Cur non igitur forum claudis, curiam demoliris, magistratus ejicis? Nam quæ tu mihi ante præsidem objecisti, justius in te veriusque dici possunt. Assurge Thersandro, Præses: verbo enim tenuis tantum dignitatem hanc obtines: re autem vera hic, quæ te facere decet, immo etiam quæ tu nullo modo facere auderes, omnia unus facit. Tu consiliarios habes, sine quibus nihil tibi decernere licet. Sed neque quicquam est, quod tu pro tua auctoritate statuere prius audeas, quam hoc in solio considas: nec enim quempiam domi tuæ in vincula conjici juberes. At generosus homo iste, populus, concio, præses, præfectus, omnia denique unus factus est. Domi punit, jus dicit, vinciri jubet: ac judicii quidem tempus vespera est. O judicem nocturnum, egregium sane et lepdatum: qui nunc quoque sæpe exclamat, Reum, necique servatum solvisti. At quem reum, quam necem? Rogo te, damnationis causam eloquere. Cædis, inquires, condemnatus est: interfecit igitur? At quænam ea est, quam interfecit? Quam necatam asseris, coram adstantem vides: neque tu tamen adhuc cædis eundem hominem accusare audeas: haud enim id puellæ simulacrum est: neque adversum te mortuam Pluto ad nos misit. Tu potius cædis, ac duplicis quidem, damnandus es: qui puellam prædicatione occidisti, adolescentem vero re occidere tentasti. Quin immo eam ipsam quoque re necaturus fuisti. Eorum enim quæ ruri conatus es, conscii facti sumus. Verum magnum Dianæ numen utriusque auxilium fuit, alteram e Sosthenis, alterum e tuis manibus eripiendo. Atqui Sosthenem etiam tute procul amandasti. An non te pudet, qui hosce peregrinos accusans, calumniæ convictus sis? Hæc habui, quibus objecta mihi ab isto falsa crimina diluerem. Nam quod ad peregrinos istos atfinet, eorum ego defendendorum locum hisce relinquo.

X. Itaque cum nominis haud sane obscuri patronus pro me, ac pro Melite verba facturus esset, alius quidam e Thersandri advocatis, cui Sopatro nomen erat, orationem ejus antevertens: Atqui meus hic, inquit, optime Nicostrate (sic enim patronus meus vocabatur) contra istos adulteros dicendi locus est: alter vero tuus. Thersander enim oratio in accusando sacerdote omnis versata est, nec nisi parvam admodum partem attigit eorum, quæ ad reum istum pertinent. Quamobrem cum una, itemque altera morte dignum eum probavero, tum erit tibi quoque diluendorum criminum tempus. Quæ cum dixisset, jactabundus ille, perfricta fronte, sacerdotis equidem, inquit, fabulam omnem petulantem saue ac turpem audivimus: qua non, nisi falsa in Thersandrum crimina commentus est, sumpto potissimum ab iis sermonis in illum exordio, quæ de eo Thersander dixerat. Verum Thersander iis, quæ in ipsum dixit, falsi nihil admiscuit: nam et reum e vinculis exemit, et scortum hospitio accepit, et cum adultero diversatus est. Is autem dum Thersandrum in invidiam trahere studet, vitam ejus culpando, omnia per summam calumniam egit. Sacerdotem autem, si quid aliud, illud certe imprimis decet, linguam a calumniis habere quam alienissimam: ut ejus in eum dicta retorqueam. Cæterum, ut ad ea veniamus aliquando quæ post

οὐκέτι δι' αἰνιγμάτων, σχετλιάζων εἰ μοιχὸν τινα λα-
 θόντες ἐδήξαμεν, ὑπερθεαύμακα, καὶ τί τοσοῦτον
 ἴσχυσε πρῆσθαι πρὸς τὴν τοσαύτην σπουδῆν. Ὑπο-
 νοεῖν γὰρ ἀλλήθης ἐστίν. Ἴδτε γὰρ τῶν ἀκολάστων
 5 τούτων τὰ πρόσωπα, τοῦ τε μοιχοῦ καὶ τῆς ἐταίρας.
 Ὁραία μὲν γὰρ αὐτὴ καὶ νέα, ὠραῖον δὲ καὶ τοῦτο τὸ
 μειράκιον, καὶ οὐδέπω τὴν ὄψιν ἀργαλέον, ἀλλ' ἐπι-
 χρήσιμον καὶ πρὸς τὰς τοῦ ἱερέως ἡδονάς. Ὅποτερα
 σε τούτων εὐνήσατο; Κοινή γὰρ πάντες ἐκαθεύδετε,
 10 καὶ ἐμεθύετε κοινῇ, καὶ τῆς νυκτὸς ὑμῶν οὐδεὶς γέγονε
 θεατής. Φοβοῦμαι μὴ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν Ἄφρο-
 δίτης πεποιήκατε, καὶ περὶ ἱερωσύνης κρινοῦμεν, εἰ δεῖ
 σε τὴν τίμην ταύτην ἔχειν. Τὸν δὲ Θερσάνδρου βίον
 ἴσασι πάντες καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας μετὰ σωφροσύνης
 15 κόσμιον· καὶ ὡς εἰς ἀνδρὰς ἐλθὼν ἐγγίμει κατὰ τοὺς
 νόμους, σφαλεῖς μὲν εἰς τὴν περὶ τῆς γυναικὸς κρίσιν·
 οὐ γὰρ εὖρεν ἦν ἠλπισε· τῷ δὲ ταύτης γένει καὶ τῇ
 οὐσίᾳ πεπιστευκός. Εἰκὸς γὰρ αὐτὴν καὶ πρὸς ἄλλους
 τινὰς ἡμαρτηκέναι τὸν πρόσθεν χρόνον, λανθάνειν δ'
 20 ἐπ' ἐκείνοις χρηστὸν ἀνδρα. Τὸ δὲ τελευταῖον τοῦ
 δράματος, πᾶσαν ἀπεκάλυψε τὴν αἰδῶν. Πηπλήρωται
 δ' ἀναίσιμοντις. Τοῦ γὰρ ἀνδρὸς στειλαιμένου τινὰ
 μακρὰν ἀποδημίαν, καιρὸν τοῦτον νενομίκεν εὐκαιρον
 μοιχείας, [καὶ αὐχμημα,] καὶ νεανίσχον εὐροῦσα πόρνον
 25 (τοῦτο γὰρ τὸ μείζον αὐτύχημα, ὅτι τοιοῦτον εὖρε τὸν
 ἐρώμενον, ὃς πρὸς μὲν γυναικῆς ἀνδρὰς ἀπομιμείται,
 γυνὴ δὲ γίνεται πρὸς ἀνδρὰς) οὕτως μετ' ἀδείας οὐκ
 ἤρκεσεν ἐπὶ τῆς ξένης αὐτῆ συνουσα φανερώς, ἀλλὰ καὶ
 ἐνταῦθα ἤγαγε διὰ τοσοῦτο πελάγους συγκαθεύδουσα,
 30 ἀν τῷ σκάφει φανερώς ἀσελγαίνουσα πάντων ὁρώντων.
 Ὡ μοιχείας γῆ καὶ θαλάττῃ μεμειρισμένης· ὃ μοιχείας
 ἀπ' Αἰγύπτου μέχρις Ἰωνίας ἐκτεταμένης· Μοιχεύεται
 τις, ἀλλὰ πρὸς μίαν ἡμέραν· ἂν δὲ καὶ δεῦτερον γέ-
 νηται τὸ ἀδίκημα, κλέπτει τὸ ἔργον, καὶ πάντας ἀπο-
 35 κρύπτεται· αὐτὴ δ' οὐκ ὑπὸ σάλπιγγι μόνον, ἀλλὰ καὶ
 κήρυκι μοιχεύεται. Ἐπεσοῦς ὅλη τὸν μοιχὸν ἐγνωκεν·
 ἡ δ' οὐκ ἤσχύνετο τοῦτο ἀπὸ τῆς ξένης ἐνεγκοῦσα τὸ
 ἀγώγιμον, ὡς φορτίον καλὸν ἐωνημένη [ἤλλθε], μοιχὸν
 ἐμπεπορευμένη. Ἄλλ' ὦμινη, φησί, τὸν ἀνδρα τετε-
 40 λευτικέναι. Οὐκοῦν, εἰ μὲν τέθνηκεν, ἀπήλλαξαι τῆς
 αἰτίας· (οὐδὲ γὰρ ἐστίν ὁ τὴν μοιχείαν παθὼν, οὐδ'
 ὑθρίζεται γάμος οὐκ ἔχων ἀνδρα) εἰ δ' ὁ γάμος τῇ τὸν
 γήμαντα ζῆν οὐκ ἀνήρηται, τὴν γαμηθεῖσαν διαφθεί-
 ραντος ἄλλου ἠγαστεύεται. Ὡσπερ γὰρ μὴ μένοντος ὁ
 45 μοιχὸς οὐκ ἔν, μένοντος δὲ μοιχὸς ἐστίν.

ΙΑ. Ἐπι τοῦ Σωπάτρου λέγοντος, ὅποτε μὲν αὐτοῦ
 τὸν λόγον ὁ Θέρσανδρος, Ἄλλ' οὐκ, ἔφη, λόγων δεῖ.
 Δύο γὰρ προκαλοῦμαι προκλήσεις, Μελίττην τε ταύτην,
 καὶ τὴν δοκοῦσαν εἶναι τοῦ θεοπρόπου θυγατέρα [οὐκέτι
 50 βασανίσω, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἔλεγον] τῇ δ' ὄντι δού-
 λην ἐμήν. Καὶ ἀνεγίνωσκε· Προκαλεῖται Θέρσανδρος
 Μελίττην καὶ Λευκίππην· τοῦτο γὰρ ἤκουσα τὴν πόρ-
 νην καλεῖσθαι· Μελίττην μὲν, εἰ (μὴ) κεκοινώνηκεν
 εἰς Ἄφροδίτην τῷδε τῷ ξένῳ παρ' ὃν ἀπεδήμου χρόνον,

actam fabulam omissis ambagibus palam elocutus est, conquerens, manifesto deprehensum adulterum a nobis in vincula coniectum fuisse, non potui non vehementer admirari, quid causae sit quamobrem accepta mercede, in exoletis istis defendendis tantopere sacerdos elaborare voluerit: tametsi me id divinsse puto. Nempe adulteri huius et scorti faciem contemplatus est: quorum altera formosa plane ac tenerioris aetatis, alter non modo non deformis, sed aspectu etiam blandus, ad suas ipsius voluptates idoneus iudicatus est. Horum igitur ultra redemit? Simul enim omnes perpotatis, simul discumbitis: neque ullus est noctium vestrarum spectator. Quam vereor, ne Dianae quod fuit, Veneris ut sit templum, effeceritis. Verum de sacerdotio, an scilicet honorem istum habere te oporteat, decernetur. Nam quod ad Thersandri mores attinet, nemo est qui nesciat, quam modeste ac temperanter a teneris vitam egerit: qui cum primum per aetatem licuit, uxorem secundum leges duxit: quamvis in faciendo de ea iudicio se ipse fecerit. Aliam enim, atque putarat, generi et fortunis credens, invenit. Verisimile quippe est illam antea quoque cum aliis consuevisse: quos optimum virum celaverit. Tandem vero pudicitiam in propatulo habuit, atque in omni libidine sese effudit: viro enim peregre profecto, tempus illud ad cupiditates suas explendas opportunum rata, impudicum istum adolescentem ad eam rem cepit. (quae miseria major esse potest, quam eum habere amatorem, qui inter feminas viri, inter viros feminam munus obeat?) Quem non sat habuit in aliena civitate in stuprum illexisse, nisi tanto maris spatio peragrato huc perduxisset, una cum illo interim semper cubans, atque in nave cernentibus cunctis voluptatem capiens. O adulterium terrae marique commune, Aegyptum Ioniamque occupans. Adulterium quidem sunt qui committant, sed semel tantum: quod si eandem in turpitudinem rursus delabantur, certe factum huiusmodi mortales omnes celant: mulier autem ista non modo loba, verum etiam praecone adhibito, obscenae se oblectavit. Adulterum Ephesii omnes cognoverunt, nec tamen eam vel tantulum quidem puduit a peregrina terra hoc mercimonium adduxisse, tanquam pretiosas aliquas merces emisset, adulterum mercatam esse. Atqui virum, inquiet illa, periisse putabam. Recte id quidem: nam si ille obiit, cui dubium sit quin absolvi debeat? adulterii nomen enim tolli necesse est, cum labefactari matrimonium nequeat, nisi superstitute marito; si vero matrimonium non solutum est, quia vir vivit, quum uxorem alius corruperit, latrocinio hoc illi eripitur. Quemadmodum enim adulter non est nuptiis ruptis, sic, non ruptis adulter est.

XI. Tum vero Thersander, Sopatri sermone interrupto, Atqui verbis amplius opus non est, ego, quod ad Meliten attinet, atque eam, quae huiusce sacrorum auctoris filia perhibetur, vere autem serva mea est, has duas condiciones fero. Recita condiciones. Thersander de Melite ac Leucippe (sic enim prostitutam hanc vocari ajunt) condiciones haec proponit, ut illa, si nullam sini, me absente, cum peregrino isto stupri consuetudinem habuerit, id

εἰς τὸ τῆς ἱερᾶς Στυγὸς ὕδωρ εἰσβᾶσαν καὶ ἔπομο-
 σαμένην ἀπηλλάχθαι τῶν ἐγκλημάτων· τὴν δ' ἑτέραν,
 εἰ μὲν τυγχάνει γυνή, δουλεύειν τῷ δεσπότῃ· δούλαις
 γὰρ μόναις γυναιξίν ἕξαστιν εἰς τὸν τῆς Ἀρτεμιδος ναὸν
 5 παριέναι· εἰ δὲ φησὶν εἶναι παρθένος, ἐν τῷ τῆς σύ-
 ριγγος ἄντρῳ κλεισθῆναι. Ἡμεῖς μὲν οὖν εὐθὺς ἐδε-
 ξάμεθα τὴν πρόκλησιν· καὶ γὰρ ἤδριμεν αὐτὴν ἔσο-
 μένην· ἡ δὲ Μελίττη θαρρήσασα τῷ παρ' οὗ ἀπεδήμει
 χρόνον ὁ Θέρσανδρος μηδὲν μοι κοινὸν πρὸς αὐτὴν γε-
 10 γονέαι· πλὴν λόγων, Ἄλλὰ καὶ ἔγωγε, ἔφη, ταύτην
 δέχομαι τὴν πρόκλησιν, καὶ εἶτι πλέον αὐτῇ προστι-
 θήμι· τὸ δὲ μέγιστον, οὐδ' εἶδον τὸ παράπαν οὔτε ξένον,
 οὔτε πολιτὴν ἦκειν εἰς ὀμιλίαν, καὶ ὄν λέγεις, καὶ
 ὄν * * * σε δεῖ παθεῖν, ἂν συκοφάντης ἀλῶς; Ὁ τι
 15 ἂν, ἔφη, δόξῃ προστιμῆσαι τοῖς δικασταῖς. Ἐπὶ τού-
 τοις διελύθη τὸ δικαστήριον, καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν
 διῆριστο τὰ τῆς προκλήσεως ἡμῖν γενέσθαι.

IB'. Τὸ δὲ τῆς Στυγὸς ὕδωρ εἶχεν οὕτως. Παρθένος
 ἦν εὐειδής, ὄνομα Ῥοδῶπις, κυνηγίῳ ἐρῶσα καὶ θήρας·
 20 πῶδες ταχεῖς, εὐστοχοὶ χεῖρες, ζώνη καὶ μίτρα, καὶ
 ἀνεξωσμένος εἰς γόνυ χιτῶν, καὶ κατ' ἄνδρα κορυὰ
 τριγῶν. Ὅρᾳ ταύτην Ἄρτεμις, καὶ ἐπήγει, καὶ
 ἐκάλει, καὶ σύνθηρον ἐποίησατο, καὶ τὰ πλεῖστα κοινὰ
 ἦν αὐταῖς θηράματα. Ἄλλὰ καὶ ὤμοσεν αἰε παρα-
 25 μένειν, καὶ τὴν πρὸς ἄνδρα ὀμιλίαν φυγεῖν, καὶ τὴν
 ἐξ Ἀφροδίτης ὕβριν μὴ παθεῖν. Ὁμοσεν ἡ Ῥοδῶπις,
 καὶ ἤκουσεν ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὀργίζεται, καὶ ἀμύ-
 νασθαι θέλει τὴν κόρην τῆς ὑπεροψίας. Νεανίσκος ἦν
 Ἐφέσιος καλὸς ἐν μειρακίῳις, ὅσον Ῥοδῶπις ἐν παρ-
 30 θένῳι. Εὐθύνηκον αὐτὸν ἐκάλου· ἐθήρα δὲ καὶ αὐτὸς
 ὡς Ῥοδῶπις, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁμοίως οὐκ ἤθελεν
 εἰδέναι. Ἐπ' ἀμφοτέρους οὖν ἡ θεὸς ἔρχεται καὶ τὰς
 θήρας αὐτῶν εἰς ἓν συναγει. Τέως γὰρ ἦσαν κειρω-
 ρισμένοι· ἡ δ' Ἄρτεμις τηνιακῶτα οὐ παρῆν. Πα-
 35 ραστησαμένη δὲ τὸν υἷον τὸν τοξότην ἡ Ἀφροδίτη
 εἶπε· Τέκνον, ζεῦχος τοῦτο ὄραξ ἀναφρόδιτον καὶ
 ἐθρόνον ἡμῶν καὶ τῶν ἡμετέρων μυστηρίων· ἡ δὲ παρ-
 θένος καὶ θρασύτερον ὤμοσε κατ' ἐμοῦ. Ὅραξ δ' αὐ-
 τοῦς ἐπὶ τὴν ἔλαφον συντρέχοντας; Ἄρξαι καὶ σὺ τῆς
 40 θήρας ἀπὸ πρώτης τῆς τολμηρᾶς κόρης· καὶ πάντως γε
 τὸ σὸν βέλος εὐστοχιώτερόν ἐστιν. Ἐντείνουσιν ἀμ-
 φότεροι τὰ τόξα, ἡ μὲν ἐπὶ τὴν ἔλαφον, ὁ δ' Ἐρως ἐπὶ
 τὴν παρθένον. Καὶ ἀμφοτέροι τυγχάνουσι, καὶ ἡ κυ-
 νηγέτις μετὰ τὴν θήραν ἦν τεθηραμένη. Καὶ εἶχεν ἡ
 45 μὲν ἔλαφος εἰς τὰ νῶτα τὸ βέλος, ἡ δὲ παρθένος εἰς τὴν
 καρδίαν· τὸ δὲ βέλος, Εὐθύνηκον φιλεῖν. Ἐύτερον δὲ
 καὶ ἐπὶ τοῦτον οἰστὸν ἀφίησι. Καὶ εἶδον ἀλλήλους
 Εὐθύνηκος καὶ ἡ Ῥοδῶπις. Καὶ ἔστησαν μὲν τὸ πρῶ-
 50 τον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάτεροι, μηδέτερος ἐκκλίνειν
 θέλων ἐπὶ θάτερα· κατὰ μικρὸν δὲ τὰ τραύματα ἀμφοῖν
 ἐξάπτεται, καὶ αὐτοὺς ὁ Ἐρως ἐλαύνει κατὰ τοῦτ' ὁ
 ἄντρον, οὗ νῦν ἐστὶν ἡ πηγὴ, καὶ ἐνταῦθα τὸν ὄρκον
 ψεύδονται. Ἡ Ἄρτεμις ὄραξ τὴν Ἀφροδίτην γελῶσαν,
 καὶ τὸ πρᾶχθῆν συνίησι, καὶ εἰς ὕδωρ λύει τὴν κόρην,

jurejurando affirmet, atque in sacrae Stygis fontem de-
 scendat : indeque absoluta dimittatur : altera vero haec, si
 mulier est, hero suo servitum serviat : neque enim mul-
 lieribus, nisi si quae servae sint, Dianae templum ingredi fas
 est : sin virginem sese affirmat, in fistulae antrum conclu-
 datur. Tum non conditionem statim accepimus : non enim
 dubitabamus, eam latum iri. Melite quoque, confisa, ni-
 hil id temporis, quo Thersander abfuit, sibi necum, excep-
 tis colloctionibus, commune fuisse, atqui ego quoque, in-
 quit, conditionem non respuo : illudque etiam, quod maxi-
 mum est, addo, neminem prorsus aut civem aut peregrinum
 fuisse, quicum ejusmodi mihi consuetudo fuerit, ejusmodi
 ipse ais. Verum si meum falso detulisse nomen depre-
 hendaris, quas de te poenas sumemus? Quas judices, inquit
 Thersander, censuerint. Hoc pacto concio dimissa, de-
 cretumque factum est, ut postridie de conditionibus ex-
 periremur.

XII. Porro autem de Stygis fonte res ita ferme se habet.
 Virgo fuit olim formosa, Rhodopis nomine, venatu gau-
 dens, pedum velocitate, jaculandique peritia insignis ad-
 modum; et cingulum, et mitram, veste genu lenus suc-
 cincta, capilloque virorum in modum tonso, gestare con-
 sueta. Eam cum vidisset probassetque Diana, vocatam
 venatum secum duxit : praedaque ut plurimum inter eas
 communis erat. Quamobrem illa virginitatem servare,
 virorumque consuetudinem usquequaque vitare, ac Veneris
 contumelias nunquam perpeti juravit. Jurat Rhodopis,
 Venus audit, et ira commota, puella statuit superbiam
 ulcisci. Forte accidit, ut adolescens esset Ephesus, inter
 viros aequae formosus, atque inter virgines Rhodopis : quem
 Euthenicum appellabant. Is et venandi studio, quemad-
 modum Rhodopis, tenebatur, et a venereis pariter ille-
 cebris abhorrebat. Igitur ad ambos se Venus contulit,
 ferasque ab eis agatas, in unum compulit. Ad hoc usque
 tempus enim a se invicem separati erant; sed tunc aberat
 Diana. Adducens filium sagittarium Venus dixit, Nonne hoc
 par ab amore alienum, fili, nobis et arcanis nostris iniancis
 vides? Quid, quod puella etiam conceptis verbis audacis-
 simum sane contra me jusjurandum juravit? Tu nunc illos
 cervam sequentes cernis : quapropter venari tu quoque
 incipe, atque ab audaci puella vindictae initium fac.
 Telum tuum certius omnino fuerit. Ita tunc ambo, in
 cervam virgo, in virginem Cupido, arcus intenderunt.
 Nec vani fuere ictus; nam venatrix etiam ipsa praeda fuit,
 ac cerva quidem in armo, puella vero in corde telum
 accepit, cuius ea vis fuit, ut Euthenici amore statim
 flagraret : alteram in hunc sagittam mittit. Ac tum quidem
 mutuo sese contueri, atque alter in alterum obtutus de-
 figere coeperunt, atque adeo, ut neuter in diversum aciem
 vellet inclinare. Caeterum utriusque vulnera paulo post
 cicatricem obduxerunt, amorque illos in antrum, ubi nunc
 fons est, deduxit, ubi jurisjurandi fides abrogata est.
 Postea cum ridentem Diana Venerem conspicata, rem
 cognovisset, puellam in fontem illic, ubi pudorem ami-

ἐνθα τὴν παρθεϊάν ἔλυσε. Καὶ διὰ τοῦτο, ὅταν τις αἰτίαν ἔχη Ἀφροδισίῳ, εἰς τὴν πηγὴν εἰσβάσασα ἀπολούεται. Ἡ δ' ἐστὶν ὀλίγη, καὶ μέχρι κνήμης μέσης. Ἡ δὲ κρίσις * * * * ἔγγράψασα τὸν ὄρκον γραμματεῖον
 5 μηρίνῳ δεδεμένον περιεθόχασα τῇ ὄρῃ. Κἄν μὲν ἀψευδῆ τὸν ὄρκον, μένει κατὰ γῶραν ἢ πηγῇ· ἂν δὲ ψεύδῃται, τὸ ὕδωρ ὀργίζεται καὶ ἀναθαίνει μέχρι τῆς ὄρῃς καὶ τὸ γραμματεῖον ἐκάλυψε. Ταῦτ' εἰπόντες, καὶ τοῦ καιροῦ προελθόντος εἰς τὴν ἑσπέραν, ἀπήγειμεν
 10 κοιμησόμενοι, χωρὶς ἕκαστος.

Ἢ' Τῆ δ' ὑστεραία δ' ὄημος μὲν ἅπασα παρῆν· ἠγεῖτο δὲ Θέρσανδρος φαίδρῳ τῷ προσώπῳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἅμα βλέπων σὺν γέλωτι, ἐστόλιστο δ' ἢ Λευκίππῃ τῇ ἱερᾷ στολῇ. Ποδῆρης χιτῶν, θλόνης δ' χιτῶν, ζώνη κατὰ
 15 μέσον τὸν χιτῶνα, ταινία περὶ τὴν κεφαλὴν φοινικοβαφῆς, ἀσάνδαλος ὁ ποῦς. Καὶ ἡ μὲν εἰσῆλθε πάνυ κοσμίως. Ἐγὼ δ' ὡς εἶδον, εἰστήκειν τρέμων, καὶ ταῦτα πρὸς ἑμαυτὸν ἔλεγον· Ὅτι μὲν παρθένος ἢ Λευκίππῃ, πεπίστευκα, ἀλλὰ τὸν Πᾶνα, ὦ φιλότατη, φοβούμαι. Θεὸς ἐστὶ φιλοπάρβενος, καὶ δέδοικα, μὴ
 20 δευτέρα καὶ σὺν σύριγγί γένῃ. Ἄλλ' ἐκείνη μὲν ἔφυγε διώκοντα αὐτὸν ἐν πεδίῳ, καὶ ἐδιώκετο ἐν πλάτει· σὲ δὲ καὶ εἴσω θυρῶν ἀπεκλείσαμεν ὡς ἐν πολιορκίᾳ, ἵνα, κἄν διώκῃ, μὴ δύνη φυγεῖν. Ἄλλ', ὦ δέσποτα Πᾶν, εὐγνωμονήσεις, καὶ μὴ παραβαίης τὸν νόμον τοῦ τόπου. Ἡμεῖς γὰρ αὐτὸν τετηρήκαμεν. Ἐξίτω πάλιν ἡμῖν ἢ Λευκίππῃ παρθένος· ταύτας πρὸς τὴν Ἄρτεμιν συνθήκας ἔχεις· μὴ ψεύσης τὴν παρθένον.

ΙΔ'. Ταῦτά μου πρὸς ἑμαυτὸν λαλοῦντος, μέλος
 30 ἐξηκούετο μουσικόν, καὶ ἐλέγετο μηδεπώποτε λιγυρώτερον οὕτως ἀκουσθῆναι· καὶ εὐθύς ἀνεωγμένας εἶδομεν τὰς θύρας. Ὡς δ' ἐξέθορον ἢ Λευκίππῃ, πᾶς μὲν δ' ὄημος ἐξεθόρῃσεν ὑπ' ἡδονῆς, καὶ τὸν Θέρσανδρον ἐλοιδοροῦν, ἐγὼ δ' ὅστις ἐγεγόνην, οὐκ ἂν εἴποιμι λόγῳ.
 35 Μίαν μὲν δὴ ταύτην νίκην καλλίστην νενικηχότες, ἀπήγειμεν· ἐπὶ δὲ τὴν δευτέραν κρίσιν ἔχωροῦμεν, τὴν Στύγα. Καὶ δ' ὄημος οὕτως μετεσκευάζετο καὶ πρὸς ταύτην τὴν θέαν· καὶ πάντα συνεπεραίνετο κακέϊ. Ἡ Μελίττῃ τὸ γραμματεῖον περιέκειτο· ἢ πηγῇ διαυγῆς καὶ ὀλίγῃ· ἢ δ' ἐνέβῃ εἰς αὐτὴν καὶ ἔσθη φαίδρῳ τῷ προσώπῳ. Τὸ δ' ὕδωρ οἶον ἦν κατὰ γῶραν ἔμενε, μήτε τὸ βραχύτατον ἀναθορὸν τοῦ συνήθους μέτρου. Ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος, ὃν ἐνδιατρῆβαιν ἐν τῇ πηγῇ διώριστο, παρελήλυθε, τὴν μὲν δ' πρόεδρος δεξιωσάμενος, ἐκ τοῦ
 45 ὕδατος ἐξάγει δύο παλαίσματα τοῦ Θερσάνδρου νενικημένου. Μέλλων δὲ καὶ τὸ τρίτον ἠττάσθαι, ὑπεκδὸς εἰς τὴν οἰκίαν ἐκδιδράσκει, φοβηθεὶς μὴ καὶ καταλεύσειεν αὐτὸν δ' ὄημος. Τὸν γὰρ Σωσθένην εἶλκον ἄγοντες νεανίσκοι τέτταρες· δύο μὲν τῆς Μελίττης συγγενεῖς, δύο δ' οἰκέται. Τούτους γὰρ ἐπεπόμφει ζητήσοντας αὐτὸν ἢ Μελίττῃ. Συνεῖς δ' ὁ Θέρσανδρος πόρρωθεν, καὶ καταμηνύσοντα τὸ πρᾶγμα εἰδὼς, ἂν ἐν βασινοῖς γένηται, φθᾶσας ἀποδιδράσκει, καὶ νυκτὸς ἐπελευθούσης, τῆς πόλεως ὑπέξέρχεται. Τὸν

serat, commutavit. Hinc factum est, ut cum violata aliqua pudicitiae arguitur, cum in fontem descendens se lavet, cuius unda exigua vix medias tibias attingit. Judicium autem fieri hoc pacto consuevit. (Quae delata est, falso se insimulari jurat :) jusjurandumque in tabella descriptum ad collum fere alligatum sustinens, in fontem descendit. Ac si verum jusjurandum juraverit, aqua omnino immota manet: sin minus, intumescit, atque ad collum usque se attollens, tabellam contegit. Haec dum loqueremur, tempusque ad vesperam inclinaret, seorsum dormiturus quisque discessit.

XIII. Postridie multitudo universa convenit: cui vultu hilari Thersandri praebat, nosque identidem ridens intuebatur. At Leucippe sacram atque ad pedes usque demissam linteam, zonaque succinctam stolam induta, et purpureis vittis redimita, nudis pedibus perquam decenter speluncam ingressa est. Quae dum ipse spectarem, tremore correptus sum: mecumque solus: Mihi quidem certe, inquam, dubium non est, quin virgo adhuc sit Leucippe: sed Panem, carissima, metuo. Deus est virginum amans et timco ne videlicet fistula etiam tu illic fias. Illa quidem Panem per aperta loco insequentem effugit, et in lato campo agitabatur, nos vero te, quasi obsidem, haec intra valvas inclusimus, ut ne si sequatur, fugiendi tibi sit potestas. Verum tu, o here Pan, propitius nobis sis, neque loci leges, quas nos quoque observavimus, transgrediaris: quin immo intactam nobis Leucippen reddas: ejusmodi enim cum Diana tibi foedera ista sunt: neque virginem fallas.

XIV. Haec dum mecum loquerer, suavis exaudiri sonus coepit est. Ac fuerunt, qui dicerent, suaviorem nunquam auditum fuisse. Antri quoque valvae sponte sua statim patuerunt. Ita Leucippe prodit: multitudoque universa prae voluptate acclamare, ac Thersandrum conviciis consecrari cepit. Ego vero, quantum laetitiae animo conceperim, nulla unquam oratione satis explicare possem. Hac una praeclearissima victoria nobis parta, inde digressi ad Stygis fontem pervenimus, ut conditionis alterius periculum faceremus. Populus ad videndum jam se comparaverat, reliquaque omnia in promptu erant. Itaque tabellam collo Melite alligavit; fons pellucidus et exiguus, in quem descendit et stabat intrepido vultu. Unda, ut erat, humilis remansit, nec tantulum quidem consuetum excessit modum. Quamobrem, ubi tempus manendi in fonte praeteriit, prases mulierem dextra prehensam ex aqua eduxit, duobus jam certaminibus devicto Thersandro: qui cum tertio quoque se victum iri animadverteret, clam se proripiens cursu domum abiit, veritus ne a populo lapidibus obrueretur. Nam cum jam Sosthenem collo obtorto adducerent adolescentes quatuor, duo Melites cognati, duo item famuli ad illum quaerendum ab ea missi, atque id Thersander procul agnovisset, factum indicatum iri videns, si de Sosthene quaestio haberetur, arrepta fuga urbe noctu exces-

ὁὲ Σωισθένης εἰς τὴν εἰρκτὴν ἐκέλευσαν οἱ ἄρχοντες ἐμβληθῆναι, τοῦ Θερσάνδρου φυγόντος. Τότε μὲν οὖν ἀπηλλαττόμεθα, κατὰ κράτος ἤδη γενόμενοι καὶ ὑπὸ πάντων εὐφημούμενοι.

5 **IE'.** Τῇ δ' ὕστεραία τὸν Σωισθένην ἦγον ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν πίστιν. Ὁ δ' ἐπὶ βασάνους ἑαυτὸν ἀγόμενον ἰδὼν, πάντα σαφῶς λέγει, ὅσα τ' ἐτόλμησεν ὁ Θέρσανδρος, καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπὴρ-
10 **Λευκίπτης** θυρῶν διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους περὶ αὐ-
τῆς. Καὶ ὁ μὲν αὐθις εἰς τὴν εἰρκτὴν ἐβέβλητο, δώσω δίκην· τοῦ δὲ Θερσάνδρου φυγὴν ἀπόντος κα-
τέγνωσαν. Ἡμᾶς δ' ὁ ἱερεὺς ὑπεδέχετο πάλιν τὸν
15 **εἰθισμένον** τρόπον. Καὶ μεταξὺ δειπνοῦντες ἐμυθο-
λογοῦμεν ἅ τε τὴν προτέραν ἐτύχομεν εἰπόντες, καὶ εἴ
τι ἐπιδεδέστερον ἦν ὧν ἐπάθοιμεν. Ἡ **Λευκίπτη** δὲ,
ἅτε δὴ μᾶλλον τὸν πατέρα μηκέτι αἰδομένη, ὡς ἂν
σαφῶς παρθένος εὐρεθεῖσα, τὰ συμβάντα μετ' ἡδονῆς
διηγείτο. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Φάρον ἐγεγόνει καὶ τοὺς
20 **ληστὰς**, λέγου πρὸς αὐτήν· Οὐκ ἔρεις ἡμῖν τὸν μῦθον
τῶν τῆς Φάρου ληστῶν καὶ τῆς ἀποτυμβείσεως ἐκεῖ τὸ
αἰνίγμα κεφαλῆς, ἵνα σου καὶ ὁ πατὴρ ἀκούσῃ; Τοῦτο
γὰρ μόνον ἐνδεῖ πρὸς ἀχρόασιν τοῦ παντός δράματος.

ΙΣΤ'. **Γυναῖκα**, ἔφη, **κοκοδαίμονα** ἐξαπατήσαντες
25 οἱ λησταὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ πωλουσῶν τὰ Ἀφροδίτης, ὡς
δὴ ναυκλήρω τινὶ γυναῖκα συνεσομένην ἐπὶ τοῦ-σκάφους,
ταύτην εἶχον ἐπὶ τῆς νεῶς, ἀγνοοῦσαν τὴν ἀλθίθειαν
ἐφ' ὃ παρῆν, ὑποτείνουσαν δ' ἡσυχῆ τι τῶν πειρατῶν.
Λόγω δ' ἦν ἔραστῆς ὁ ληστής. Ἐπεὶ δ' ἀρπάσαντες
30 **με**, ὡς εἶδες, ἐνέθεσαν τῷ σκάφει καὶ πτερώσαντες
αὐτὸ ταῖς κόπαις ἔφυγον, ὀρῶντες τὴν διώκουσαν ναῦν
φθάνουσαν, περιελόντες τὸν τε κόσμον καὶ τὴν ἐσθῆτα
τῆς ταλαιπώρου γυναικὸς ἐμοὶ περιτιθέασι, τοὺς δ'
ἐμοὺς χιτωνίσκους ἐκείνη· καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐπὶ τῆς
35 **πρύμνης** θθεν διώκοντες ὄψεσθε, τὴν κεφαλὴν ἀπο-
τέμνουσιν αὐτῆς, καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔρριψαν, ὡς εἶδες,
κατὰ τῆς θαλάσσης, τὴν δὲ κεφαλὴν, ὡς ἔπαιον, εἶχον
ἐπὶ τῆς νεῶς τότε. **Μικρὸν** γὰρ ὕστερον καὶ ταύτην
ἀποσκευάσαντες ἔρριψαν ὁμοίως, ὅτε μηκέτι τοὺς διώ-
40 **κοντας** εἶδον. Οὐκ οἶδα δὲ πότερον τούτου χάριν
προπαρασκευάσαντες ἔτυχον τὴν γυναῖκα, ἢ διεγνοι-
κότες ἀνδραποδίσαντες πωλῆσαι, ὥσπερ ὕστερον πε-
πράκασι καί με· τῷ δὲ διώκεσθαι πρὸς ἀπάτην τῶν
διωκόντων ἀντ' ἐμοῦ σφάττωσι, νομίζοντες, πλεόν
45 **ἐμπολήσειν** ἐκ τῆς ἐμῆς πράξεως ἢ τῆς ἐκείνης. Διὰ
τοῦτο γὰρ καὶ τὸν **Χαιρέαν** τὴν ἀζῖαν δόντα δίκην
ἐπέιδον. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ συμβουλευσας ἀντ' ἐμοῦ τὴν
ἀνθρωπον ἀποκτείναντας ῥίψαι. Ὁ δὲ λοιπὸς τῶν
ληστῶν ὄγλος οὐκ ἔφασάν με αὐτῷ ἀφήσειν μόνω·
50 **φθάνειν** γὰρ ἤδη λαβόντα σῶμα ἕτερον, ὃ πραθὲν ἂν
παρέσχευεν αὐτοῖς ἀφορμὴν κέρδους· δεῖν δ' ἀντὶ τῆς
θανούσης ἐμὲ πραθεῖσαν κοινῇ ἅπασιν αὐτοῖς γενέσθαι
μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ μόνῳ. Ὡς δ' ἀντέλεγε, δικαιο-
γούμενος ὄηθεν καὶ τὰς συνθήκας προφέρων, ὡς οὐκ

sit. Interea Sosphenem in custodiam dari archontes jussurunt. Nos modis omnibus victores magna cum omnium commendatione absoluti fuimus.

XV. Postridie Sosthenes ab iis, qui ei rei præerant, ad archontes ductus, simulatque parata sibi esse tormenta intellexit, continuo et quæ Thersander aggressus fuerat, et quæ ipse illi suggererat, una etiam cum iis omnibus quæ ante Leucippes ostium privatim de illa secum ambo disse-
10 ruerant, palam confessus est: ideoque pœnas daturus in carcerem denuo coniectus. Thersander autem (jam enim absens erat) exsilio mulctatus fuit. Nos ab antistite, ut antea quoque, accepti, de quibus priore in cœna locuti fue-
15 ramus, et præsertim, si quid ærumnarum nostrarum prætermiseramus, recensere perreximus. Leucippe quoque patrem non amplius verita, utpote quæ vere virgo inventa
fuisset, casus non sine voluptate suos commemorabat. Cui ego, posteaquam ad Pharum et piratas ventum est, Quin
20 tu igitur, inquam, Phariorum prædonum commentum, abscissisque illic capitis ænigma nobis explicas, ut id etiam patri tuo innotescat? hoc unum enim ad rem omnem in-
telligendam desideratur.

XVI. Tum illa, Mulierem, inquit, ex iis, quæ pretio
prostant, cum allexissent, nautarum uni eam in uxorem
daturus se esse pollicentes, navi imposuerunt, quamobrem
quidem adesset, vere nescientem, sed piratarum uni, qui
ejus amator esse ferebatur, occulte adjunctam. Postea
vero cum me raptam, ut vidisti, navi imposuissent, et remis
fugæ incumbentes navem insequentem viderent, detractis
miseræ illi ornamentis et vestitu omni, eo me adornave-
runt, meoque deinceps ornatu indutum illam summa in
puppi collocarunt ita, ut a persequentibus cerni possent, ac
capite privarunt: cadavereque, ut vidisti, in mare projecto,
caput aliquantisper intra navem, uti ceciderat, tum retinue-
runt: quod non ita multo post, cum jam qui se sequerentur,
nullos amplius haberent, pariter est dejectum. Mihi
vero incertum est, eane de causa, an potius, ut quod de me
postea factum est, venundaretur, mulierculam illam com-
parassent. Illud certe constat, eam mei loco, ut insequentes
eluderent, jugulatam, existimantibus illis, majus ex mei,
quam illius venditione, lucrum se facturos. Atque hinc
etiam factum est, ut Chæream, qui ejus necandæ abjicien-
dæque suasor et auctor fuerat, meritas dantem pœnas vi-
derim. Nam cum reliqua piratarum multitudo ei me soli
dimittere negaret, propterea quod paulo antea mulierem
aliam, quæ vendita magno eis lucro futura erat, habuisset,
meque mortuæ loco vendi, ac pecuniam in commune con-
ferri oportere dicere, ille autem causam suam defendendo
repugnaret, pactumque se cum iis esse affirmaret, ut non
publicæ omnium utilitatis, sed privatæ sui ipsius gratia me

εις πρᾶσιν ἀρπάσειεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐρωμένην αὐτῷ, καὶ
 τι θρασύτερον εἶπε, τις τῶν ληστῶν, καλῶς ποίωιν,
 ὅπισθεν ἐστώς ἀποκόπτει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ὁ μὲν
 οὖν δόικην οὐ μεμπτήν δοῦς τῆς ἀρπαγῆς, ἔρριπτο καὶ
 5 αὐτὸς κατὰ τῆς θαλάσσης· οἱ δὲ λησταί, δύο πλεύ-
 σαντες ἡμερῶν, ἄγουσί με οὐκ οἶδ' ὅποι γε, καὶ πι-
 πράσκουσιν ἐμπόρῳ συνῆθαι, κακείνος Σωσθένει.

ΙΖ'. Λέγει δὴ καὶ ὁ Σώστρατος· Ἐπεὶ τοίνυν τοὺς
 ἑμετέρους μύθους, ὦ παιδία, κατελέξατε, φέρ' ἀκού-
 10 σθε, ἔφη, καὶ παρ' ἐμοῦ τὰ οἴκοι πραγθέντα περὶ
 Καλλιγόνην τὴν σὴν, ὃ Κλειτορῶν, ἀδελφῆν, ἵνα μὴ
 ἀσύμβολος ὢ μυθολογίας παντάπασιν. Καγὼ ἀκούσας
 τὸ τῆς ἀδελφῆς ὄνομα, πάνυ τὴν γνώμην ἐπεστράφην,
 καὶ, Ἄγε, πάτερ, εἶπον, λέγε· μόνον περὶ ζώσης [ἂν]
 15 λέγοις. Ἀρχεται δὴ λέγειν, ἃ φθάνου προειρηκῶς
 ἅπαντα, τὸν Καλλισθένην, τὸν χρησμόν, τὴν θεορίαν,
 τὸν λέμβον, τὴν ἀρπαγὴν. Εἶτα προσέθηκεν, ὅτι
 μάθων κατὰ τὸν πλοῦν ὡς οὐκ ἦν θυγάτηρ ἐμὴ, διη-
 μαρτήθη δὲ τὸ πᾶν ἔργον αὐτῷ, ἧρα δ' ὅμοις καὶ σφόδρα
 20 τῆς Καλλιγόνης, [καὶ] προσπεσὼν αὐτῆς τοῖς γόνασι,
 Δέσποινα, εἶπε, μὴ με νομίσης ληστὴν εἶναι τινα καὶ
 καχοῦργον. Ἀλλὰ γὰρ εἰμι τῶν εὖ γεγονότων, γένει
 Βυζάντιος, δεῦτερος οὐδενός· ἔρω δὲ με ληστείας ὑπο-
 χριτὴν πεποίηκε καὶ ταύτας ἐπὶ σοὶ πλέξαι τὰς τέχνας.
 25 Δούλον οὖν με σεαυτῆς ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας νόμιζε.
 Καὶ σοι προΐκα ἐπιδίδωμι, τὸ μὲν πρῶτον ἑμαυτὸν,
 ἔπειθ' ὅσσην οὐκ ἂν ὁ πατὴρ ἐπέδωκέ σοι. Τηρήσω
 δὲ σε παρθένου μέχρι περ ἂν σοὶ δοκῇ. Καὶ ταῦτ'
 εἰπὼν καὶ ἔτι τούτων πλείονα εὐαγοιωτέραν τὴν κόρην
 30 αὐτῷ γενέσθαι παρεσκευάσεν. Ἦν δὲ καὶ ὀφθῆναι
 καλὸς καὶ στωμίλος καὶ πιθανώτατος, καὶ ἐπειδὴ ἦκεν
 εἰς τὸ Βυζάντιον, συμβόλαιον ποιησάμενος προικὸς
 μεγίστης καὶ τᾶλλα πολυτελῶς παρασκευάσας, ἐσ-
 θητά τε καὶ χρυσὸν καὶ ὅσα εἰς κόσμον γυναικῶν εὖ-
 35 θαμίμων, περιεῖπεν εὖ καὶ καλῶς, ἄχραντον τήριον,
 ὡς ἐπηγγεῖλατο· ὥστε καὶ αὐτὴν ἤρχηκε τὴν κόρην
 ἡδῆ. Ὁ δὲ καὶ τᾶλλα πάντα παρείχεν ἑαυτὸν κο-
 σμιώτατον καὶ ἐπεικῆ καὶ σύφρονα, καὶ ἦν τις
 ἑξαιρήνης περὶ τὸν νεανίσκον θαυμαστῆ μεταβολῆ.
 40 Ἐδρας τε γὰρ ἐξανίστατο τοῖς πρεσβυτέροις καὶ ἐπε-
 μελεῖτο φθάνειν προσαγορεύων τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ
 τὸ τέως ἄκριτον πολυτελές ἐκ τῆς πρὶν ἀσωτίας εἰς τὸ
 εὐβουλον μεταπίπτον, τὸ μεγαλόφρον ἐφύλαττε πρὸς
 τοὺς ἐν χρεῖᾳ τοῦ λαβεῖν διὰ πενίαν ὄντας. Ὡστε
 45 θαυμάζειν ἅπαντας τὸ αἰρνίδιον οὕτως ἐκ τοῦ χείρονος
 εἰς τὸ πάνυ χρηστὸν μετελθόν. Ἐμὲ δ' οὖν ἤρχηκε
 πάντων μᾶλλον, καὶ ὑπερηγάπων αὐτὸν, καὶ τὴν πρὶν
 ἀσωτίαν φύσεως ἐνόμιζον εἶναι θαυμαστὴν μεγαλουργί-
 50 αν, ἀλλ' οὐκ ἄκρασιαν. Καμὲ οὖν ὑπέσιθι τὸ τοῦ
 Θεμιστοκλέους, ὅτι κακείνος τὴν πρώτῃν ἡλικίαν σφόδρα
 ὀξῆς ἀκολαστος εἶναι, πάντας ὑπερέβαλεν Ἀθηναίους
 ὑπὲρον σοφία τε καὶ ἀνδραγαθία. Καὶ δὴ μετενόουσι
 ἀποσκορακίας αὐτὸν, ὅτε μοι περὶ τοῦ τῆς θυγατρὸς
 διελέχθη γάμου. Καὶ γὰρ με σφόδρα ἐθεράπευε καὶ

raperent, aliis etiam gravioribus additis, confidenter admo-
 dum asseveraret, eorum unus qui forte post eum consti-
 terat, merito quidem caput illi abscidit, atque ita non in-
 iustus rapinae ipse quoque poenas luens, in mare dejectus
 et ipse fuit. Piratae biduo post, nescio quo delati, merca-
 tori cuidam, familiari suo, mercator Sostheni accepta pec-
 unia me concessit.

XVII. Tum Sostratus, Posteaquam vestros, inquit, filii,
 casus commemorastis, agitedum quae de Calligone, Clito-
 phontis sorore, domi acta sint, ex me quoque audite; ne
 solus ipse narrandi omnino immunis abeam. Ego vero,
 sororis nomine audito, attentior factus, Ut lubet, inquam
 pater, siquidem de vivente dicturus es. Tum ille, quae
 antea ipse narravi, omnia recensuit, Callisthenem scilicet,
 oraculum, sacrificium, naventiam, raptum: illud etiam
 addens, Callisthenem cum inter navigandum rescivisset,
 Calligonem filiam meam non esse, tametsi rem contra,
 quam putarat, evenisse cognovisset, nunquam tamen amare
 illam destitisse, sed ad genua ejus prostratum, hujusmodi
 fere locutum esse: Ne me, o heras, praedonem, flagitio-
 sumve aliquem esse putes, qui nobili loco natus Byzantio-
 rum, nemini genere cedam. Amor fecit ut praedonis partes
 agerem et has insidias tibi struerem. Verum tum me
 posthac mancipium puta: tibi enim memet inprimis, deinde
 fortunas, quantas nunquam tibi pater dedisset, trado: quin
 etiam a virginitate tua violanda, quamdiu voles, abstineto.
 His ille atque aliis etiam ad persuadendum aptioribus (erat
 enim cum adspectu decorus, lepidus et in dicendo argutus)
 puellam suam in sententiam pertraxit. Ac posteaquam By-
 zantium reversus est, dote ingenti pacta, multisque aliis,
 veste scilicet, auro, ceterisque rebus ad divitum mulierum
 ornatum spectantibus magnifice praeparatis, puellam sane
 quam splendidissime adornavit, qualenque illam rapuit,
 virgineam, uti antea promiserat, manere passus est. Ipse
 vero plerisque in rebus tractandis modestum, moderatum-
 que ac mansuetum se praestitit: adolescentisque nova
 quaedam mutatio repente facta est. Nam et senioribus as-
 surgebat, et obviis quibusque salutem prius reddere stu-
 debat, quam accepisset: eumque antea immodice sui profu-
 sus esset, priore luxuria in prudentiam, mutata, liberalitate
 deinceps erga eos, qui egerent, uti cepit, ut mirarentur
 omnes, tam subito ex tam pravo tam frugi evasisse. Me
 vero praeter caeteris allegerat: illum deamabam, et priorem
 luxum admirabilem quamdam naturae largitatem potius,
 quam intemperantiam, fuisse animadverti. Ac mihi tum
 venit in mentem illud de Themistocle: qui cum in adole-
 scentia perquam dissolutus esset, omnes tamen deinceps
 Athenienses prudentia et fortitudine superavit. Me itaque
 penitebat, hominem, cum filiam dari sibi peteret, repu-
 dasso: nam et maximum mihi honorem tribuebat et patri-
 trem appellabat, armatusque per forum comitabatur. Sed

ἐκάλει πατέρα καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐδορυφόρει καὶ τῶν εἰς πόλεμον γυμνασίων οὐκ ἤμέλει, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἐρρομένως ἐν ταῖς ἵππασiais διέπρπεπεν. Ἦν μὲν οὖν καὶ παρὰ τὸν τῆς ἀσωτίας χρόνον τούτοις χαίρων καὶ χροῦμενος, ἀλλ' ὡς ἐν τρυφῇ καὶ παιδιᾷ· τὸ δ' ἀνδρεῖον ὁμῶς αὐτῷ καὶ τὸ ἔμπειρον λεληθότως ἐτρέφετο. Τέλειον δ' ἦν αὐτῷ τὸ ἔργον πρὸς τὸ καρτεροῦς καὶ ποικίλως διαπρέπειν ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Ἐπεδίδου δὲ καὶ χρήματα ἰκανὰ τῇ πόλει. Κάκεινον ἄμ' ἐμοὶ στρατηγὸν προσβάλλοντο· ὅθεν ἔτι μάλλον ὑπερῆσπάζετό με, ὑπήκοόν μοι κατὰ πάντα παρέχων ἑαυτόν.

ΙΗ' Ἐπεὶ δ' ἐνίκησαμεν τὸν πόλεμον ἐπιφανείᾳ τῶν θεῶν, [καί] ὑποστρέψαντες εἰς τὸ Βυζάντιον, εὐφημοῦντες τὸν Ἡρακλέα καὶ τὴν Ἄρτεμιν, ἐχειροτονήθημεν, ἐγὼ μὲν ἐναυθα τῇ Ἀρτέμιδι, ὃ δ' εἰς Τύρον Ἡρακλεῖ, λαβόμενός μου τῆς δεξιᾶς ὁ Καλλισθένης, διηγείται πρῶτον τὰ πεπραγμένα αὐτῷ περὶ τὴν Καλλιγόνην, Ἄλλ' ἄπερ ἐποίησαμεν, πάτερ, εἶπε, τὰ μὲν νεότητος φύσει πέπρακται βία, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα προαιρέσει. Παρθένον γὰρ τὴν κόρην μέχρι τούτου τετήρηκα, καὶ ταῦτα πολέμοις ὀμιλῶν, ἐν οἷς οὐδεὶς ἀναβάλλεται τὰς ἡδονάς. Νῦν οὖν εἰς τὴν Τύρον αὐτὴν ἀπαγαγεῖν ἐγνώκα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ νόμον παρ' ἐκείνου λαβεῖν τὸν γάμον. Ἄν μὲν οὖν ἐθελήσῃ μοι δοῦναι τὴν κόρην, ἀγαθῇ τύχῃ δέξομαι· ἂν δὲ σκαιὸς γένηται καὶ δύσκολος, παρθένον αὐτὴν ἀπολήψεται. Ἐγὼ γὰρ προῖκα ἐπιδοὺς οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἀγαπητῶς ἂν λάβοιμι τὸν γάμον. Ἀναγνώσομαι δέ σοι καὶ τὸ συμβόλαιον, ὃ φθάνω πρὸ τοῦ πολέμου γράψας, δεόμενος συνοικίσαι τῇ Καλλισθένει τὴν κόρην, τό τε γένος αὐτοῦ καταλέγων καὶ τὸ ἀξίωμα καὶ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις ἀριστείας. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἡμῖν τὸ συγκεῖμενον. Ἐγὼ δὲ, ἦν τὴν ἔφεσιν ἀγωνισώμεθα, διέγνώκα πρῶτον μὲν εἰς τὸ Βυζάντιον διαπλευσάσαι, μετὰ ταῦτα δ' εἰς τὴν Τύρον. Καὶ ταῦτα διαμυθολογήσαντες ἐκοιμήθημεν τὸν αὐτὸν τρόπον.

ΙΘ'. Τῇ δ' ὑστεραία παραγενόμενος ὁ Κλεινίας ἔφη Θέρσανδρον διὰ τῆς νυκτὸς ἀποδεῶρακεναι· τὴν γὰρ ἔφεσιν οὐχ ὡς ἀγωνιούμενον πέποιτῆσθαι· βουλούμενον δὲ μετὰ προφάσεως ἐπισχεῖσθαι τὸν ἐλεγχον ὧν ἐτόλμησε. Μείναντες οὖν τῶν ἐξῆς τριῶν ἡμερῶν, ὅσων ἦν ἡ προθεσμία, προσελθόντες τῷ προσῆδρῳ, καὶ τοὺς νόμους ἀναγνόντες κατ' οὐς οὐδεὶς ἔτι τῷ Θερσάνδρῳ λόγος πρὸς ἡμᾶς ἦν, νεῖος ἐπιβάντες καὶ οὐρίῳ χρησάμενοι πνεύματι, κατήραμεν εἰς τὸ Βυζάντιον, κάκει τοὺς πολυεύχτους ἐπιτελέσαντες γάμους, ἀπεδημήσαμεν εἰς τὴν Τύρον. Δύο δ' ὑστερον ἡμερῶν τοῦ Καλλισθέ- νους ἐλθόντες, εὔρομεν τὸν πατέρα μέλλοντα ὕσιν τοὺς γάμους τῆς ἀδελφῆς εἰς τὴν ὑστεραίαν. Παρῆμεν οὖν ὡς καὶ συνῦσοντες αὐτῷ καὶ εὐξόμενοι τοῖς θεοῖς, τοὺς τ' ἐμοὺς καὶ τοὺς ἐκείνου γάμους σὺν ἀγαθαῖς φυλαχθῆναι τύχαις. Καὶ διεγνώκαμεν ἐν τῇ Τύρῳ παραχειμάσαντες διελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον.

nec a bellicis studiis animus ejus abhorrebat: quippe in equestribus certaminibus perquam strenue se gerebat, utpote qui prima illa etiam intemperanti ætate equis, quamquam temere et ad luxum paratis, gauderet, sed tamen virile robur et rerum usus præcipuum in eo studium fuit, bellicas res fortiter multifariamque tractare. Multo quin etiam ære suo privato rempublicam juvit, mecumque una militum ductor creatus est: unde majorem quoque mihi honorem habuit, obsequentem sese in omnibus præstans.

XVIII. Postea vero quam de hostibus, diis ipsis nobis coram adstantibus, victoriam reportavimus, Byzantium reversi, ego huc Dianæ, ille Tyrum Herculi, ad gratias referendas missi sumus. Sed prius tamen dextera prehensent me Callisthenes, quæ sibi Calligones causa facta fuissent, commemoravit, Eorum, inquit, pater, quæ antea fecimus, juventutis indoles, vis, causa fuit: quæ vero post, judicio adhibito commissa fuerunt. Virginem enim puellam hactenus servavi, belli præsertim tempore, quo nemo sibi oblatas perfrueudarum voluptatum occasiones abire pati vult. Nunc eam Tyrum ad patrem ducere, et ab eo sicuti leges jubent, in uxorem accipere, omnino constitui. Quod si impetravero, eam bona fortuna accipiam: sin autem difficilis ille atque morosus, virginem etiam filiam suam sibi habeat: quam tamen ego hercule non contemnenda dote confecta in uxorem lubens duxerim. Tabellas vero etiam, quas antequam ad bellum exirem, puellam Callistheni nubere optans, conscripseram, tibi recitabo: in iis enim genus illius, dignitatem, rei militaris usum recensui. Quæ autem inter nos pacti eramus, hæc sunt. Mihi vero, si etiam post Thersandri provocationem secundum nos judicatum fuerit, Byzantium primum, deinde Tyrum navigare in animo est. Hic cum ille dicendi finem fecisset, cubitum se quisque nostrum, ubi pridie, contulit.

XIX. Postridie reversus ad nos Clinia, Thersandrum noctu solum vertisse, ab eoque, non ut revera hoc certamen iniret, provocatum fuisse: sed id causæ sumptum, ut indicio eorum, quæ ausus fuerat, faciendo moram injiceret, narravit. Nos triduum adhuc morati, (ad tantum enim temporis vadimonium durabat) Præsidem rursus convenimus: recitatisque legibus, ex quibus nullam Thersandro nos accusandi causam fuisse apparebat, nave conscensa, prosperoque flante vento, Byzantium, ubi peroptatas confecimus nuptias, deinde Tyrum navigavimus. Quo in loco, cum biduo post Callisthenem adventassemus, patrem ob sororis nuptias postera die sacra facturum comperimus. Affuimus itaque, ut una sacra faceremus deosque, ut meas illiusque nuptias felices fortunatasque esse vellent, precaremur. Et decrevimus hieme illic acta, Byzantium redire.

LONGUS.

ΛΟΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ
ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ
ΛΟΓΟΙ ΤΕΤΤΑΡΕΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐν Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον
κάλλιστον, ὃν εἶδον· * εἰκόνα γραφὴν ἱστορίαν ἔρωτος.
Καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρὸν, κα-
τάρρυτον· μία πηγὴ πάντ' ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ
6 δένδρα· ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνότερα καὶ τέχνην ἔχουσα
περιττὴν καὶ τύχην ἐρωτικὴν· ὥστε πολλοὶ καὶ τῶν
ξένων κατὰ φήμην ἤσαν, τῶν μὲν Νυμφῶν ἰκέται, τῆς
δ' εἰκόνας θεαταί. Γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι, καὶ
ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι, παιδία ἐκκείμενα,
10 ποίμνια τρέφοντα, ποιμένες ἀναιρούμενοι· νέοι συντι-
θέμενοι, ληστῶν καταδρομῆ, πολεμίων ἐμβολή. Πολλὰ
ἄλλα καὶ πάντα ἐρωτικὰ ἰδόντα με καὶ θαυμάσαντα
πῶτος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. καὶ ἀναζητησάμενος
ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνας, τέτταρας βίβλους ἐξεπονησάμεν,
15 ἀνάθημα μὲν Ἐρωτι καὶ Νύμφαις καὶ Πανί, κτῆμα
δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται,
καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται, τὸν ἐρασθέντα ἀνα-
μνήσει, τὸν οὐκ ἐρασθέντα προπαιδεύσει. Πάντως γὰρ
οὐδεὶς ἔρωτα ἔφυγεν ἢ φεύζεται, μέχρις ἂν κάλλος ἢ
20 καὶ ὄφθαλμοὶ βλέπωσιν. Ἡμῖν δ' ὁ θεὸς παράσχοι
σωφρονοῦσι τὰ τῶν ἄλλων γράφειν.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Α'. Πόλις ἐστὶ τῆς Λέσβου, Μυτιλήνη, μεγάλη καὶ
καλή· διείληπται γὰρ εὐρίποις, ὑπειρεούσης τῆς θα-
λάσσης, καὶ κεκοσμηταὶ γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ
25 λίθου. Νομισίας ἀνοῦ πόλιν ὄραν ἀλλὰ νῆσον. Ταύτης
τῆς πόλεως [τῆς Μυτιλήνης], ὅσον ἀπὸ σταδίων δια-
κοσίων ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον·
ὄρη θηροτρόφα· πεδία πυροφόρα· γήλοφοι κλημάτων·
νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλασσα προσέκλυζεν ἡϊόνι
30 ἐκτεταμένη ψάμμου μαλθακῆς.

Β'. Ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ νέμων αἰπόλος, Λάμων τοῦνομα,
παιδίον εὔρεν ὑπὸ μιᾶς τῶν αἰγῶν τρεφόμενον. Δρυμὸς

LONGI
PASTORALIIUM

DE
DAPHNIDE ET CHLOE
LIBRI QUATUOR.

PROEMIUM.

Cum in Lesbo feras indagarem, Nympharum in luco,
spectaculum vidi, omnium, quotquot quidem oculis usur-
pavi, pulcherrimum: videlicet tabulam pictam, imaginem
quæ amatoriam historiam repræsentaret. Amœnus qui-
dem erat ille lucus, dejsus arboribus, floribus ridens, aquis
irriguus; unus fons omnia alebat, cum flores, tum arbores:
at tamen jucundior erat illa pictura in qua et singulare arti-
fificium, et amatorii casus descriptio conspiciantur; adeo
ut multi etiam peregrini, fama exciti, huc ventitent,
Nympharum quidem supplices, sed et imaginis spectatores
futuri. In hac tabula videre erat mulieres parturientes, et
alias quæ fasciis adornarent, expositos infantes, pecudes
quæ eos alerent, pastores qui eos tollerent, juvenes mutuam
sibi fidem obstringentes, latronum incursionem, hostium
impressionem. Multa alia præterea, eaquæ omnia amatoriam
videnti mihi et admiranti cupido incessit scripto quasi re-
spondendi picturæ isti, eamque veluti repræsentandi.
Postquam igitur hujusce imaginis interpretem conquisivis-
sem, quatuor confeci libros, donum Cupidini, Nymphis
et Pani sacrum, opusque cunctis jucundum hominibus,
quod agro medelam, mœrenti solatium afferat, ejus, qui
amavit, memoriam refricet et amoris rudem doceat. Om-
nino namque nullus unquam amorem effugit aut effugiet,
quamdiu snus formæ decor, snaque oculis acies constabit.
Nobis autem Numen concedat, ut sani integrique aliorum
casus describere queamus.

LIBER PRIMUS.

I. Est in Lesbo civitas Mytilene, magna et pulchra. In-
fluens mare multis eam euripis distinguit ac dissecat: et pon-
tes totam urbem ornant ex candido ac polito lapide facti;
ut non urbs, sed insula esse videatur. Ab hac urbe [Myti-
lene] stadia circiter ducenta, viri cujusdam opulenti ager
situs erat, possessio pulcherrima; montes ferarum, prata
tritici feracia; palmitibus colliculi, pascua gregibus abun-
dabant: mare autem litus molli arena extensus allue-
bat.

II. Hoc in agro gregem pascens caprarius, nomine Lamon,
infantem ab una caprarum enutritum invenit. Saltus erat,

ἦν καὶ λόγμῃ βάτων, καὶ κιττός ἐπιπλανώμενος, καὶ πόα
μαλθακὴ, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. Ἐνταῦθ' ἡ αἰξ
θέουσα συνεχῆς, ἀφανῆς ἐγένετο πολλάκις, καὶ τὸν ἔριφον
ἀπολιποῦσα, τῷ βρέφει παρέμενε. Φυλάττει τὰς δια-
5 δρομάς ὁ Λάμων, οἰκτίερας ἀμελούμενον τὸν ἔριφον, καὶ
μεσημβρίας ἀμαζούσας κατ' ἔγχος ἑλθὼν, ὄρα τὴν μὲν
αἶγα πεφυλαγμένης περιβεβηκυῖαν, μὴ ταῖς χηλαῖς
βλάπτει πατοῦσα τὸ βρέφος, τὸ δὲ, ὡσπερ ἐκ μητρίφας
θηλῆς τὴν ἐπιρροὴν ἔλκον τοῦ γάλακτος. Θαυμάσας,
10 ὡσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσσειν ἐγγύς καὶ εὕρσκει παιδίον
ἄρρεν, μέγα καὶ καλὸν καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν
σπαργάνῳ κρείττοι. Χλανιδίον τε γὰρ ἦν ἀλουργὲς
καὶ πόρπη χρυσῆ καὶ ξιφιδίον ἐλεφαντόκωπον.

Γ'. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο μόνα τὰ γυν-
16 ρίσματα βαστάσας, ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους· ἔπειτα δ' αἰ-
δεσθεῖς, εἰ μὴδ' αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμῆσται, νύκτα
φυλάξας, κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναιῖκα Μυρτάλην, καὶ
τὰ γυνώρισμα, καὶ τὸ παιδίον, καὶ τὴν αἶγα αὐτὴν.
Τῆς δ' ἐκπλαγεῖσας, εἰ παιδίον τίκτουσιν αἱ αἰγες,
20 πάντα αὐτῇ διηγείται, πῶς εὖρεν ἔκκειμενον, πῶς εἶδε
τρεφόμενον, πῶς ἠδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανούμενον.
Δόξαν δὴ κακείνη, τὰ μὲν συνεκτελέοντα κρύπτουσι, τὸ
δὲ παιδίον αὐτῶν νομιζουσι, τῇ δ' αἰγῇ τὴν τροφήν ἐπι-
τρέπουσιν. Ὡς δ' ἂν καὶ τοῦνομα τοῦ παιδίου ποι-
25 μενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἐγνῶσαν καλεῖν.

Δ'. Ἦδη δὲ διητοῦς χρόνου διῆκνουμένου, ποιμὴν ἐξ
ἀγρῶν ἠμῶν νέμων, Δρύας τοῦνομα, καὶ αὐτὸς ὁμοίος
ἐπιτυγῆναι καὶ εὐρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμφῶν ἄν-
τρον ἦν, πέτρα μεγάλη, τὰ ἐνδοθεν κοίλη, τὰ ἐξωθεν
30 περιφερής· τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν λίθοις
II. Habrocomes ad Ægypti præfectum venit, quem Pelusiotæ de omnibus certiorum literis fecerant, Araxi necem, ac famulum tantum scelus ausum esse narrantes. Quæ ille comperiens, nec ultra seiscitatus, abductum Habrocomen in crucem tollere jubet. Cui tot obruto malis obmutescenti, solatio fuit, quod et Anthiam fato functam esse putaret. Quibus id mandatum fuerat, illum ad Nili ripas ducunt, ubi prærupta rupes erat in fluminis decursum propendens, erectæ cruci restibus annectunt, manus pedesque constringentes, ut illis suspendendi mos est et abierunt, velut in firmo loco relicto, quem suspenderant. Ille solem adspiciens, et Nili fluentia, o deorum, inquit, hominum generi amicissime, qui Ægyptum tenes et per quem terra et mare hominibus apparuit, si quid Habrocomes injusti fecit, misere peream, suppliciumque hoc majus, si quod est, patiar: sed si me mulier scelestâ prodidit, ne Nili flumen polluat, corpore per injuriam necato; neque tu hoc videas spectaculum, ut quisquam nullo admissa scelere in hac tua terra pereat. Hæc præcantem misertus est deus, ac subito venti vis exoritur; quo irridente, et crux et terreum rupis

γεῶδες, εἰς ὃ ἦν ὁ σταυρὸς ἤρεισμένος· ἐπιπίπτει δ' ὁ Ἀβροκόμης τῷ βρέματι καὶ ἐφέρετο οὔτε τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀδικούντος, οὔτε τῶν δεσμῶν ἐμποδιζόντων, οὔτε τῶν θηρίων παραβλαπτόντων, ἀλλὰ παραπέμποντος τοῦ βρέματος· φερόμενος δ' εἰς τὰς ἐκβολὰς ἔρχεται [τὰς εἰς τὴν θάλασσαν] τοῦ Νείλου, κἀνταῦθ' οἱ παραφυλάσσοντες λαμβάνουσι αὐτὸν καὶ ὡς δραπέτην τῆς τιμωρίας ἄγουσι παρὰ τὸν διοικοῦντα τὴν Αἴγυπτον. Ὁ δ' ἔτι μάλλον ὀργισθεὶς καὶ πονηρὸν εἶναι νομίσας 10 τελέως, κελεύει πυρὰν ποιήσαντας ἐπιθέντας καταφλέξει τὸν Ἀβροκόμην. Καὶ ἦν μὲν ἅπαντα παρεσκευασμένα καὶ ἡ πυρὰ παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου καὶ ἐπετέθειτο μὲν ὁ Ἀβροκόμης καὶ τὸ πῦρ ὑπετέθειτο· ἄρτι δὲ τῆς φλογὸς μελλούσης ἄπτεσθαι τοῦ σώματος, 15 ἤρχετο πάλιν ὀλίγα, ὅσ' ἐδύνατο, σῶσαι αὐτὸν ἐκ τῶν καθεστῶτων κακῶν. Κἀνταῦθα κυματοῦται μὲν ὁ Νείλος, ἐπιπίπτει δὲ τῇ πυρᾷ τὸ βρέμα καὶ κατασβέννυσι τὴν φλόγα· θαῦμα δὲ τὸ γενόμενον τοῖς παροῦσιν ἦν, καὶ λαθόντες ἄγουσι τὸν Ἀβροκόμην πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς Αἰγύπτου καὶ λέγουσι τὰ συμβάντα καὶ τὴν τοῦ Νείλου βοήθειαν διηγούνται. Ἐθαύμασεν ἀκούσας τὰ γενόμενα καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν τηρεῖσθαι μὲν ἐν τῇ εἰρκτῇ, ἐπιμέλειαν δ' ἔχειν πᾶσαν, ἔως, ἔφη, μάθωμεν, 20 ὅστις ἀνθρωπὸς ἐστὶν καὶ ὅτι οὕτως αὐτοῦ μελεῖ θεοῖς.

Γ'. Καὶ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ εἰρκτῇ· ὁ δὲ Ψάμμις, ὁ τὴν Ἀνθειαν ὠνησάμενος, διέγνων μὲν ἀπιέειν τὴν ἐπ' οἴκου καὶ πάντα πρὸς τὴν ὀδοιπορίαν παρεσκευάζετο. Ἐδεῖ δ' αὐτὸν δεύσαντα τὴν ἄνω Αἴγυπτον, ἐπ' Αἰθιοπίαν ἐλθεῖν ἐνθα ἦν τὸ Ἴπποθόου ληστήριον. Ἦν δὲ πάντα 30 εὐτρεπῆ, κάμηλοι τε πολλοὶ καὶ ὄνοι καὶ ἵπποι σκευαγωγοί· ἦν δὲ πολὺ μὲν πλῆθος χρυσοῦ, πολὺ δ' ἀργύρου, πολλὴ δ' ἐσθῆς· ἦγε δὲ καὶ Ἀνθειαν. Ἦ δ' ὡς Ἀλεξάνδρειαν παρελθοῦσα ἐγένετο ἐν Μέμφει, ἤρχετο τῇ Ἴσιδι στᾶσα πρὸ τοῦ ἱεροῦ, ὃ μεγίστη θεῶν, μέχρι 35 μὲν νῦν ἀγνή μὲν λογιζομένη σὴ καὶ γάμον ἄχραντον Ἀβροκόμην τηρῶ· τοῦντεῦθεν δ' ἐπ' Ἰνδοῦς ἔρχομαι, μακρὰν μὲν τῆς Ἐφρᾶσιον γῆς, μακρὰν δὲ τῶν Ἀβροκόμου λειψάνων. Ἦ σῶσον οὖν ἐντεῦθεν τὴν δυστυχῆ καὶ ζῶντι ἀπόδος Ἀβροκόμην, ἢ εἰ πάντως εἰμαρται 40 χωρὶς ἀλλήλων ἀποθανεῖν, ἔργασαι ταῦτα, μεῖναι μὲν σωφρονοῦσαν τῇ νεκρῷ. Ταῦτ' ἤρχετο καὶ προήεσαν τῆς ὁδοῦ καὶ ἤδη μὲν διεληλύθεσαν Κοπτὸν, ἐνέβαινον δὲ τοῖς Αἰθίοπων ὄροις. Καὶ αὐτοῖς Ἴπποθόος ἐπιπίπτει καὶ αὐτὸν μὲν τὸν Ψάμμιν ἀποκτιννύει καὶ 45 πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ καὶ τὰ χρήματα λαμβάνει καὶ τὴν Ἀνθειαν αἰγμάλωτον συλλεξάμενος δὲ τὰ ληφθέντα χρήματα, ἦγεν εἰς ἄντρον τὸ ἀποδεδειγμένον αὐτοῖς εἰς ἀπόθεσιν τῶν χρημάτων· ἐνταῦθ' ἦει καὶ ἡ Ἀνθεια· οὐκ ἐγνώριζε δ' Ἴπποθόου, οὐδ' Ἴπποθόος τὴν Ἀνθειαν. 50 Ὅποτε δ' αὐτῆς πύθοιτο ἦτις τ' εἶη καὶ πόθεν, τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔλεγεν, ἔφασκε δὲ, Αἰγυπτία εἶναι ἐπιχώριος, καὶ τοῦνομα Μεμφίτις.

Δ'. Καὶ ἡ μὲν ἦν παρὰ τῷ Ἴπποθόῳ ἐν τῷ ἄντρον τῷ ληστρικῷ· ἐν τούτῳ δὲ μεταπέμπεται τὸν Ἀβροκόμην

ΧΕΝΟΜΙΟΝ ΕΡΗΣ.

solum, in quo illa defixa fuerat, dejiciuntur. Habrocomes in profluentem cadens defertur, nec lædente illum aqua, neque vinculis impredientibus, neque bestiis noxam inferentibus, ac deducentibus undis ad Nili ostia defertur. Ibi cum custodesprehendunt et ut pœnæ profugum ad eum, qui Ægyptum regebat, ducunt; qui magis succensens, omninoque scelestum judicans, fieri pyram jubet, imponique et cremari Habrocomen. Et omnia in promptu erant, pyra prope Nili ostia, Habrocomes impositus, ignisque admotus. Jamque corpus flammæ fere attigerant, cum paucis, ut potuit, precatur, ut ab instantibus malis servaretur. In his intumuit Nilus et adfluens aqua pyræ flammam exstinguit. Miraculum id adstantibus visum, adeo ut Habrocomen ad Ægypti præfectum ducerent et quæ accidissent, Nilique auxilium narrant. Audiens hæc omnia miratur et custodiri illum in carcere jubet, omnemque adhiberi curam, donec, inquit, qui vir sit, sciamus, et cur diis adeo curæ sit.

III. Dum ille in carcere erat, Psammis, qui Anthiam emerat, redire domum statuit, omniaque ad iter parabantur. Superiorem Ægyptum peragranti, adeunda quoque Æthiopia erat, ubi Hippothoi agmen prædonum constiterat. Omnibus bene instructis, multisque camelis et asinis et equis, sarcinas portantibus, cum auri et argenti magna vi, plurimamque veste, cum Anthia iter ingreditur. Quæ ut Alexandriam prætergressa Memphim pervenit, ante Isidis templum subsistens precatur: o dearum maxima, hucusque quidem castæ esse licuit, dum tua esse credebar, incorruptamque connubii fidem Habrocomæ servare. Hinc ad Indos abeo, longum ab Ephesiis, longum ab Habrocomæ reliquis iter. Vel me miseram hinc anfer, vivoque redde Habrocomæ, vel si seorsim nos mori fata omnino velint hoc saltem effice, ut et mortuo promissam pudicitiam servem. Cum hæc precata esset, progressi viam jam Coptum pervenerant et Æthiopum montes conscenderant, cum obviam fit illis Hippothous, qui Psammis ipso, multisque, qui cum eo erant, occisis, direptaque pecunia et Anthiam captivam ducit, collectaque omnia, quæ relicta fuerant, in antrum defert, in quo constiterant condere prædam. Anthia illuc ingressa nec Hippothoum agnoscit, nec ipsam Hippothous; et quotiescumque rogasset, quænam esset et unde, Anthia veritatem dissimulans Ægyptiam se esse dixit, Memphitum nomine.

IV. Dum illa apud Hippothoum est in latronum antro, Habrocomen præfectus Ægypti accessi jubet et quæ ad

δ' ἄρχων τῆς Αἰγύπτου καὶ πυνθάνεται τὰ κατ' αὐτὸν καὶ μανθάνει τὸ διήγημα καὶ οἰκτερίζει τὴν τύχην καὶ δίδωσι χρήματα καὶ εἰς Ἐφεσον ἄζειν ὑπισχεῖτο. Ὁ δ' ἄπασαν μὲν ἤδει χάριν αὐτῇ τῆς σωτηρίας, ἐδείτο δ' ἐπιτρέψαι ζητῆσαι τὴν Ἀνθειαν. Καὶ ὁ μὲν πολλὰ δῶρα λαβὼν, ἐπιβάς σκάφους, ἀνήγετο τὴν ἐπ' Ἰταλίας, (ὡς) ἐκεῖ πεισομένους τι [μαθεῖν] περὶ Ἀνθείας. Ὁ δ' ἄρχων τῆς Αἰγύπτου, μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Ἄραξον, μεταπεμφάμενος ἀνσταύρωσε τὴν Κυνώ.)

10 Ε'. Τῆς δ' Ἀνθείας οὔσης ἐν τῷ ἄντρῳ ἐρᾷ τῶν φρουρούντων αὐτὴν ληστῶν εἷς, Ἀγχιάλος τὸννομα. Οὗτος ὁ Ἀγχιάλος ἦν μὲν τῶν ἀπὸ Συρίας Ἰπποθῶν συνελλυθόντων, Λαοδικεὺς τὸ γένος· ἐτιμᾶτο δὲ παρὰ τῶν Ἰπποθῶν, υσανικός τε καὶ μεγάλα ἐν τῷ ληστηρίῳ δυνάμενος. Ἐρασθεὶς δ' αὐτῆς τὰ μὲν πρῶτα λόγους προσέφερεν ὡς πείσων καὶ ἔρασκε λόγῳ λήψεσθαι καὶ παρὰ τοῦ Ἰπποθῶου δῶρον αἰτήσιν. Ἡ δὲ πάντ' ἤρνεῖτο καὶ οὐδὲν αὐτὴν ἐδυσώπει, οὐκ ἄντρον, οὐ δεσμὰ, οὐ ληστῆς ἀπειλῶν· ἐφύλασσε δ' ἑαυτὴν ἐθ' Ἄβροκόμη καὶ δοκοῦντι τεθηγκέναι καὶ πολλάκις ἀνεβόα εἶποτε λαθεῖν ἠδύνατο Ἄβροκόμου μόνου γυνὴ μεῖναι κἂν ἀποθανεῖν δέη, κἂν ὄν πέπονθα χεῖρω παθεῖν. Ταῦτ' εἰς μείζονα συμφορὰν ἤγε τὸν Ἀγχιάλον καὶ ἡ καθ' ἡμέραν τῆς Ἀνθείας ὄψις ἐξέκαεν αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα· οὐκέτι δὲ φέρειν δυνάμενος, ἐπεχειρεῖ βιάζεσθαι τὴν Ἀνθειαν. Καὶ νύκτωρ ποτὲ, οὐ παρόντος Ἰπποθῶου, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ὄντος ἐν τῷ ληστηρίῳ, ἐπανίστατο καὶ ὑβρίζειν ἐπειράτο· ἡ δ' ἐν ἀμηχάνῳ κακῷ γενομένη, σπασαμένη τὸ παρακείμενον ζῆφος, παῖε τὸν Ἀγχιάλον καὶ ἡ πληγὴ γίνεται καιρία· ὁ μὲν γὰρ περιληψόμενος καὶ φιλήσων ὄλος ἐνενεύκει πρὸς αὐτὴν· ἡ δ' ὑπενεχοῦσα τὸ ζῆφος κατὰ τῶν στέρνων ἐπληξε. Καὶ Ἀγχιάλος μὲν οἴκην ἰκανὴν ἐδεδώκει τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας· ἡ δ' Ἀνθεια εἰς φόβον μὲν τῶν δεδραμένων ἔρχεται καὶ πολλὰ ἐβουλεύετο, ποτὲ μὲν ἑαυτὴν ἀποκτείνειν, ἀλλ' ἐτι ὑπὲρ Ἄβροκόμου τι ἤλπιζε, ποτὲ δὲ φυγεῖν ἐκ τοῦ ἀντροῦ, ἀλλὰ τοῦτ' ἀμήχανον ἦν· οὔτε γὰρ ἡ δόδος αὐτῇ εὐπορος ἦν, οὐθ' ὁ ἐξηγησόμενος τὴν πορείαν. Ἔγνω μάλιστα οὖν ἐν τῷ ἄντρῳ καὶ φέρειν ὅτι τὸν αὐτὸν δαίμονι δοκῆ· κἀκείνην μὲν τὴν νύκτα ἔμεινεν, οὐθ' ὕπνου τυχοῦσα καὶ πολλὰ ἐννοοῦσα.

Γ'. Ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐγένετο, ἤκον οἱ περὶ τὸν Ἰπποθῶον καὶ ὄρωσι τὸν Ἀγχιάλον ἀνηρημένον καὶ τὴν Ἀνθειαν παρὰ τῆς σώματι, καὶ εἰκάζουσι τὸ γεγόμενον καὶ ἀνακρίναντες αὐτὴν μανθάνουσι πάντα. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἐν ὀργῇ τὸ γεγόμενον ἔχειν καὶ τὸν τεθηγκότα ἐκδικῆσαι φίλον· καὶ ἐβουλεύοντο κατ' Ἀνθείας ποικίλα, ὁ μὲν τις ἀποκτείνειν κελύων καὶ συνάψαι τῷ Ἀγχιάλου σώματι, ἄλλος δ' ἀνασταυρῶσαι· ὁ δ' Ἰπποθῶος ἠνίκατο μὲν ἐπὶ τῷ Ἀγχιάλῳ, ἐβουλεύετο δὲ κατ' Ἀνθείας μείζονα κολασιν· καὶ δὴ κελύει τάφρον ὀρύξαντας μεγάλην καὶ βαθεῖαν ἐμβαλλεῖν τὴν Ἀνθειαν καὶ κύνας μετ' αὐτῆς δύο, ἵν' ἐν τούτῳ μεγάλῃν οἴκην ὑποσχῆ τῶν τετολυμένων. Καὶ οἱ μὲν ἐποιοῦν τὸ

ipsum pertinebant sciscitatus, rem ut erat intelligens, miseratusque infortunium, pecunia data, se eum Ephesum deducendum curaturum promittit. Ille maximam quidem ei gratiam habuit, quod servasset, sed precatur, ut sibi Anthiam inquirere permitteret. Multis igitur acceptis numeribus, conscenso navigio in Italiam solvit, exploraturus, si quid illic de Anthia audire posset. Praefectus Aegypti de his, quae Araxo acciderant, certior factus, accessitque Cyno cruci affixit.

V. Dum in antro degebat Anthia, ejus amore flagrat quidam e latronibus, qui ipsam custodiebant, Anchialus nomine. Is e Syria cum Hippothoo venerat, genere Laodicensis, eratque apud eum in honore, fortis et plurimum inter latrones potens. Primum igitur blande eam alloquitur exoraturus, ac secum reputans, verbis se illam pellecturum et dono inde ab Hippothoo petiturum. Omnia detrectantem non antrum flexit, non vincula, nec latro minax, seque Habrocomae ilibatam servabat, etsi mortuum putaret, saepiusque, si quando clam posset, exclamabat, unius Habrocomae uxor sin, vel, si mori oporteat, peioraque, quam passa sum, pati. Hinc augescere Anchialo agritudo, quem quotidianus Anthiae adspectus amore exurebat, adeo ut, non amplius ferre valens, vim inferre Anthiae aggrediretur; ac noctu, absente Hippothoo, cum ceteris ad praedandum profecto, puellam adoritur, vitiumque afferre parat. Illa oppressam malis se sentiens, consilia omnia superantibus, gladium prope jacentem stringens, letali vulnere Anchialum percutit. Dum enim is complexaturus et juncturus osculum, totus super eam se inclinaverat, illa gladium subjiciens pectori vulnus inflixit. Et Anchialus quidem de scelesti libidine poenas justas dedit; Anthia vero ob factum commota animum metu multa iniit consilia, nunc sibi mortem consciscendi, sed spei adhuc aliquid de Habrocoma supererat, nunc aufugiendi ex antro: sed cum ad hoc nihil ei omnino suppeteret, neque enim expeditum iter aut viae dux erat, in antro manere statuit, ac ferre, quidquid deo suo videretur; noctemque illam fuit insomnis, multa volutans animo.

VI. Ut illuxit, Hippothoos cum sociis adveniens occisum Anchialum videt, et prope corpus Anthiam. Factum conjiciunt, eamque interrogantes omnia intelligunt. Visum iis, ob hoc ira percitis, amici mortem ulcisci. Varia in Anthiam consulere: necandam alius dixit et cum Anchiali corpore sepeliendam, alius in crucem agendam. Hippothoos, ob Anchialum moestus, majus in Anthiam supplicium commentus est. Jubet profundam latamque fossam fieri et injici Anthiam et duos cum ea canes, ut, tantum ausa facinus, ita poenam gravissimam pendat. Hi mandata fecerunt. Anthia in fossam demittitur una cum

προσταχθὲν, ἤγετο δ' ἡ Ἄνθεια ἐπὶ τὴν τάφρον καὶ οἱ
 κύνες· οἱ κύνες δ' ᾔσαν Αἰγύπτιοι, τὰ τ' ἄλλα μεγάλοι καὶ
 ἀφθῆναι φοβεροί. Ὡς δ' ἐνεβλήθησαν, ξύλα ἐπιτι-
 θέντες μεγάλα ἐπέχωσαν τὴν τάφρον, (ᾗν δὲ τοῦ Νείλου
 5 ὀλίγον ἀπέχουσα,) καὶ κατέστησαν φρουρὸν ἓνα τῶν
 ληστῶν, Ἀμφίνομον. Οὗτος δ' Ἀμφίνομος ἤδη μὲν
 καὶ πρότερον ἐαλῶκει τῆς Ἄνθειας, τότε δ' οὖν ἤλεει
 μᾶλλον αὐτὴν καὶ τῆς συμφορᾶς ὄχτειρεν· ἐπενόει δὲ,
 10 ὅπως ἐπὶ πλεῖον αὐτὴ ζήσεται, ὅπως θ' οἱ κύνες αὐτῇ
 μὴδὲν ἐνοχλήσουσι. Καὶ ἐκάστοτ' ἀφαιρῶν τῶν ἐπι-
 κειμένων τῇ τάφρῳ ξύλων, ἄρτους ἐνέβαλε καὶ ὕδωρ
 παρείχε καὶ ἐκ τούτου τὴν Ἄνθειαν θαρρεῖν παρεχάλει.
 Καὶ οἱ κύνες τρεφόμενοι οὐδὲν ἔτι δεινὸν αὐτὴν εἰρ-
 γάζοντο, ἀλλ' ἤδη τιθασοὶ ἐγίνοντο καὶ ἡμεροὶ· ἡ δ'
 15 Ἄνθεια ἀποβλέψασα εἰς ἑαυτὴν καὶ τὴν παροῦσαν τύχην
 ἐνοήσασα, οἴμοι, φησί, τῶν κακῶν, οἷαν ὑπομέω
 τιμωρίαν; τάφρος καὶ δεσμοτήριον καὶ κύνες συγκαθ-
 ειργημένοι πολὺ τῶν ληστῶν ἡμερώτεροι. Τὰ αὐτὰ,
 20 Ἄβροκόμη, σοὶ πάσχω· ἦς γάρ ποτ' ἐν ἑμοίᾳ τύχῃ καὶ
 σὺ, καὶ σὲ ἐν Τύρῳ κατέλιπον ἐν δεσμοτηρίῳ· ἀλλ' εἰ
 μὲν ζῆς ἔτι, δεινὸν οὐδὲν· ἴσως γάρ ποτ' ἀλλήλους
 ἔσμεν· εἰ δ' ἤδη τέθνηκας, μάτην ἐγὼ φιλοτιμοῦμαι
 ζῆν, μάτην δ' οὗτος, ὅστις ποτ' ἐστίν, ἔλεεῖ με τὴν
 25 δυστυχίῃ. Ταῦτ' ἔλεγε καὶ ἐπεθρήνει συνεχῶς. Καὶ
 ἡ μὲν ἐν τῇ τάφρῳ κατεκλείστο μετὰ τῶν κυνῶν· ὁ
 δ' Ἀμφίνομος ἐκάστοτε κἀκείνην παρεμυθεῖτο καὶ τοὺς
 κύνας ἡμέρους ἐποίει τρέφων.

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Α'. Ὁ δ' Ἄβροκόμης διαύσας τὸν ἀπ' Αἰγύπτου
 πλοῦν, εἰς αὐτὴν μὲν Ἰταλίαν οὐκ ἔρχεται, τὸ γὰρ
 30 πνεῦμα τὴν ναῦν ἀπώσαν τοῦ μὲν κατ' εὐθὺ ἀπέσφηλε
 πλοῦ, ἤγαγε δ' εἰς Σικελίαν καὶ κατήχθησαν εἰς πόλιν
 Συρακούσας μεγάλην καὶ καλήν. Ἐνταῦθ' ὁ Ἄβρο-
 κόμης γενόμενος ἔγνω περιεῖναι τὴν νῆσον καὶ ἀναζητεῖν
 εἴ τι περὶ Ἄνθειας πύθοιτο. Καὶ δὴ ἐνοιχίζεται μὲν
 35 πλησίον τῆς θαλάττης παρ' ἀνδρὶ Αἰγιαλεῖ πρεσβύτῃ,
 ἀλιεῖ τὴν τέχνην· οὗτος δ' Αἰγιαλεὺς πένης μὲν ἦν καὶ
 ξένος καὶ ἀγαπητῶς αὐτὸν διέτρεφεν ἐκ τῆς τέχνης·
 ὑπεδέξατο δὲ τὸν Ἄβροκόμην ἄσμενος καὶ παῖδα ἐνό-
 μιζεν αὐτοῦ καὶ ἡγάπα διαφερόντως. Καὶ ἤδη ποτὲ
 40 καὶ ἐκ πολλῆς τῆς πρὸς ἀλλήλους συνηθείας ὁ μὲν
 Ἄβροκόμης αὐτῷ διηγῆσατο τὰ κατ' αὐτὸν καὶ τὴν
 Ἄνθειαν εἰρήκει καὶ τὸν ἔρωτα καὶ τὴν πλάνην· ὁ δ'
 Αἰγιαλεὺς ἄρχεται τῶν αὐτοῦ διηγημάτων. Ἐγὼ,
 ἔφη, τέκνον Ἄβροκόμη, οὔτε Σικελιώτης, οὔτ' ἐπιχώ-
 45 ριος, ἀλλὰ Σπαρτιάτης Λακεδαιμόνιος, τῶν τὰ πρῶτα
 ἐκεῖ δυναμένων καὶ περιουσίαν ἔχων πολλήν. Νέος
 δ' ὢν ἠράσθην, ἐν τοῖς ἐφθόις καταλεγεγμένος, κόρης
 πολίτιδος Θελεξινόης τοῦνομα· ἀντήρα δέ μου καὶ ἡ
 Θελεξινόη. Καὶ τῇ πόλει παννυχίδος ἀγομένης συν-

canibus. Canes erant Ægyptii immanes, et ad aspectu te-
 terrimi. Iis in fossam coniectis, ingentia ligna imponunt,
 terraque aggesta fossam operiunt, (parum ea a Nilo aberat,)
 custodemque unum latronum Amphinomum constituerant,
 qui jampridem Anthiæ amore captus, tunc magis illam
 miserabatur, dolebatque infortunium; cogitabat vero, qua
 ratione vitam ejus sustentaret a canibus illasam. Quo-
 tidie remotis lignis, fossæ superpositis, panes iniecit et
 aquam præbuit et Anthiam inde bono esse animo hortatur.
 Canes pasti nullo eam affecerunt malo, quin et cicures
 mansuetique subito facti sunt. Anthia, memor sui, præ-
 sentemque fortunam considerans, eheu me miseram, in-
 quit, quale hoc est, quod subeo supplicii! fossa, carcer,
 canes una inclusi, quos tamen latronibus longe mitiores
 experior. Eadem, Habrocoma, quæ tu patior: nam et tu
 in pari quondam fortuna fuisti et te in vinculis Tyri re-
 liqui. Sed si vivis adhuc, nil grave est; fortasse aliquando
 frui invicem dabitur; at si jam mortem obiisti, frustra ego
 vivere annitor, frustra iste, quicumque est, infelicis nunc
 miseretur mei. Hæc dicens continenter lamentabatur.
 Ita quidem Anthia in fossa cum canibus inclusa erat et Am-
 phinomus illam quotidie consolabatur, canesque alendo
 mitigabat.

LIBER QUINTUS.

I. Habrocomes, ab Ægypto navigans, non in Italiam
 quidem ipsam pervenit, cum navis vento depulsa recto
 cursu aberrasset; ad Siciliam vero Syracusas, amplam
 pulchramque urbem, appulere. Ibi Habrocomes insulam
 peragrare statuit, ac quærere, si quid audire de Anthia
 posset. Domo excipitur prope litus ab Ægialeo quodam
 sene piscatore. Is pauper et peregrinus libenter Habro-
 comen ad se, ex artis proventu vix se nutriens, recep-
 tabat, ac maxime diligebat, in filii loco putans. Tan-
 dem aliquando postquam longa inter se consuetudine usu
 erant, Habrocomes fortunas suas, Anthiam, amorem, er-
 roresque narraverat, et Ægialeus ita et sua commemorare
 orsus est. Ego, inquit, filii Habrocoma, non Siculus, non
 indigena sum, sed Spartanus Lacedæmonius, ex iis, qui
 plurimum ibi auctoritate et opibus pollent. Prima ju-
 venta virginem amavi indidem civem, cui Thelxinoæ no-
 men, amabatque illa me pariter. Cum pervigilium in urbe
 ageretur, convenimus, ac, ducente deo, iis rebus, quarum

ἤλοομεν ἀλλήλους, ἀμφοτέρους ὁδηγοῦντος θεοῦ, καὶ ἀπελεύσαμεν ὄν ἕνεκα συνήλοομεν. Καὶ χρόνῳ τινὶ ἀλλήλους συνῆμεν λαυθάνοντες καὶ ὠμόσαμεν ἀλλήλους πολλάκις ἔξειν καὶ μέχρι θανάτου. Ἐνεμέσθησε δὲ τις ἄρα θεῶν· καγὼ μὲν ἔτ' ἐν τοῖς ἐφήβοις ἤμην, τὴν δὲ Θεελξινοὴν ἐδίδοσαν πρὸς γάμον οἱ πατέρες ἐπιχωρίῳ τινὶ νεανίσκῳ Ἀνδροκλεῖ τοῦνομα· ἥδη δ' αὐτῆς καὶ ἦρα ὁ Ἀνδροκλῆς. Ἐὰ μὲν οὖν πρῶτα ἡ κόρη πολλὰς προφάσεις ἐποιοεῖτο, ἀναβαλλομένη τὸν γάμον· τελευτῶν δὲ, δυνηθεῖσα ἐν ταύτῃ μοι γενέσθαι, συντίθεται νύκτωρ ἐξελθεῖν Λακεδαίμονος μετ' ἐμοῦ. Καὶ δὴ ἐστείλαμεν ἑαυτοὺς νεανικῶς, ἀπέκειρα δὲ καὶ τὴν κόμην τῆς Θεελξινοῆς ἐν αὐτῇ τῇ τῶν γάμων νυκτί. Ἐξελθόντες οὖν τῆς πόλεως ἤμειν ἐπ' Ἄργος καὶ Κόρινθον κἀκίθειν ἀναγόμενοι ἐπλεύσαμεν εἰς Σικελίαν· Λακεδαιμόνιοι δὲ, πυθόμενοι τὴν φυγὴν, ἡμῶν θάνατον κατεψήφισαντο. Ἡμεῖς δ' ἐνταῦθα διήγομεν ἐν ἀπορίᾳ μὲν τῶν ἐπιτηδεῖων, ἡδόμενοι δὲ καὶ πάντων ἀπολαύειν· δοκοῦντες, ὅτι ἤμειν μετ' ἀλλήλων. Καὶ τέθηκεν ἐνταῦθ' οὐ πρὸ πολλοῦ Θεελξινοῆ καὶ τὸ σῶμα οὐ τέθαπται, ἀλλ' ἔχω γὰρ μετ' ἑμαυτοῦ καὶ αἰεὶ φιλῶ καὶ σὺνεμι. Καὶ ἅμα λέγων εἰσάγει τὸν Ἀβροκόμην εἰς τὸ ἐνδότερον δωμάτιον καὶ δείκνυσι τὴν Θεελξινοῆν, γυναικᾶ πρῆσβυτινὴν μὲν ἤδη, καλὴν γενομένην ἔτι Ἀιγυπτίᾳ κόρην· τὸ δὲ σῶμα αὐτῆς ἐτέθαπτο ταφῇ Ἀιγυπτίας· ἦν γὰρ καὶ τούτων ἔμπειρος ὁ γέρον. Ταύτη οὖν, ἔφη, ὦ τέκνον Ἀβροκόμη, αἰεὶ θ' ὡς ζώσῃ λαλῶ καὶ συγκατάκειμαι καὶ συνευωχοῦμαι· κἀν ἔλθω ποτ' ἐκ τῆς ἀλιείας κεκηκῶς, αὕτη με παραμυθεῖται βλεπομένη· οὐ γὰρ, ὅσα νῦν δρᾶται σοι, τοιαύτη φαίνεται μοι· ἀλλ' ἐνοῶ, τέκνον, ὅσα μὲν ἦν ἐν Λακεδαίμονι, ὅσα δ' ἐν τῇ φυγῇ· τὰς παννυχίδας ἐνοῶ, τὰς συνθηκὰς ἐνοῶ. Ἐτι λέγοντος τοῦ Αἰγιαλέως ἀνωδύρετο ὁ Ἀβροκόμης, σὲ δὲ, λέγων, ὦ πασῶν δυστυχεστάτη κόρη, ποτ' ἀνευρήσω κἀν νεκράν; Αἰγιαλεῖ μὲν γὰρ τοῦ βίου μεγάλη παραμυθία τὸ σῶμα τὸ Θεελξινοῆς καὶ νῦν ἀληθῶς μεμάθηκα, ὅτι [ἔρωκ ἀληθινὸς δρον ἡλικίας οὐκ ἔχει]. Ἐγὼ δὲ πλανῶμαι μὲν κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν· οὐ δεδύνημαι δ' οὐδὲν ἀκοῦσαι περὶ σου. Ὡ μαντεύματα δυστυχῆ, ὦ τὰ πάντων ἡμῶν Ἀπολλων χρήσας χαλεπώτατα, οἴκτειρον ἤδη καὶ τὰ τέλη τῶν μεμαντευμένων ἀποδίδου. Καὶ ὁ μὲν Ἀβροκόμης ταυτὶ κατοδυρόμενος, παραμυθουμένου αὐτὸν Αἰγιαλέως, διῆγεν ἐν Συρακούσαις, ἥδη καὶ τῆς τέχνης Αἰγιαλεῖ κοινοῦσθαι.

Β'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰππόθοον μέγα μὲν ἤδη τὸ ληστήριον κατεστήσαντο, ἔγνωσαν δ' ἀπαίρειν Αἰθιοπίας καὶ μείζοσιν ἤδη πράγμασιν ἐπιτίθεσθαι. [Οὐ γὰρ ἐδόκει Ἰπποθόῳ αὐτάρκες εἶναι ληστεύειν κατ' ἄνδρα, εἰ μὴ καὶ κόμαις καὶ πόλεσιν ἐπιβάλοι]. Καὶ ὁ μὲν παραλαβὼν τοὺς σὺν αὐτῷ καὶ ἐπιφορτισάμενος πάντα (ἦν δ' αὐτῷ καὶ ὑποζύγια πολλὰ καὶ κάμηλοι οὐκ ὀλίγοι) Αἰθιοπίαν μὲν κατέλιπεν, ἥει δ' ἐπ' Αἰγυπτὸν τε καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ ἐνενοεῖ Φοινίκην καὶ Συρίαν

causa conveneramus, fruebamur. Per aliquod tempus clam consuescere licuit, mutuo jurejurando saepe pollicitis, usque ad mortem convicturos. Invidit mihi deorum aliquis: nondum enim ex ephebis excesseram, cum Thelxinoëm parentes nuptum dant Androcli cuidam, indigenae adolescentulo, qui et ipsam amabat. Puella multa primum causando in longuin ducit nuptias: tandem ut licuit me convenire, conseruit noctu mecum egredi Lacedaemone. Exornamur igitur juveniliter, comamque Thelxinoeos ipsa nuptiarum nocte totondi. Urbe egressi, Argos et Corinthum proficiscimur, atque inde solventes in Siciliam navigamus. Lacedaemonii, fuga audita, nos capitis damnarunt. Hic quidem necessariorum Inopia laboravimus, gaudentes tamen quasi omnibus frueremur, quod una essemus. Hic non ita pridem Thelxinoë fato cessit: corpus non humatum est, mecum enim habeo, et semper osculor, ejusque vetere consuetudine utor. Haec dicens Habrocomes in interius cubiculum ducit, ostenditque Thelxinoëm anum, formosam olim mulierem, Aegialeo etiamnum puellam. Corpus ejus conditum erat Aegypto more, cujus erat senex peritus. Illam, inquit, filii Habrocoma, ut vivam alloquor, una et jaceo et discumbo et si quando a piscando lassus revertor, hujus me adspectus reficit: non enim qualis, filii, tibi nunc videtur, apparet mihi, sed haeret pectore infixi, qualis Lacedaemone erat, qualis in fuga; in mente habeo pervigilia, pacta nostra in mente habeo. Aegialeo adhuc loquente, Habrocomes ejulans, o te, inquit, omnium puellam infelicissimam, quando vel mortuam inveniam? Aegialeo magnum viſæ solatium Thelxinoës corpus est, ac sane didici, amorem verum ætatis terminum egredi. Ego terram omnem et maria oberrans quidquam de te audire nequeo. O infortunata oracula! O Apollo, qui durissima nobis dedisti responsa, nunc nostri miserere, jamque finem praedictorum facias. In hujusmodi lamentis Habrocomes vitam Syracusis agebat, consolante illum Aegialeo, cum quo jam artis societatem inerat.

II. Hippothous validam jam praedonum constituerat manum et abscedere Aethiopia majoresque res moliri decreverat: non enim ut singulos spoliaret, sufficere ei videbatur sed pagos et oppida invadere constituerat. Omnia igitur jumentis et camelis imponens, quorum non exigua illi erat copia, Aethiopia relicta cum sociis Aegyptum et Alexandriam petit, iterumque Phoenicium et Syriam in

πάλιν· τὴν δ' Ἀνθειαν προσεδόκα τεθνηκέαι. Ὁ δ' Ἀμφινόμος, ὁ φρουρῶν ἐν τῇ τάφρῳ αὐτῆν, ἐρωτικῶς διακείμενος, οὐχ ὑπομένων ἀποστασθῆναι τῆς κόρης διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν φιλοστοργίαν καὶ τὴν ἐπικειμένην συμφορὰν, Ἴπποθῶ μὲν οὐχ εἶπετο, λανθάνει δ' ἐν πολλοῖς τοῖς ἄλλοις καὶ ἀποκρύπτεται ἐν ἄντρῳ τινὶ σὺν τοῖς ἐπιτηδεύοις οἷς συνελέξατο. Νυκτὸς δὲ γενομένης οἱ περὶ τὸν Ἴπποθῶον ἐπὶ κώμην ἐληλύθεσαν τῆς Αἰγύπτου, Ἀρειαν καλουμένην, πορθῆσαι θέλοντες. Ὁ δ' Ἀμφινόμος ἀνορύσσει τὴν τάφρον καὶ ἐξάγει τὴν Ἀνθειαν καὶ θαρρεῖν παρεκάλει· τῆς δ' ἐπιφοβουμένης καὶ ὑποπτειούσης, τὸν ἦμιον ἐπόμνυσι καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεοὺς, σεμνὴν τηρήσειν, γάμων ἀγνῆν, μέχρι ἂν καὶ αὐτὴ ποτε πεισθεῖσα θελήσῃ συγκαταθέσθαι. Πείθεται τοῖς ὄρκοις Ἀμφινόμου Ἀνθεια καὶ ἔπειτα αὐτῷ· οὐκ ἀπελείποντο δ' οἱ κύνες ἀλλ' ἔστεργον συνήθεις γενόμενοι. Ἐρχονται δ' εἰς Κοπτὸν κἀναυθ' ἔγνωσαν ἡμέρας διαγαγεῖν, μέχρι ἂν προέλθωσιν οἱ περὶ τὸν Ἴπποθῶον τῆς ὁδοῦ· ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν κυνῶν ὡς ἔχοιεν τὰ ἐπιτήδεια. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἴπποθῶον προσβαλόντες τῇ κώμῃ τῇ Ἀρείᾳ, πολλοὺς μὲν τῶν ἐνοικούντων ἀπέκτειναν καὶ τὰ οἰκήματα ἐνέπρησαν καὶ κατήεσαν οὐ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀλλὰ διὰ τοῦ Νείλου· πάντα γὰρ τὰ ἐκ τῶν μεταξὺ κωμῶν σκάφη συλλεξάμενοι, ἐπιβάντες ἐπὶ Σχεδίαν, καὶ ** κἀντεῦθεν ἐκθόντες παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Νείλου, διώδευον τὴν ἄλλην Αἰγύπτου.

Γ'. Ἐν τούτῳ δ' ὁ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου ἐπέπευστο μὲν τὰ περὶ τὴν Ἀρειαν καὶ τὸ Ἴπποθῶου ληστήριον καὶ οἱ ἀπ' Αἰθιοπίας ἔρχονται· παρασκευάσας δὲ στρατιωτάς πολλοὺς καὶ ἄρχοντα τούτοις ἐπιστήσας τῶν συγγενῶν τῶν αὐτοῦ Πολυτίδον, νεανίσκον ὀρθῆναι χαρίεντα, δρᾶσαι γεννικόν, ἔπεμψεν ἐπὶ τοὺς ληστές. Οὗτος ὁ Πολυτίδης παραλαβὼν τὸ στρατεύμα, ἀπήντα κατὰ Πηλοῦσιον τοῖς περὶ τὸν Ἴπποθῶον καὶ εὐθύς παρὰ τὰς ὄχθας μάχῃ τ' αὐτῶν γίνεται καὶ πύπτουσιν ἑκατέρω πολλοί· νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης τρέπονται μὲν οἱ λησταὶ καὶ πάντες ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν φονεύονται· εἰσὶ δ' οἱ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν. Ἴπποθῶος μόνος, ἀπορρίψας τὰ ὄπλα, ἔφυγε τῆς νυκτὸς καὶ ἦλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀκείϋθεν, δυνηθεὶς λαθεῖν, ἐπιβὰς ἀναγομένην πλοίῳ ἐπανήχθη. Ἦν δ' αὐτῷ ἡ πᾶσα ἐπὶ Σικελίαν δρμή· ἐκεῖ γὰρ ἐδόκει μάλιστα διαλήσεσθαι τε καὶ διατραφήσεσθαι· ἤκουε δὲ τὴν νῆσον εἶναι μεγάλην τε καὶ εὐδαίμενα.

Δ'. Ὁ δὲ Πολυτίδης οὐχ ἰκανὸν εἶναι ἐνόμισε κρατῆσαι τῶν συμβαλόντων ληστῶν, ἀλλ' ἔγνω δεῖν ἀνερευνῆσαι τε καὶ ἐκκαθῆραι τὴν Αἰγύπτου, εἴ που ἦ τὸν Ἴπποθῶον, ἢ τῶν σὺν αὐτῷ τινα ἀνεύροι. Παραλαβὼν οὖν μέρος τι τοῦ στρατιωτικοῦ καὶ τοὺς εἰλημμένους τῶν ληστῶν, ἴν', εἴ τις φαίνοιτο, οἱ μηνύσειαν, ἀνέπει τὸν Νεῖλον καὶ τὰς πόλεις διηρεύα καὶ ἐνενοεῖ μέχρις Αἰθιοπίας ἐλθεῖν. Ἐρχονται δὲ καὶ εἰς Κοπτὸν, ἔνθα ἦν Ἀνθεια μετ' Ἀμφινόμου. Καὶ αὐτῇ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας· τὸν δ' Ἀμφινόμον γνωρίζουσιν οἱ τῶν

animo habebat; Anthiam jam mortuam credebat. Sed Amphinomus, qui ad fossam, ubi ea claudbatur, excubabat, amori obsequens, nec se divelli a virgine patiens, quod eam animo egregie caram habebat imminentis infortunii metu, non secutus est Hippothoum sed inter turbam eum latuit, absconditque se in antro, ubi commeatu aliquantum collegerat. Noctu Hippothous in Ægypti pagum venit, quem Arium vocant, direpturus. Amphinomus fossam aperit, educitque Anthiam, bonoque esse animo hortatur, et timida et suspicax cum illa etiamnum esset, per Solem jurat ceterosque in Ægypto deos, pudicam se et intactam servaturum, donec ipsa libens aliquando assentiat. Amphinomum, sacramento credens, Anthia sequitur atque una canes ibant, consuetudine fidi comites facti. Ubi Coptum ventum est, aliquot ibi dies morari statuunt, donec Hippothous longius progredetur; curantque, ne victus canibus deesset. Hippothous, cum ad pagum Arium accessisset, multos incolarum interfecit, domusque incendit; nec eadem via, sed secundo Nilo devehunt. Omnia enim e vicinis pagis collecta navigia cum conscendissent, Schediam usque navigarunt, atque inde cum descendissent, terrestri itinere prope Nili ripas reliquum Ægypti peragrarunt.

III. Interea Ægypti præfectus, compertis, quæ ad Arium facta fuerant, et Hippothoum cum agmine suo in Æthiopiam profectum esse, comparatis multis militibus, quemdam e cognatis suis Polyidum nomine, adolescentem eleganti forma, animoque ad quidvis fortiter agendum prompto, præfecit. Is, accepto agmine, ad Pelusium obviam fit Hippothoo, statimque ad ripas prelium commissum; multi utrinque cecidere, et cum jam nox adesset, latrones in fugam versi, passim a militibus cæsi, nonnullique capti sunt. Unus Hippothous, projectis armis, noctis favore effugit et Alexandriam venit, inde conscensa nave quæ deducebatur clam se subduxit, appetebatque Siciliam maxime, quod ibi et in occulto fore et victum sibi facile comparandum putaret: audiverat enim, insulam et magnam esse et opulentam.

IV. Polyidus non satis esse duxit obvios latrones vicisse, sed pervestiganda esse omnia et depurgandam Ægyptum censuit, sicubi forte vel Hippothoum, vel e sociis aliquem, deprehenderet. Cum parte igitur copiarum et captivis, ut indices essent, si quis latro appareret, adverso Nilo navigat, oppida perlustrat, cogitabatque usque Æthiopiam progredi. Tandem Coptum pervenire, ubi Anthia cum Amphinomo erat. Cum illa domi esset, Amphinomum agnovere captivi latrones: dicunt id Polyido: Amphinomus capitur, et in questionem postulatus omnia de Anthia

ληστῶν εἰλημμένοι καὶ λέγουσι τῷ Πολυίδῳ· καὶ Ἀμ-
 φινόμοι λαμβάνεται καὶ ἀνακρινόμενος τὰ περὶ τὴν
 Ἀθηναίαν διηγείται. Ὁ δ' ἀκούσας, κελεύει καὶ αὐτὴν
 ἄγεσθαι καὶ ἐλευθερίας ἀνεπυθάνετο ἥτις εἴη καὶ πόθεν·
 6 ἡ δὲ τῶν μὲν ἀληθῶν οὐδὲν λέγει, ὅτι δ' Αἰγυπτία εἴη
 καὶ ὑπὸ τῶν ληστῶν εἰληπτο. Ἐν τούτῳ ἔρᾳ καὶ ὁ
 Πολυίδος Ἀνωθείας ἔρωτα σφοδρὸν· ἦν δ' αὐτῷ ἐν Ἀλε-
 ξανδρείᾳ γυνή. Ἐρασθεὶς δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἐπι-
 10 ρᾶτο πείθειν μεγάλα ὑπισχνούμενος· τελευταῖον δὲ, ὡς
 κατήεσαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐγένοντο δ' ἐν Μέμφει,
 ἐπεχείρησεν ὁ Πολυίδος βιάζεσθαι τὴν Ἀνωθεῖαν· ἡ δὲ,
 ἐκφυγεῖν δυνήθεισα, ἐπὶ τὸ τῆς Ἰσιδος ἱερὸν ἔρχεται
 ἰκέτις γενομένη, Σὺ με, εἶπεν, ὦ δέσποινα Αἰγύπτου,
 15 πάλιν σῶσον, ἧ ἐβοήθησας πολλάκις· φεισάσθω μου
 καὶ Πολυίδος, τῆς διὰ σε σώφρονος Ἀβροκόμῃ τηρου-
 μένης. Ὁ δὲ Πολυίδος ἅμα μὲν τὴν θεὸν ἐδεδοίκει,
 ἅμα δ' ἦρα τῆς Ἀνωθείας καὶ τῆς τύχης αὐτὴν ἠλέει·
 πρόσσεισι δὲ τῷ ἱερῷ μόνος καὶ ἄνυσσι μήποτε βιάσεσθαι
 τὴν Ἀνωθεῖαν, μηδ' ὑβρίσαι τι εἰς αὐτὴν, ἀλλὰ τηρήσαι
 20 ἀγνήν, ἐς ὅσον αὐτὴ θελήσει· [αὐτάρκεος γὰρ αὐτῷ φι-
 λουτῆν ἐδόκει εἶναι κἄν βλέπειν μόνον καὶ λαλεῖν αὐτῇ].
 Ἐπείσθη τοῖς ὄρκοις ἡ Ἀνωθεῖα καὶ κατήλθεν ἐκ τοῦ
 ἱεροῦ. Καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσαν ἡμέρας τρεῖσι αὐτοὺς
 ἀναλαβεῖν ἐν Μέμφει, ἔρχεται ἡ Ἀνωθεῖα εἰς τὸ τοῦ
 25 Ἀπίδος ἱερὸν. Διασημώτατον δὲ τούτ' ἐν Αἰγύπτῳ
 καὶ ὁ θεὸς τοῖς βουλομένοις μαντεύει. Ἐπειδὴν γάρ
 τις προσελθὼν εὐξεται καὶ (τι) δεηθῆ τῷ θεοῦ, αὐτὸς
 μὲν ἕξεισιν, οἱ δὲ περὶ τὸν νεὸν παῖδες Αἰγύπτιοι, ἃ μὲν
 καταλογάδην, ἃ δ' ἐν μέτρῳ προλέγουσι τῶν ἐσομένων
 30 ἐκάστηρ. Ἐλοῦσα δὴ καὶ ἡ Ἀνωθεῖα προσπίπτει τῷ
 Ἀπίδι· ὦ θεῶν, ἔφη, φιλανθρωπότητα, ὁ πάντας
 οἰκτεῖριον ἔνομος, ἐλέησον καμὲ τὴν κακοδαίμονα καὶ
 μοι μαντεύειν ἀληθῆ περὶ Ἀβροκόμου πρόριπε· εἰ μὲν
 γὰρ αὐτὸν ἐτι ὄψομαι καὶ ἄνδρα λήψομαι, καὶ μενῶ καὶ
 35 ζήσομαι· εἰ δ' ἐκεῖνος τέθνηκεν, ἀπαλλαγῆναι καμὲ
 καλῶς ἔχει τοῦ πονηροῦ τούτου βίου. Εἰποῦσα καὶ
 καταδακρύσασα ἐξῆι τοῦ ἱεροῦ, κἄν τούτῳ οἱ παῖδες
 πρὸ τοῦ τεμένους παιζόντες ἅμ' ἐξεβόησαν,

Ἀνωθεῖα Ἀβροκόμῃν ταχὺ λήφεται ἄνδρα τὸν αὐτῆς.

40 Ἀκούσασα εὐθυμοτέρα ἐγένετο καὶ προσεύχεται τοῖς
 θεοῖς· καὶ ἅμα μὲν ἀπήεσαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

Ε'. Ἐπέπυστο δ' ἡ Πολυίδου γυνὴ ὅτι ἄγει κόρην
 ἐρωμένην καὶ φοβηθεῖσα, μήπως αὐτὴν ἡ ξένη παρευ-
 δοκιμήσῃ, Πολυίδῳ μὲν οὐδὲν λέγει, ἐβουλεύετο δὲ καθ'
 45 αὐτὴν ὅπως τιμωρήσεται τὴν δοκοῦσαν ἐπιβουλεύειν
 τοῖς γάμοις. Καὶ δὴ ὁ μὲν Πολυίδος ἀπήγγελλέ τε
 τῷ ἄρχοντι τῆς Αἰγύπτου τὰ γενόμενα καὶ τὰ λοιπὰ
 ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου διῶκει τὰ τῆς ἀρχῆς ἀπόντος δ'
 αὐτοῦ, Ῥηναία (τοῦτο γὰρ ἔκαλετο ἡ τοῦ Πολυίδου
 50 γυνή,) μεταπέμπεται τὴν Ἀνωθεῖαν, ἣν δ' ἐπὶ τῆς οἰκίας,
 καὶ περιρρήγγυσι τὴν ἐσθῆτα καὶ αἰκίζεται τὸ σῶμα·
 ὦ πονηρὰ, λέγουσα, καὶ τῶν γάμων τῶν ἐμῶν ἐπιβουλε,
 ματαίως ἔδοξας Πολυίδῳ καλῆ, οὐ γὰρ σε ὄνησει τὸ

narrat. Quibus auditis et illam arcessiri jubet : acce-
 dentem interrogat, quæ et unde esset. Illa nil veri
 narrat : se Ægyptiam esse et a latronibus captam. Inter
 hæc Polyidus vehementer amare Anthiam cæpit, licet
 Alexandria uxorem haberet : amatam exorare primum co-
 natur, magna pollicitus ; tandem, cum Alexandriam de-
 scenderent, ac Memphi essent, vim afferre aggreditur.
 Illa, cum sese proripuisset, Isidis templum ingreditur,
 ibique supplex, tu me iterum, ait, Ægypti domina, serves
 incolumem, quam sæpius adjuvasti et Polyidus precat
 mihi, tua ope huc usque pudicitiam et fidem Habrocomæ
 servanti. Polyidus, simul et deæ metu et Anthiæ amore
 et infortunii misericordia affectus, templum solus accedit,
 juratque se nunquam Anthiæ vim aut injuriam facturum
 sed castam quamdiu ipsa velit habiturum : sibi enim amanti
 sat esse, si spectare atque alloqui liceat. Sacramentis
 fidens Anthia e templo egreditur, cumque statuissent tri-
 dum Memphi morari ad reficiendos sese, Anthia Apidis
 templum adit, nobilissimum in Ægypto et deus potentibus
 responsa dat : ubi enim quis ingressus oraverit et numen
 quid rogaverit, ipse egreditur, Ægyptii vero pueri qui
 circa templum versantur, tum soluta oratione, tum
 ligata, futura prædicunt. Accedens et Anthia ad Apldem
 procumbit, et, o tu præ diis omnibus, inquit, hominum
 amantissime et erga cunctos hospites misericors, infeli-
 cissima nunc mei miserere : verum mihi de Habrocoma
 responsum redde. Si quidem illum adhuc visura sim et
 vltum habitura, persistam vivendo : at si is occubuit, me
 quoque præstat tristi hac vita defungi. His dictis, lacri-
 mans templo exit. Interea pueri ante fanum ludentes una
 exclamaverunt :

Anthia Habrocomen virum suum cito recipiet.

Quibus verbis animus illi rediit, deosque precata est, sta-
 timque Alexandriam profecti sunt.

V. Audiverat Polyidi conjux, puellam ab eo amatam ad-
 duci et metuens, ne hospes sibi præferretur, Polyido qui-
 dem nullum verbum fecit, verum secum ipsa consultit,
 quonam modo eam ulcisceretur, quæ nuptiis insidiari vi-
 debatur. Polyidus cum præfecto Ægypti, quæ facta fue-
 rant, renuntiasset, reliqua ad exercitum pro præfecto
 administrabat. Absente illo, Rhenæa (hoc Polyidi uxori
 nomen) Anthiam, quæ domi erat, arcessit, vestemque
 illi discindit, ac verberibus corpus indigne afficit : o scelus,
 dicens, meisque nuptiis insidiosa, frustra visa es Polyido

κάλλος τοῦτο. Ἴσως μὲν γὰρ πείθειν ληστὰς ἐδύνασσο
καὶ συγκαθεύδειν νεανίσκοις μεθύουσι πολλοῖς· τὴν δὲ
Ῥηναίας εὐνὴν οὐποθ' ὕβριεις χαίρουσα. Ταῦτ' εἰ-
ποῦσα ἀπέκειρε τὴν κόμην αὐτῆς καὶ δεσμὰ περιτίθεισι
5 καὶ παραδοῦσα οἰκέτη τινὶ πιστῷ, Κλυτῷ τούνομα,
κελεύει ἐμβιβάσαντα εἰς ναῦν ἀπαγαγόντα εἰς Ἰταλίαν
ἀποδόσθαι πορνοβοσκῶ τὴν Ἀνθειαν. Οὕτω γὰρ, ἔφη,
δυνήσῃ ἡ καλὴ τῆς ἀκρασίας κόρον λαβεῖν. Ἦγετο
δ' ἡ Ἀνθεια ὑπὸ τοῦ Κλυτοῦ κλαίουσα καὶ ὀδυρομένη,
10 ὧ κάλλος ἐπίβουλον, λέγουσα, ὧ δυστυχῆς εὐμορφία, τί
μοι παραμένετε ἐνοχλοῦντα; τί δ' αἷτια πολλῶν κακῶν
μοι γίνεσθε; Οὐκ ἤρκουν οἱ τάφοι, οἱ φόνοι, τὰ δεσμὰ,
τὰ ληστήρια, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπ' οἰκῆματος στήσσομαι καὶ
τὴν μέγρι νῦν Ἀβροκόμη τηρουμένην σωφροσύνην πορνο-
15 βοσκὸς ἀναγκάσει με λύειν; Ἄλλ', ὧ δέσποτα, προσ-
πεσοῦσ' ἔλεγε τοῖς γόνασι τοῦ Κλυτοῦ, μή μ' ἐπ' ἐκείνην
τὴν τιμωρίαν ἅμα προαγάγῃς, ἀλλ' ἀπόκτεινόν με αὐ-
τόσ' οὐκ οἶσω πορνοβοσκὸν δεσπότην· σιωπρονεῖν, πί-
στευσον, εἰθίσμαθα. Ταῦτ' ἐδεῖτο· ἤλθει δ' αὐτὴν ὁ
20 Κλυτός. Καὶ ἡ μὲν ἀπήγετο εἰς Ἰταλίαν· ἡ δὲ Ῥηναία
ἐλθόντι τῷ Πολυίδῳ λέγει, ὅτι ἀπέδρα ἡ Ἀνθεια, ἀ-
κεῖνος ἐκ τῶν ἤδη πεπραγμένων ἐπίστευσεν αὐτῇ.
Ἦ δ' Ἀνθεια κατήχηθ' ἐν εἰς Τάραντα, πόλιν τῆς
Ἰταλίας. Ἐνταῦθα δὲ ὁ Κλυτός, δεδουκὸς τὰς τῆς
25 Ῥηναίας ἐντολάς, ἀποδίδοται αὐτὴν πορνοβοσκῷ.
Ὁ δ' ἰδὼν κάλλος, οἷον οὐπω πρότερον ἐτεθέατο, μέγα
κέρδος ἔξεν τὴν παῖδα ἐνόμιζε, καὶ ἡμέραις μὲν τισιν
αὐτὴν ἀνελάμβανεν ἐκ τοῦ πλοῦ κεκμηκυῖαν καὶ ἐκ τῶν
ὑπὸ τῆς Ῥηναίας βασάνων· ὁ δὲ Κλυτός ἤκεν εἰς Ἀλε-
30 ξάνδρειαν καὶ τὰ πραχθέντα ἐμήνυσε τῇ Ῥηναίᾳ.

Γ'. Ὁ δ' Ἰππόθοος διανύσας τὸν πλοῦν κατήχηθ' ἡ
μὲν εἰς Σικελίαν, οὐκ εἰς Συρακούσας δὲ, ἀλλ' εἰς Ταυ-
ρομένιον, καὶ ἐξῆτει καιρὸν, δι' οὗ τὰ ἐπιτηδεῖα ἔξει.
Τῷ δ' Ἀβροκόμῃ ἐν Συρακούσαις, ὡς χρόνος πολὺς
35 ἐγένετο, ἀθυμία ἐμπίπτει καὶ ἀπορία δεινή, ὅτι μηδ'
Ἀνθειαν εὐρίσκει, μηδ' εἰς τὴν πατρίδα ἀνασώζοιτο.
Διέγνω οὖν ἀποπλεύσας ἐκ Σικελίας εἰς Ἰταλίαν ἀνε-
θεῖν κακείθεν, εἰ μηδὲν εὐρίσκει τῶν ζητουμένων, εἰς
Ἐφεσον πλεύσει πλοῦν δυστυχῇ. Ἦδη δὲ καὶ οἱ γο-
40 νεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Ἐφῆσιοι πάντες ἐν πολλῷ πένθει
ἦσαν, οὐτ' ἀγγέλου παρ' αὐτῶν ἀφιγμένου, οὔτε γραμ-
μάτων· ἀπέπεμπον δὲ πανταχοῦ τοὺς ἀναζητήσοντας.
Ἦπ' ἀθυμίας δὲ καὶ γήρωις οὐ δυνηθέντες ἀντισχεῖν οἱ
γονεῖς ἑκατέρων, ἑαυτοὺς ἐξήγαγον τοῦ βίου. Καὶ ὁ
45 μὲν Ἀβροκόμης ἦει τὴν ἐπ' Ἰταλίαν ὁδόν· ὁ δὲ Λεύκων
καὶ ἡ Ῥόδη, οἱ σύντροφοι τοῦ Ἀβροκόμου καὶ τῆς
Ἀνθείας, τεθηκότες αὐτοῖς ἐν Ξάνθῳ τοῦ δεσπότη καὶ
τὸν κληρὸν (ἦν δὲ πολὺς) ἐκείνοις καταλιπόντος, διέ-
γνωσαν εἰς Ἐφεσον πλεῖν, ὡς ἤδη μὲν αὐτοῖς τῶν
50 δεσποτῶν σεσωσμένων, ἱκανῶς δὲ τῆς κατὰ τὴν ἀπο-
δημίαν συμφορᾶς πεπειραμένοι. Ἐνθήμεροι δὲ πάντα
τὰ αὐτῶν νηὶ ἀνήγοντο εἰς Ἐφεσον, καὶ ἡμέραις τ' οὐ
πολλαῖς διανύσαντες τὸν πλοῦν ἤκον εἰς Ῥόδον, κακῆ
μαθόντες, ὅτι οὐδέπω μὲν Ἀβροκόμης καὶ Ἀνθεια σώ-

pulchra : non hæc tibi forma proderit quidquam, fortasse
enim latrones exorare potuisti, atque ebriis concumbere
adolescentibus, Rhenææ lectum non impune vitiaabis. Cum
hæc dixisset, detonsam vinctamque famulo cuidam fido
tradit, Clyto nomen, jubetque, impositam navi in Italiam
deportet et vendat lenoni. Ita enim, ait, poteris, quæ
pulchra sis, libidinem explere. Ducebatur a Clyto Anthia
flens et queribunda voce dicens, o infelix et ubique
insidias mihi faciens forma, cur, molestiis et calamitatibus
me afficiens, semper mihi ades? quid es tot malorum causa?
Non sepulcra, cædes, vincula, latrones satis erant, nisi et
corpus prostituere adigar, et servatam Habrocomæ huc
usque pudicitiam leno cogat in propatulo habere? At tu,
here, Clyti genibus advoluta dicebat, ne me ad illud sup-
plicium ducas, sed ipse occide. Non lenonem dominum
feram : bene et pudice, crede mihi, vivere soleo. Hæc
precantem Clytus miserabatur. Dum illa in Italiam au-
fertur, Rhenæa advenienti Polyido narrat, aufugisse Anthiam;
qui ob ea, quæ facta fuerant, facile fidem adhibuit.
Anthia Tarentum deducta Italiæ urbem, ibi a Clyto,
Rhenææ mandata reverito, lenoni venditur. Is formam
egregiam nec visam ante miratus, magno sibi puellam lucro
futuram existimans, per aliquot dies illam curando refecit,
et navigatione et verberibus Rhenææ fessam. Clytus, ut
Alexandriam venit, de his, quæ facta fuerant, certiores
fecit Rhenæam.

VI. Hippothous vero ex navigatione descendit in Sici-
liam, non Syracusis, sed Tauromenii, quærebatque occa-
sionem, qua sibi necessaria pararet. Habrocomen, post-
quam diu fuerat Syracensis, mæror et anxietas ingens inces-
sit, quod neque Anthiam inveniat, nec se domum salvum
recipiat. Statuit igitur e Sicilia in Italiam transire, ibique,
si nihil eorum, quæ quærebat, inveniret, Ephesum infeli-
cem navigationem dirigere. Jam diu parentes eorum et
Ephesiti omnes in multo luctu fuerant, nec nuntio nec li-
teris acceptis. Miserant ad perquirendum ubique; cumque
ob mærorem et senium durare non possent parentes utrius-
que, vitam sibi ipsi ademerunt. Dum Habrocomes in
Italiam iter faciebat, Leucon et Rhoda, sodales Habrocomæ
et Anthiæ, cum Xanthi mortuus illis herus hereditatem,
quæ magna erat, reliquisset, Ephesum redire statuerunt,
quasi heri salvi jam essent, ipsi satis superque ærumnarum
peregre passi. Omnibus navi impositis, Ephesum ituri solvunt,
ac paucorum dierum navigatione Rhodum pervenerunt; ubi
certiores facti, Habrocomen et Anthiam nequaquam salvos

ζοινο, τεθνήκασι δ' αὐτῶν οἱ πατέρες, διέγνωσαν εἰς Ἐφεσον μὴ κατελοῦναι, χρόνῳ δὲ τινι ἐκεῖ γενέσθαι, μέχρις οὗ τι περὶ τῶν δεσποτῶν πύθωνται.

Ζ'. Ὁ δὲ πορνοβοσκός, ὃ τὴν Ἀνθειαν ὄνησάμενος, ἕξι χρόνῳ διεληθόντος ἠνάγκασεν αὐτὴν οἰκήματος προσεστανάει. Καὶ δὴ κοσμησάσας καλῆ μὲν ἐσθῆτι, πολλῶν δὲ χρυσῶν, ἦγεν ὡς προστησομένην τέγουσ· ἡ δὲ μέγα ἀνακωκύσασα, Φεῦ μοι τῶν κακῶν, εἶπεν, οὐχ ἱκαναὶ γὰρ αἱ πρότερον συμφοραὶ, τὰ δεσμὰ, τὰ ληστήρια, ἀλλ' ἔτι καὶ πορνεύειν ἀναγκάζομαι, καὶ κάλλος δικαίως ὑβρισμένον, τί γὰρ ἡμῖν ἀκαίρως παραμένεις; Ἀλλὰ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ οὐχ εὐρίσκω τινὰ μηχανὴν, δι' ἧς φυλάξω τὴν μέχρι νῦν σωφροσύνην τετηρημένην; Ταῦτα λέγουσα ἦγετο ἐπὶ τὸ οἶκμα τοῦ πορνοβοσκοῦ τὰ μὲν δεομένου θαρρεῖν, τὰ δ' ἀπειλούντος. Ὡς δ' ἦλθε καὶ προσέστη, πλήθος ἐπέρρει τῶν θεαυμακῶτων τὸ κάλλος· οἳ τε πολλοὶ ἦσαν ἔτοιμοι ἀργύριον κατατίθεσθαι τῆς ἐπιθυμίας. Ἢ δ' ἐν ἀμηγάνῳ γενομένη κακῶν, εὐρίσκει τέχνην ἀποφυγῆς· πίπτει μὲν γὰρ εἰς γῆν καὶ παρείται τὸ σῶμα καὶ ἐμιμειτο τοὺς νοσοῦντας τὴν ἐκ θεῶν καλουμένην νόσον· ἦν δὲ τῶν παρόντων ἔλεος ἅμα καὶ φόβος καὶ τοῦ μὲν ἐπιθυμεῖν συνουσίας ἀπέειχοντο, ἐθεράπευσον δὲ τὴν Ἀνθειαν. Ὁ δὲ πορνοβοσκός συνεῖς οἳ κακῶν ἀγεγόνει καὶ νομίσας ἀληθῶς νοσεῖν τὴν κόρην, ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν καὶ κατέκλινε τε καὶ ἐθεράπευε, καὶ ὡς ἔδοξεν ἐν αὐτῆς γενομένοι, ἀνεπυθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς νόσου. Ἢ δ' Ἀνθεια, καὶ πρότερον, ἔφη, δέσποτα, εἰπεῖν πρὸς σε ἐβουλόμην τὴν συμφορὰν τὴν ἐμὴν καὶ διηγῆσασθαι τὰ συμβάντα, ἀλλ' ἀπέκρυπτον αἰδομένη· νυνὶ δ' οὐδὲν γαλεπὸν εἰπεῖν πρὸς σε, πάντ' ἤδη μεμαθηκότα τὰ κατ' ἐμέ. Παῖς ἔτ' οὖσα, ἐν ἑορτῇ καὶ παννυχίδι ἀποπλανηθεῖσα τῶν ἐμαυτῆς, ἦκον πρὸς τινὰ τάρων ἀνδρὸς νεωστὶ τεθνηκότος· κἀνταῦθ' ἐφάνη μοὶ τῆς ἀναθρῶν ἐκ τοῦ τάρου καὶ κατέγειν ἐπερᾶτο· ἐγὼ δ' ἀπέφυγον καὶ ἐβόων· ὃ δ' ἀνθρῶπος ἦν μὲν ὀφθῆναι φοβερός, φωνῆν δὲ πολλῶν εἶχε γαλεπωτέραν· καὶ τέλος ἡμέρα μὲν ἦδη ἐγένετο· ἀρεῖς δὲ με ἐπληξέ τε κατὰ τοῦ στήθους, καὶ νόσον ταύτην ἔλεγεν ἐμβεβληκέναι. Ἐκείθεν ἀρξαμένη ἄλλοις ἄλλως ὑπὸ τῆς συμφορᾶς κατέχομαι. Ἀλλὰ δέομαί σου, δέσποτα, μηδὲν μοι γαλεπήνης· οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἰτία. Δυνήσῃ γάρ με ἀποδόσθαι καὶ μηδὲν ἀπολέσαι τῆς δοθείσης τιμῆς. Ἀκούσας ὃ πορνοβοσκός ἡνιᾶτο μὲν, συνεγίνωσκε δ' αὐτῇ, ὡς οὐχ

ἔκουσῃ ταῦτα πασχούσῃ. Ἢ'. Καὶ ἡ μὲν ἐθεραπεύετο ὡς νοσοῦσα παρὰ τῷ πορνοβοσκῷ· ὃ δ' Ἀθροκόμης ἀπὸ τῆς Σικελίας ἐπαναχθεὶς, καταίρει μὲν εἰς Νουκέριον τῆς Ἰταλίας· ἀπορία δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀμηχανῶν ὃ τι ποιήσει, τὰ μὲν πρῶτα περιήει τὴν Ἀνθειαν ζητῶν· αὕτη γὰρ ἦν ἀπὸ τῷ τοῦ βίου παντός καὶ τῆς πλάνης ἡ ὑπόθεσις· ὡς δ' οὐδὲν ἠύρισκεν, ἦν γὰρ ἐν Τάραντι ἡ κόρη παρὰ τῷ πορνοβοσκῷ, αὐτὸν ἀπεμίσθωσε τοῖς τοὺς λίθους ἐργαζομένοις. Καὶ ἦν αὐτῷ τὸ ἔργον ἐπίπονον, οὐ γὰρ

esse, ac parentes eorum mortuos, constituerunt Ephesum non accedere, sed illic aliquantum morari donec aliquid de heris resciverint.

VII. Leno, qui Anthiam emerat, postremo quæstus gratia prostare coëgit et pulchra veste multoque auro ornata, prostituendam in lustrum ducebat; illa sublata voce ejulans, Eheu me miseram! inquit, non sat erant præterita infortunia, vincula, latrones, nisi et ad merendum corpore adigerer? O formam contumeliose merito habitam, cur enim remanes intempestiva? Sed quid ego flens non commentum aliquod molior, quo servatam huc usque pudicitiam custodiam? Hæc dicens ad lenonis stabulum ducebatur, qui nunc bono esse animo hortabatur, nunc addebat minas. Ut venit et prostitit, multitudo confluit formam mirantium, multique pretium libidinis dare parati erant, cum illa, in malo ineluctabili se videns, effugii artem excogitavit. Subito concidit, artus remittuntur languidi ac velut resoluti, imitaturque correptos morbo, quem ceu divinitus immissum sacrum et divinum vocant. Qui aderant, misericordia pariter et metu affecti, concumbendi desiderio se abstinentes, Anthiæ opem ferunt. Leno, quale sibi infortunium acciderit, intelligens, ac vere ægrotare puellam credens, domum subduxit, depositamque curare instituit. Ubi visa est sui compos facta, quærit ab ea morbi causam. Quæ, et ante, dixit, here, calamitatem tibi meam et omnia quæ inciderunt, narrare volui, sed præ verecundia celavi; nunc, cum omnium ad me pertinentium certior sis, jam non pudet dicere. Dum essem admodum parvula, ac festum et pervigilium ageretur, a meis evagata ad tumulum perveni hominis novissime mortui. Ibi quidam mihi e tumulo exsilens apparuit, quiprehendere conabatur. Aufugi ego clamitans: terribilis homini aspectus, vox etiam atrocior. Tandem, ut illuxit, abire me sivit, ac pectus meum percussit, dicens, se hunc mihi morbum immisisse. Exinde me id malum invasit, quod me varie diversis temporibus cruciat. Sed obsecro, here, ne succenseas mihi: non enim hoc factum culpa mea: veidere me poteris, nec quidquam de pretio perdere. Leno, id ægre ferens, puellæ tamen ignovit, utpote non hæc libenter passæ.

VIII. Dum illam, quam ægrotare putabat, leno curabat, Habrocomes Sicilia profectus ad Nuceriam Italiæ defertur, inops consilii, quomodo victum quæreret. Primum circuire investigando Anthiam, quæ illi et vite universæ et errorum causa fuerat. Cum eam non inveniret, erat enim puella Tarenti in domo lenonis, operam suam locavit lapidibus, molestum sane opus corpori gravibus durisque laboribus inassuetis. Eger sæpe suas fortunas deplorans, en, Anthia, dixit, tuus Habrocomes, opifex laboriosissime

συνείηστο τὸ σῶμα οὐδ' αὐτὸν ὑποβάλλειν ἔργους εὐ-
 τόνους καὶ σκληροῖς· διέκειτο δὲ πονήρως καὶ πολλάκις
 κατοδύρομενος τὴν αὐτοῦ τύχην, ἰδοῦ, φησίν, Ἄνθεια,
 δ. σὸς Ἄβροκόμης ἐργάτης τέχνης πονήρας καὶ τὸ σῶμα
 5 ὑποθέθεικα δουλεῖα· καὶ εἰ μὲν εἶχόν τινα ἐλπίδα εὐ-
 ρήσειν σέ τε καὶ τοῦ λοιποῦ συγκαταβιώσασθαι, τοῦτο
 πάντων ἂν τῶν δεινῶν με παρεμυθεῖτο· νυνὶ δ' ἴσως
 κἀγὼ δ' δυστυχῆς εἰς κενὰ καὶ ἀνόνητα πονῶ καὶ σὺ που
 τέθνηκας πόθῳ τῷ πρὸς Ἄβροκόμην. Πέπεισμαι γάρ,
 10 φιλάτῃ, ὡς οὐκ ἂν ποτ' οὐδ' ἀποθανοῦσα ἐκλάθοί μου.
 Καὶ ὁ μὲν ταῦτ' ᾠδῶντο καὶ τοὺς πόνους ἔφερον ἀλ-
 γειῶς· τῇ δ' Ἄνθειᾳ ὄναρ ἐπέστη ἐν Τάραντι κοιμω-
 μένη· ἔδοκει μὲν αὐτῇ εἶναι μεθ' Ἄβροκόμου, καλὴν
 οὔσαν μετ' ἐκείνου καλοῦ καὶ τὸν πρῶτον εἶναι τοῦ
 15 ἔρωτος αὐτοῖς χρόνον· φανῆναι δὲ τιν' ἄλλην γυναῖκα
 καλὴν καὶ ἀφέλκειν αὐτῆς τὸν Ἄβροκόμην· καὶ τέλος
 ἀναβοῶντος καὶ καλοῦντος ὀνομασί, ἔξαναστῆναι τε
 καὶ παύσασθαι τὸ ὄναρ. Ταῦθ' ὡς ἔδοξεν ἰδεῖν, εὐθύς
 μὲν ἀνεθόρῃ τε καὶ ἀνεθρήνησε καὶ ἀληθῆ τὰ ὄφθεντα
 20 ἐνόμιζεν· οἴμοι τῶν κακῶν, λέγουσα, ἐγὼ μὲν καὶ πό-
 νους ὑπομένω πάντας καὶ ποικίλων πειρῶμαι ἢ δυσ-
 τυχῆς συμφορῶν καὶ τέχνας σωφροσύνης ὑπὲρ γυναῖκας
 εὐρίσκω Ἄβροκόμη· σοὶ δ' ἴσως ἄλλη που δέδοκται
 καλὴ· ταῦτα γάρ μοι σημαίνει τὰ ὄνειρατα. Τί οὖν
 25 ἔτι ζῶ; τί δ' ἔμαυτὴν λυπῶ; κάλλιον οὖν ἀπολέσθαι
 καὶ ἀπαλλαγῆναι τοῦ πονήρου τούτου βίου, ἀπαλλα-
 γῆναι δὲ (καὶ) τῆς ἀπρεποῦς ταύτης καὶ ἐπισφαλοῦς
 δουλείας. Ἄβροκόμης μὲν εἰ καὶ τοὺς ὄρκους παρα-
 βέβηκε, μηδὲν οἱ θεοὶ τιμωρήσαιντο τοῦτον· ἴσως
 30 ἀνάγκη τι εἴργασται· ἐμοὶ δ' ἀποθανεῖν καλῶς ἔχει
 σωφρονούση. Ταῦτ' ἔλεγε θρηνοῦσα καὶ μηχανὴν
 ἐζήτει τελευτῆς.

Θ'. Ὁ δ' Ἰππόθοος ὁ Περίνθιος ἐν τῷ Ταυρομένιῳ
 τὰ μὲν πρῶτα διῆγε πονήρως ἀπορία τῶν ἐπιτηδεῶν·
 35 χρόνον δὲ προϊόντος ἠράσθη πρεσβυτίας αὐτοῦ καὶ ἐγμημέ-
 θ' ὑπ' ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν ἀπορίαν τὴν πρεσβύτιν καὶ
 ἄλλοις συγγενόμενος χρόνῳ, ἀποθανούσης αὐτῆς, πλοῦτόν
 τε διαδέχεται πολὺν καὶ εὐδαιμονίαν· πολλὴ μὲν οἰκετῶν
 παραπομπή, πολλὴ δὲ τῶν ἐσθήτων ὑπαρξίς καὶ σκευῶν
 40 πολυτέλεια. Διέγνω δὲ πλεῦσαι μὲν εἰς Ἰταλίαν,
 ὠνήσασθαι δ' οἰκέτας ὠραίους καὶ θεραπαίνας καὶ ἄλλην
 σκευῶν περιβολὴν, ὅση γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ εὐδαίμονι·
 ἐμέμνητο δ' αἰεὶ τοῦ Ἄβροκόμου καὶ τοῦτον ἀνευρεῖν
 γήγχετο, περὶ πολλοῦ ποιοῦμενος κοινωῆσαι τ' αὐτῷ
 45 τοῦ βίου παντὸς καὶ τῶν κτημάτων. Καὶ ὁ μὲν ἐπαν-
 αχθεὶς κατῆρεν εἰς Ἰταλίαν· εἴπετο δ' αὐτῷ μεράκιον
 τῶν ἐν Σικελίᾳ εὖ γεγενοῦτων, Κλεισθένης τούνομα, καὶ
 πάντων μετέγχε τῶν Ἰπποθόου κτημάτων, καλὸς ὢν.
 Ὁ δὲ πορνοβόσκος, ᾗδῃ τῆς Ἄνθειας υγιαίνειν δο-
 50 κούσης, ἐνενοεῖθ' ὅπως αὐτὴν ἀποδώσεται, καὶ δὴ
 προῆγεν αὐτὴν εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ τοῖς ὠνησομένοις
 ἐπέδεικνυεν. Ἐν τούτῳ δ' ὁ Ἰππόθοος περιζέει τὴν
 πόλιν τὴν Τάραντα, εἰ τι καλὸν, ὠνήσασθαι ζητῶν· καὶ
 ὄρᾳ τὴν Ἄνθειαν καὶ γνωρίζει καὶ ἐπὶ τῷ συμβάντι

artis corpus in servitutum dedi. At si spem saltem ha-
 berem, te inveniendi, vivendique tecum quod superest,
 omnium hoc mihi esset malorum solatium. Nunc et ego
 forsā infelix inanibus et nil profuturis laboribus me ma-
 cero, tuque uspiam interiisti Habrocomæ desiderio; credo
 enim, anime mi, nunquam nec mortuum te mei oblitam
 esse. His ille querebatur, labores misere susinens,
 dum Tarenti somnium Anthiæ visum est: ipsa enim
 sibi videbatur dormire cum Habrocoma, formosa cum
 formoso, idque sibi esse amoris mutui initium. Tum pul-
 chra quædam femina visa est Habrocomen ab ipsa abstra-
 here; illoque clamante et nomine se vocante, somnium
 evanuisse. Hæc quum videre se putaret confestim sur-
 rexit, ac vera esse, quæ viderat, existimans, flens, lieu
 me miseram! inquit, labores et omnis generis infortunia
 patior, consiliaque et artes servandæ pudicitia excogito,
 dum tibi forsā alia mulier pulchra visa est, Habrocoma,
 quod mihi insomnia significant. Quid etiamnum vivo?
 cur me dolore conficio? pulcherrimum certe mori, ac
 simul infelici vita et indecora hacce et periculosa ser-
 vitude liberari. Habrocomen, si quid pejeravit, non ul-
 ciscantur dii, necessitate forsā coactum; me vero pudicam
 mori omnino decet. Hæc illa cum lacrimis quæsta, mo-
 dum quærebat se interimendi.

IX. Interea Hippothous Perinthius Tauromenii primum
 quidem inopia laboravit: deinde dives anus amore ejus
 capta est quam duxit uxorem, inopia coactus, et per
 breve tempus cum illa vixit et, illa mortua, heres fit
 illi magnarum divitiarum et rerum omnium. Servorum
 magnus comitatus, multa vestis, et lauta et magnifica
 supellex non deerant. Statuit igitur in Italiam navigare,
 servos et ancillas forma luculenta emere, reliquumque
 cultum parare, qualem habere virum divitem deceat.
 Habrocomen subinde recordatus invenire optabat, id per-
 magni existimans, si vitam omnino et divitias communes
 cum eo haberet. In Italiam devenit, atque una illum
 e Sicilia secutus ingenuus ac formosus adolescentulus,
 Clisthenes nomine, fortunarum omnium socius et particeps.
 Leno, cum Anthia convaluisse jam videretur, cogitabat
 quomodo illam venditurus esset et venalem in forum pro-
 duxit et emturis ostendit; cum forte Hippothous, Ta-
 rentum pererrans, pulchrum quid ad emendum quærens,
 Anthiam videt et agnoscit. Percussit illico animum ea

καταπλήσεται καὶ πολλὰ πρὸς ἑαυτὸν ἐλογίζετο· οὐχ αὐτὴ ἢ κόρη, ἢ ἐγὼ ποτ' ἐν Αἰγύπτῳ τιμωρῶν τῷ Ἀγγιᾶλου φόνῳ, εἰς τάφρον κατώρυξα καὶ κύνας αὐτῆ συγκαθεῖρξα; τίς οὖν ἢ μεταβολή; πῶς δὲ σώζεται; τίς ἢ ἐκ τῆς τάφρου φυγῆ; τίς ἢ παράλογος σωτηρία; 5 Εἰπὼν ταῦτα προσῆλθεν, ὡς ὠνήσασθαι θέλων, καὶ παραστάς αὐτῇ, ὡς κόρη, ἔφησεν, Αἴγυπτον οὐκ οἶδας; οὐδὲ λησταῖς ἐν Αἰγύπτῳ περιπέτωκας; οὐδ' ἄλλο τι ἐν ἐκείνῃ τῇ γῆ πέπονθας δεινόν; εἰπέ θαρσοῦσα, γνωρίζω 10 γάρ σε ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ. Αἴγυπτον ἀκούσασα καὶ ἀναμνησθεῖσα Ἀγγιᾶλου καὶ τοῦ ληστῆριου καὶ τῆς τάφρου, ἀνῶμωξέ τε καὶ ἀνοδύρατο· ἀποβλέψασα δ' εἰς τὸν Ἰππόθου, (ἐγνωρίσε δ' αὐτὸν οὐδαμῶς,) πέπονθα, φησὶν, ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ, ὡς ξένη, καὶ δεινὰ, ὅστις 15 ποτ' ὦν τυγχάνεις, καὶ λησταῖς περιπέτωκα· ἄλλὰ σὺ πῶς, εἰπέ, γνωρίζεις τὰ ἐμὰ διηγήματα; πόθεν δ' εἰδέναι λέγεις ἐμὲ τὴν δυστυχίῃ; διαβόητα μὲν [γάρ] καὶ ἐνόοξα πεπόνθαμεν, ἀλλὰ σὲ οὐ γινώσκω τὸ σύνολον. Ἀκούσας ὁ Ἰππόθου καὶ μᾶλλον, ἐξ ὧν ἔλεγεν, 20 ἀναγνωρίσας αὐτὴν, τότε μὲν ἡσυχίαν ἤγαγεν, ὠνῆσάμενος δ' αὐτὴν παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ ἄγει πρὸς ἑαυτὸν καὶ θαρρεῖν παρεκελεύετο καὶ ὅστις ἦν λέγει καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ γενομένων ἀναμιμνήσκει καὶ τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον διηγείται καὶ τὴν φυγὴν. Ἦ δ' ἤτεῖτο συγ- 25 γνώμην ἔχειν καὶ αὐτῷ ἀντιδιηγείτο ὅτι Ἀγγιᾶλον ἀπέκτεινε μὴ σωφρονοῦντα καὶ τὴν τάφρον καὶ τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὴν τῶν κυνῶν πραότητα, καὶ τὴν σωτηρίαν διηγείται. Κατόχτειρεν αὐτὴν ὁ Ἰππόθου καὶ ἤτις μὲν ἦν, ἐπέπυστο οὐδέπω, ἐκ δὲ τῆς καθημερινῆς 30 σὺν τῇ κόρῃ διαίτης εἰς ἐπιθυμίαν Ἀνθείας καὶ Ἰππόθου ἔρχεται καὶ συνελθεῖν ἐβούλετο καὶ πολλὰ ὑπισχνεῖται αὐτῇ. Ἦ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀντέλεγεν αὐτῷ, ἀναξία εἶναι λέγουσα εὐνῆς δεσποτικῆς τέλος δὲ, ὡς ἐνέκειτο Ἰππόθου, οὐκέτι ἔχουσα ὃ τι ποιήσσει, 35 κάλλιον εἶναι νομίζουσα εἰπεῖν πάντ' αὐτῷ τὰ ἀπόρητα ἢ παραβῆναι τὰς πρὸς Ἀβροκόμην συνθήκας, λέγει τὸν Ἀβροκόμην, τὴν Ἐφεσον, τὸν ἔρωτα, τοὺς ὄρκους, τὰς συμφορὰς, τὰ ληστήρια καὶ συνεχῆς Ἀβροκόμην ἀνοδύρετο· ὁ δ' Ἰππόθου ἀκούσας ὅτι τ' Ἀνθεία 40 εἶη καὶ ὅτι γυνὴ τοῦ πάντων αὐτῷ φιλότατου, ἀσπάζεται τ' αὐτὴν καὶ εὐθυμεῖν παρεχάλει καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς Ἀβροκόμην φιλίαν διηγείται. Καὶ τὴν μὲν εἶχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας, πᾶσαν προσάγων ἐπιμέλειαν, Ἀβροκόμην αἰδοῦμενος· αὐτὸς δὲ πάντ' ἀντιρεῦνα, εἴ που 45 τὸν Ἀβροκόμην ἀνεύροι.

 20 γένος καὶ τὴν φωνήν. Τάχα τις ἔσται τῶν κακῶν ἀνάπνευσις. Ἄλλὰ τίνα σε χρὴ καλεῖν, ἔφη ὁ Θεαγένης. Ὁ δὲ, Κνήμιωνα. Πῶθεν δὲ γνωρίζεις; Ἀθηναῖον. Τύχῃ τίτι κεχρημένον; Πᾶνε, ἔφη. Τί ταῦτα κινεῖς καὶ ἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγοῦδῶν.
 25 Οὐκ ἐν καιρῷ γένοιτ' ἂν ἐπεισόδιον ὑμῖν τῶν ὑμετέρων τὰμὰ ἐπισπέρειν κακὰ· καὶ ἅμα οὐδ' ἂν ἐπαρκέσειε τὸ λειπόμενον πρὸς τὸ διηγήματα τῆς νυκτὸς ὑπνου καὶ ταῦτα δεομένοις ὑμῖν ἀπὸ πολλῶν τῶν πόνων καὶ ἀναπαύσεως.
 30 Θ'. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἀνέσαν, ἀλλὰ παντοίως λέγειν ἰκέτευσον, μεγίστην ἠγούμενοι παραψυχὴν τὴν τῶν ὁμοίων ἀκοήν, ἄρχεται ὁ Κνήμιων ἐντεῦθεν· Ἦν μοι πατὴρ Ἀρίστιππος, τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, βουλῆς δὲ τῆς ἄνω, τὴν περιουσίαν τῶν μέσων. Οὗτος, ἐπειδὴ
 35 μοι τὴν μητέρα τελευτήσαι συνέβη, πρὸς δευτέρους ἀπεκλίνετο γάμους, ἐπὶ μόνῳ μοι παιδί σαλεύειν ἐπιμενόμενος καὶ τοῖς οἴκοις ἐπεισάγει γύναιον ἀστείον μὲν ἀλλ' ἀρχέκακον, ὄνομα Δημαινέτην. Ὡς γὰρ τάχιστα εἰσῆλθεν ὄλον ὑπεποιεῖτο καὶ πράττειν ὅτι
 40 βούλοιο ἐπιθετῇ ὄ' ὄρα τὸν πρεσβύτην ἐπαγομένη καὶ τᾶλλα ὑπερθεραπεύουσα· δεινὴ δὲ, εἴπερ τις γυναικῶν, ἔφ' ἑαυτὴν ἐκμῆσαι καὶ τέμνην τὴν ἐπαγωγὴν ἐκτόπως ἠκριβωμένη, προσδοίς τε τοῦμοῦ πατρὸς ἐπιστενούσα καὶ εἰσόδος προστρέγουσα καὶ βραδύ-
 45 νοντι μεμφομένη καὶ ὡς ἀπόλετ' ἂν, εἰ ὀλίγον ἐμέλλησε καὶ περιβάλλουσα ἐφ' ἐκάστῳ ῥήματι καὶ ἐπιδακρύουσα τοῖς φιλήμασι· οἷς ἅπασιν ὁ πατὴρ μου σαγηνευθεὶς, ὄλην ἐκείνην [καὶ] ἔπνει καὶ ἔβλεπεν. Ἢ δὲ καμὲ τὰ πρῶτα, ἴσα καὶ παῖδα ὄραν ἐπλάττετο
 50 κἂν τούτῳ τὸν Ἀρίστιππον ὑποποιουμένη, καὶ ποτε καὶ ἐβλήσεν [ἂν] προσελθούσα καὶ ὄνασθαί μου συνεχῶς ἠύξατο. Κἀγὼ προσείμην, τῶν μὲν ὄντων οὐδὲν ὑποπέτυον· ὅτι δὲ μητρῶν ἐνδείκνυται περὶ ἐμὲ θαυμάζων διάθεσιν. Ἐπεὶ δ' ἰτακώτερον προσῆει καὶ θερ-

carissima et anima mea Chariclea. Merito tu quidem lamentaris, verum exacerbis magis quam existimas numen. Neque enim probris incessere verum orare necesse est : precibus, non criminibus, placatur id, quod est potentius. At illa : Bene admones, inquit, sed quomodo vales, obsecro? Melius, inquit, a vespera, ex adolescentis curatione quæ mihi inflammata vulnera leniit. Immo magis leniri senties sub auroram, subjecit is, qui ad custodiam illius adhibitus fuerat. Afferam enim tibi ejusmodi herbam, quæ tribus diebus conjunget vulnus. Atque hanc esse vim ejus, experientia compertum habeo. Ex quo enim hi me huc captivum adduxerunt, si quis unquam horum qui huic præfecto parent saucius post conflictum venit, non multis diebus ad curationem hac herba utens indignuit. Quod autem afficior conditione vestrarum rerum non est quod mitemini, videmini enim mecum communi esse fortuna, simulque vos qui Græci estis miseror, cum et ipse Græcus sim natus. Græcus, di immortales! exclamarunt repente præ voluptate hospites. Græcus profecto et voce et genere. Fortasse dabitur aliqua a malis respiratio. Sed quem te appellare oportet? inquit Theagenes. At ille : Cnemonem. Cujatem autem agnosci? Atheniensem. Porro qua fortuna usum? Desine, inquit. Quid hæc moves et eruero conaris? tragædis ista relinquamus. Neque enim tempore hoc auctario meorum malorum vestra cumularem : præterea nec reliquum noctis sufficeret ad narrationem, præsertim cum somno vobis et requie post multos labores opus sit.

IX. Cum autem illi nihil remitterent et ut omnino narraret orarent, maximam consolationem esse ducentes, si similia suorum casuum audirent : orditur inde Cnemon. Fuit mihi pater Aristippus, genere Atheniensis, ex senatu superiori, fortunis civis medioerium civium par. Is, cum accidisset, ut mea mater e vita discederet, ad secundas nuptias animum adjecit; nolens, quum me unum filium haberet, incerta spe vivere. Introducit itaque in aedes mulliculam urbanam quidem sed inveteratæ malitiæ, nomine Demænetam. Ut primum enim ingressa est totum in suam potestatem redigere conabatur et ad id quod ipsa vellet faciendum adducebat, forma senem alliciens et aliis in rebus ambitiose observans; nam si ulla alia mulier, maxime poterat furibundum sui desiderium excitare et artem alliciens, exactius, quam credibile est, noverat, tum egressibus patris mecum ingemiscens et ad ingressum accurrens et tardius venientem accusans, quod videlicet periisset si paullulum commoratus fuisset, et amplectens post singula verba, denique lacrimas addens oculis. Quibus omnibus pater irretitus, totam illam spirabat et contuebatur. Illa vero et me primum non secus, ac si suus essem filius, in oculis ferre simulabat, hoc etiam sibi Aristippum devinciens et interdum osculata est accedens et subinde, ut mecum se oblectare posset, optavit. Quod ego admittebam, nihil eorum, quæ suberant, suspicans; admirans autem, quod

μότερα ἦν τὰ φιλήματα τοῦ πρόποντος καὶ τὸ βλέμμα τοῦ σώφρονος ἐξιστάμενον, πρὸς ὑπόνοιαν ἤγεν ἤδη τὰ πολλὰ καὶ ὑπέφρευον καὶ πλησιάζουσαν ἀπωθούμην. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα, τί δεῖ μηκύνοντα ἐνοχλεῖν; τὰς
 5 πείρας ἅς καθῆκε, τὰς ὑποσχέσεις, ἅς ἐπηγγείλατο, νῦν μὲν παιδίον, νῦν δὲ γλυκύτατον ὀνομάζουσα καὶ αὐθις κληρονόμον καὶ μετ' ὀλίγον ψυχὴν ἑαυτῆς ἀποκαλοῦσα καὶ ἀπλῶς τὰ καλὰ τῶν ὀνομάτων τοῖς ἐπαγωγαῖς παραμιγνύσα καὶ ὁῖσισι μᾶλλον προστρέχω
 10 περισκοποῦσα· ὡς ἐν μὲν τοῖς σεμνότεροις μητέρα ἑαυτὴν ἀναπλάττουσα, ἐν δὲ τοῖς ἀτοπιότεροις τοῦτ' ἐκείνῳ λαμπρῶς ἐρωμένην ὑποφάνουσα.

Γ'. Τέλος δὲ γίνεταί τι τοιοῦτον. Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγομένοι, ὅτε τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι διὰ γῆς
 15 τῇ Ἀθηνᾶ πέμπουσιν, (ἐτύγχανον μὲν ἐφηβεύον.) ἄσας δὲ τὸν εἰωθότα παιᾶνα τῇ θεῷ καὶ τὰ νεομισμένα προπομπεύσας ὡς εἶχον στολῆς, αὐτῇ χλαμύδι καὶ αὐτοῖς στεφάνοις, ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἑμαυτόν. Ἡ δὲ, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον εἶδεν, ἐκτὸς ἑαυτῆς γίνεταί, καὶ
 20 οὐδ' ἐσοφίστευεν ἔτι τὸν ἔρωτα ἀλλ' ἀπὸ γυμνῆς τῆς ἐπιθυμίας προσέτρεχε καὶ περιβαλοῦσα, ὁ νέος Ἴππολυτος, ὁ Θησεὺς ὁ ἐμὸς ἔλεγε. Ἴνα με οἴσθε γεγενῆσθαι, ὅς καὶ νῦν ἐρυθριᾷ διηγούμενος; ἀλλ' ἐσπέρας γενομένης, ὁ μὲν πατὴρ εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐσιτεῖτο καὶ
 25 ὡς ἂν ἐν τοιαύτῃ πανηγύρει καὶ πότῳ πανδῆμῳ καὶ διανυκτερεύειν ἐμέλλεν· ἡ δὲ ἐπιγίγνεταί μοι νυκτὸς καὶ ἐπειρητὸς τινος τῶν ἀθεμίτων τυγχάνειν. Ὡς δὲ παντοίως ἀντεῖχον καὶ πρὸς πᾶσαν θεραπείαν καὶ ὑπόσχεσιν καὶ ἀπειλὴν ἀπεμαχόμενος, βαρῦ τι καὶ βύθιον
 30 στενάξασα, ἀτιοῦσα ὄχρητο· καὶ μόνην ἢ παλαμναία τὴν νύκτα ὑπερθεμένη, τῶν ἐπιβουλῶν τῶν εἰς ἐμὲ κατήρχετο. Καὶ πρῶτον μὲν οὐ διανέστη τότε τῆς εὐνῆς ἀλλ' ἤκοντι τῷ πατρὶ καὶ τί τοῦτο πυνθανομένῳ, μαλακῶς τ' ἔχειν ἐσκήπτετο καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο τὴν
 35 πρῶτην, ὡς δ' ἐνέκειτο καὶ τί πεπόνθοι πολλάκις ἀνηρώτα, Ὁ θαυμαστός, φησί, [καὶ εἰς ἐμὲ] νεανίας, ὁ κοινὸς ἡμῶν παῖς, ὃν ἐγὼ πλεόν καὶ σοῦ [πολλάκις] ἠγάπησα (καὶ μάρτυρες οἱ θεοὶ) κύειν με πρὸς τιῶν αἰσθόμενος, ὃ δὴ σε τέως ἐκρυπτον, ἔως ἂν τὸ ἀσφαλὲς
 40 γνοίην, τὴν σὴν ἀπουσίαν ἐπιτηρήσας, ταῦτα δὴ τὰ εἰωθότα παραινοῦσαν καὶ σωφρονεῖν παρακλεουμένην, μηδὲ πρὸς ἐταίρας ἔχειν τὸν νοῦν καὶ μέθαις, (οὐ γὰρ με ἐλάνθανεν οὕτως ἔχων, σοὶ δ' οὐκ ἔφραζον, μὴ τινα λάθοιμι μητρυαῖς ὑπόνοιαν), ταῦτα λέγουσαν μόνην
 45 πρὸς μόνον, τοῦ μὴ ἐρυθριᾶν αὐτὸν ἔνεκεν, τὰ μὲν ἄλλα ὅσα περὶ σέ τε καὶ με περιύβρισεν, αἰσχύνομαι λέγειν, λᾶξ δὲ κατὰ τῆς γαστρὸς ἐναλλόμενος, οὕτως ἔχειν ὡς ὄραξ, διέθηκε.

ΙΑ'. Ταῦθ' ὡς ἤκουσεν, οὐκ εἶπεν, οὐκ ἠρώτησεν,
 50 οὐκ ἀπολογία προὔθηκεν, ἀλλὰ πιστεύων μὴδ' ἂν ψεύσασθαι κατ' ἐμοῦ, τὴν οὕτω περὶ ἐμὲ διακειμένην, εὐθὺς ὡς εἶχε κατὰ τι μέρος τῆς οἰκίας περιτυχόν, οὐδὲν εἰδότα, πῦξ ἔπαιε καὶ παῖδας προσκαλεσάμενος μάλιστα ἠκίετο, μηδὲ τὸ κοινὸν δὴ τοῦτο διότι ξαινοίμην

maternum erga me declararet affectum. Cum vero petulantius accederet et calidiora essent oscula quam decebat et adspectus modestiam excederet, in suspicionem jam apud me illam multa adducebant, et subterfugiebam et adblandientem repellebam. Omitto alia, quæ molestum esset prolixius commemorare, quibus rationibus me adorta sit, quas pollicitationes proposuerit; nunc pusionem, nunc suavissimum appellans et rursus heredem et paullo post animam suam cognominans, denique pulchra nomina illecebris admiscens et quibus potissimum rebus caperem considerans; ita ut in gravius negotiis subiret matris habitum, in ludicris autem amare se manifeste declararet.

X. Ad extremum tale quiddam accidit. Cum Panathenæa magna celebrarentur, quando navem Athenienses Palladi terra mittunt, (nondum autem tum excesseram ex ephebis), postquam cecini usitatum pæanem deæ, et legitimo ritu et pompa prosecutus sum, quemadmodum eram amictus, una cum chlamyde et coronis redeo domum. Illa vero cum primum adspexit, animo exsternata non amplius astu amorem texit sed præ mera cupiditate accurrit et amplexa, Juvenis Hippolytus, Theseus meus, dicebat. Quo animo vero tum me fuisse putatis, quem et nunc narrare pudeat? Vesperi pater in Prytaneo cœnabat: et quemadmodum in ejusmodi conventu et publico convivio ibidem pernoctaturus erat. Illa autem de improvviso venit ad me noctu et conata est contra fas quidpiam assequi. Sed cum prorsus resisterem, et omnibus blanditiis, pollicitationibus et minis repugnarem, graviter et ab imo pectore ingemiscens abiit, et una tantum nocte interposita, insidias mihi struere scelerata cœpit. Ac primum quidem e lecto non surrexit, sed venienti patri et quid esset rei percunctanti infirma se esse valetudine simulabat et primo nihil respondebat. Cum vero instaret et quid illi accidisset sæpius quæreret: Bonus ille, inquibat, adolescens, communis noster filius, quem ego, deos contestor, plus etiam quam tu dilexi, cum me gravidam esse quibusdam ex rebus sensisset, quod ego te famdium celavi quoad aliquid certi scire possem, et absentiam tuam observasset, dum illum solito more moneo et ad temperantiam adhortor, neve scortis et ebrietati animum dederet, oro (neque enim me id latebat: tibi vero non dicebam, ne in aliquam novercæ suspicionem venirem), de his, inquam, dum colloquor sola cum solo, ne erubesceret: alia quidem pudet dicere, quibus me et te contumelia affecit; calce autem in uterum mihi insilienti, ut ita valeam, quemadmodum vides, effecit.

XI. Hæc ut audivit, non dixit quidquam, non interrogavit, non defensionem præposuit: sed sibi persuadens, nullo modo eam de me aliquid mentitam esse, quæ eo animo erga me fuerit, extemplo ut me offendit quadam in parte domus, nihil scientem pugnis feriebat et advocatis famulis cardebat flagris, ne id quidem, quod utique commune est,

γινώσκοντα. Ὡς δ' ἐμπεπλήστο τῆς ὀργῆς, Ἄλλὰ
 νῦν γε, ἔφην, ὦ πάτερ, εἰ καὶ μὴ πρότερον, δίκαιος
 ἂν εἴην τὴν αἰτίαν τῶν πληγῶν μανθάνειν. Ὁ δὲ,
 μᾶλλον παροξυνθεὶς, Ὡς τῆς εἰρωνείας, φησί, τὰς
 5 πράξεις αὐτοῦ τὰς ἀνοσίας παρ' ἐμοῦ βούλεται μανθάνειν.
 Καὶ ἀποστραφεὶς, πρὸς τὴν Δημαινέτην ἔσπευ-
 δεν. Ἡ δὲ, οὕτω γὰρ κεχώρηστο, δευτέρας ἐπιβουλῆς
 κατ' ἐμοῦ τοιαῦτα ἤπειτο. Θίσβη παιδισκᾶριον ἦν
 αὐτῆ, ψάλλειν τε πρὸς κιθάραν ἐπιστάμενον, καὶ τὴν
 10 ὄψιν οὐκ ἄωρον. Τοῦτ' ἐπ' ἐμὲ καθίσιν, ἔρᾳν μου
 ὄθρην προστάξασα· καὶ ἦρα παραγρήμα ἢ Θίσβη·
 καὶ ἢ πολλάκις πειρῶντά μ' ἀπωταμένη, τότε παν-
 τοίως ἐφείλκετο, βλέμμασι, νεύμασι, συνθήμασι. Ἐγὼ
 δ' ὁ μάταιος ἀθρόον καλὸς γεγενῆσθαι ἐπεπίεσμην· καὶ
 15 τέλος ἐπὶ τὸν θάλαμον ἔλθοῦσαν νυκτὸς ὑπεδεχόμεν.
 Ἡ δὲ καὶ αὐθις ἐπανῆκε καὶ πάλιν καὶ τοῦ λοιποῦ
 συνεχοῖς ἐφοῖτα. Ἐπεὶ δὲ ποτε φυλάττεσθαι αὐτῆ τὰ
 πολλὰ παρήνουν, μὴ γνωσθεῖη παρὰ τῆς δεσποίνης,
 Ὡς Κνήμιον, ἔφην, ὡς λίαν ἀπλοϊκὸς τις εἶναι μοι δοκεῖς·
 20 εἰ γὰρ ἐμὲ θεράπειαν οὔσαν καὶ ἀργυρῶντην ἡγῆ
 χαλεπὸν εἶναι σοι προσομιλοῦσαν ἀλῶναι, τίνος ἂν
 ἀξίαν εἶποις [εἶναι] τιμωρίας ἐκείνην, ἢ [καὶ] εὐγενῆς
 εἶναι φάσκουσα καὶ νόμου τὸν συνοικοῦντα ἔχουσα καὶ
 θάνατον τὸ τέλος τοῦ παρανομήματος γινώσκουσα,
 25 μοιᾶται; Παῦε, ἔφην, οὐ γὰρ ἔχω σοι πιστεῦειν. Ἡ
 δὲ, Καὶ μὴν, εἰ σοι δοξείεν, ἐπ' αὐτοφῶρῳ παραδώσω
 τὸν μοιχόν. Εἰ γὰρ οὕτω βουληθῆς, ἔφην. Καὶ μὴν
 βουλήσομαι γε, ἀπεκρίνατο, σοῦ θ' ἔνεκεν οὕτως πρὸς
 αὐτῆς περιουριζομένου, κάματον δ' οὐκ ἔλαττον, ἢ
 30 πάσῳ τὰ ἔσχατα ἐφ' ἐκάστης, ζηλοτυπίαν ἐκείνης ἐπ'
 ἐμὲ γυμναζούσης. Ἄλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔση κατάλαβε.

IB'. Ἐπεὶ δ' οὕτως ἔξεν ὑπεσπόμεν, τότε μὲν ἀπι-
 οῦσα ᾤχετο. Τρίτη δ' ὕστερον νυκτὶ καθυδοντά μ'
 ἐξάνιστη καὶ τὸν μοιχὸν ἔνδον εἶναι κατεμήνυε· τὸν
 35 πατέρα μὲν εἰς ἀγρὸν ἀφηνίδιου τινὸς χρεῖας καλούσης
 πεπορευῆσθαι λέγουσα· τὸν δὲ, οὕτω συγχείμενον αὐτῷ
 πρὸς τὴν Δημαινέτην, ἄρτι παρεισδεδυκέναι· προσή-
 κειν δὲ καὶ πρὸς ἄμυναν εὐτρεπίζεσθαι καὶ ξιφῆρη
 ποιεῖσθαι τὴν ἐφοδὸν τοῦ μὴ διαδρᾶναι τὸν ὕβριστήν.
 40 Ἐποιοῦν οὕτως· καὶ λαθῶν ἐγγειρίδιον, τῆς Θίσβης
 ἡγουμένης καὶ δῆδας προαποτούσης, ἐπὶ τὸν θάλαμον
 ἦεν. Ἐπεὶ δ' ἐπέστην, λύχου τε τινος ἔνδοθεν αὐγῆ
 διεξέπιπτε, [καὶ] τὰς θύρας ἐπικειμένης ὡς ὀργῆς εἶχον
 ἐκραγεῖς, ἀνοίγει, καὶ εἰσδραμῶν, Ποῦ ποθ' ὁ ἀλιτήριος,
 45 ἐβόων, ὁ λαμπρὸς τῆς πάντα σωφρονούσης ἐρίωμενος;
 καὶ ἅμα λέγων, ἐπήειν ὡς ἅμω διαχειρισόμενος. Ἐκ
 δὲ τῆς εὐνῆς ὁ πατήρ, ὦ θεοί, περιτραπέεις προσπίπτει
 μου τοῖς γόνασι, καὶ Ὡ τέκνον, ἐπίσχεες μικρόν, ἔλε-
 γεν, οἴκτερον τὸν γεννήσαντα, φεῖσαι πολιῶν, αἱ σε
 50 ἀνέθρεψαν. Ὑβρισα μὲν σε, ἀλλ' οὐ μέγρι θανάτου
 τιμωρητέος. Μὴ γίγνου τῆς ὀργῆς ὄλος, μηδὲ φόνου
 πατρῶν χείρας μιάνης τὰς σάς. Ὁ μὲν ταῦτα
 καὶ ἕτερα πρὸς τοῦτοις ἔλεεινῶς ἰκέτευεν· ἐγὼ δὲ
 ὡς περ τυφῶνι βληθείς, αἴος, ἀπόπληκτος εἰστήκειν,

quamobrem caderer, scientem. Postea vero quam iram
 explevit, vel nunc saltem, inquam, pater, merito, quando-
 quidem prius non licuit, causam harum plagarum scire de-
 beo. At ille eo magis exacerbatus : O simulatum, inquit,
 hominem! facta sua impia ex me scire vult : et aversus,
 ad Demænetam festinabat. Illa vero, nondum enim satiata
 erat, alium dolum talem contra me machinabatur. Erat
 illi ancilla Thisbe, callens canere ad citharam, forma et
 vultu non invenusto. Hanc in me subornat, ut me amaret,
 imperans. Atque amabat repente Thisbe, et quæ me ten-
 tantem antea sæpius rejecerat, tum prorsus alliciebat ad
 sese, ad aspectu, nutibus, notis. Ego vero vanus, quod re-
 pente pulcher essem, credideram, et ad extremum in tha-
 lamum noctu venlentem recepi. Illa vero iterum rediit et
 tertio, et deinceps continuo veniebat. Verum cum ali-
 quando multum illam adhortarer, sibi ut caveret, ne a
 domina deprehenderetur : O Cnemon, inquit, quam nim-
 ium simplex mihi videris esse, si me ancillam, et argento
 entam, tecum deprehendi periculosum putas, qua pena
 illam vero dignam judicabis, quæ se ingenuam esse præ-
 dicans et legitimo jure conjugii cohabitatorem habens, de-
 nique mortem sibi finem sceleris esse propositum sciens,
 adulterium committit? Desine, inquebam : neque enim
 tibi fidem habere possum. Imo, si tibi videbitur, in ipso
 facto adulterium tradam. Si quidem ita volueris, inque-
 bam. Maxime volo, respondit : et tua causa, qui ab illa
 tam insigni injuria affectus es et non minus mea quoque,
 ut quæ extrema omnia quotidie patiar ab illa, vanam zel-
 otypiam erga me exercente. Quamobrem, si vir es, de-
 prehende.

XII. Cum autem ita fore promissem, tunc quidem
 abiit : tertia vero postea nocte dormientem me excitat, et
 adulterium intus esse significat; patrem in agrum subitæ
 ejusdem necessitatis causa abiisse dicens : istum vero, ut
 erat constitutum, ad Demænetam modo clam ingressum
 esse. Convenire autem ut et ad vindictam me appararem
 et armatus gladio ingrederer, ne improbus effugeret. Fa-
 ciebam ita : et accepto pugione Thisbe præeunte et faces
 accendente, ad thalamum ibam. Ceterum ut adstiti,
 lychni cujusdam qui intus erat splendor penetrabat et ego
 foribus obseratis ut eram commotus ira offractus, aperie-
 bam et incurrens, Ubi est consceleratus, clamabam, præ-
 clarus castæ omni ex parte amasius? et simul atque prolo-
 cutus sum accessi utrumque confossum. At pater ex
 lecto, dii boni! devolutus percussus accidit ad genua mea
 et O fili colibe te pœllulum, dicebat, miserere parentis,
 parce canis, qui te enutriverunt. Injuria te affectimus, sed
 non tamen adeo, ut ad mortem usque vindicta de me expe-
 tenda sit. Ne indulgeas iræ, neque cade paterna manus
 tuas contamines. Ille quidem his et aliis præterea modis
 miserabiliter supplex pro se precabatur. Ego autem tan-
 quam fulgure percussus, tacitus et attonitus stabam, This-
 ben circumspiciens, quæ nescio quo pacto subduxerat

τὴν Θίσβην περιέβλεπον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἑαυτὴν ὑπο-
 στείλασαν, τὴν κλίνην καὶ τὸν θάλαμον ἐν κύκλῳ περιε-
 σκόπου, εἰπεῖν τι διαπορῶν, πρᾶξι ἀμηχανῶν. Ἐκ-
 πίπτει μου καὶ τὸ ξίφος τῶν χειρῶν· καὶ τὸ μὲν ἡ
 5 Δημαινέτη προσδραμοῦσα σπουδαίως ἀνήρπασεν, ὁ δὲ
 πατὴρ ἐν τῷ ἀκινδύνῳ γεγῶνς, ἐπιβάλλει τέ μοι τὰς
 χεῖρας καὶ δεσμεῖν ἐκέλευε, πολλὰ τῆς Δημαινέτης
 παροξυνούσης, καὶ Οὐ ταῦτ' ἦν ἂ προηγόρευον, βούσης,
 ὡς φυλάττεσθαι προσήκει τὸ μεираκιον, ὡς ἐπιβουλεύ-
 10 σαιε καιροῦ λαβόμενον; εἴρων τὸ βλέμμα, συνίην τῆς
 διανοίας. Ὁ δὲ, Προηγόρευες, εἰπὼν, ἀλλ' ἠπίστουν,
 τότε μὲν ἐν δεσμοῖς εἶχε, λέγειν τι βουλομένῳ τῶν
 ὄντων καὶ φράζειν οὐκ ἐπιτρέψας.

Π'. Ἄμα δὲ τῇ ἔω λαβῶν οὕτως ὡς εἶχον δεσμῶν
 15 ἐπὶ τὸν δῆμον ἤγε καὶ τῆς κεφαλῆς χόνιν καταχεάμε-
 νος, Οὐκ ἐπὶ τοιαύταις μὲν ἐλπῖσιν, ὧ Ἀθηναῖοι, τόνδε
 ἀνέτρεφον, ἔλεγεν, ἀλλὰ τοῦ γήρως τοῦμοῦ βακτηρίαν
 ἔσσεσθαι προσδοκῶν, ἐπειδὴ τάχιστα μοι ἐγένετο, ἔλευ-
 θερίου τε τροφῆς μεταδούς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμ-
 20 μάτων διδάζάμενος, εἰς τοὺς φράτορας καὶ γεννητὰς
 εἰσαγαγῶν, εἰς ἐφήθους ἐγγράφας, πολιτὴν ὑμέτερον
 καὶ τοῖς νόμοις ἀποφῆνας, πάντα τὸν βίον ἐπὶ τούτῳ
 τὸν ἐμὸν ἐσάλευον. Ἐπεὶ δὲ τούτων ἀπάντων λήθην
 λαβῶν, ἐμὲ μὲν ὕβρισε ταπρῶτα καὶ πληγαῖς ταυτηνὴν
 25 τὴν κατὰ νόμους συνοικοῦσάν μοι ἤχιστο· τέλος δὲ
 καὶ ξιφῆρης νύκτωρ ἐπῆλθε καὶ παρὰ τοσοῦτον γέγονε
 πατραλοίας, παρ' ὅσον ἀντέσχευ ἡ τύχη, ἀπροσδοκῆται
 φόβῳ τὸ ξίφος τῶν τούτου χειρῶν ἐκπεσεῖν παρασκευά-
 σασα· καταπέφευγα [τε] πρὸς ὑμᾶς καὶ προσαγγέλλω
 30 τοῦτον· αὐτόχειρ μὲν αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τοὺς νόμους
 ἐξόν, οὐ βουληθεῖς· ὑμῖν δὲ τὸ πᾶν καταλιπὼν, νόμῳ
 βέλτιον ἠγούμενος ἢ φόνῳ παιδὸς τὴν δίκην λαμβά-
 νειν. Καὶ ἄμα ἐδάκρυν· ἐπεκώκυε δὲ καὶ ἡ Δημαι-
 νέτη καὶ περιαλεγειν ἐπ' ἐμοὶ δῆλον ἐπεδεικνυτο, τὸν
 35 ἄθλιον ἀποκαλοῦσα, τὸν ἐν δίκῃ μὲν ἀλλὰ πρὸ ὕρας
 τεθνηξόμενον, τὸν ὑπὸ δαιμόνων ἀλαστόρων ἐπὶ τοὺς
 γεννήσαντας ἐλαθέντα· οὐ θρηνοῦσα μᾶλλον ἢ κατα-
 μαρτυροῦσα τοῖς θρήνοις καὶ ὡς ἀληθῆ τὴν κατηγορίαν
 βεβαιοῦσα τοῖς γόοις. Ἐπεὶ δὲ μεταδοῦναι κάμοι
 40 λόγων ἤξιον, ὁ γραμματεὺς προσελθὼν, ἠρώτα στενὸν
 ἐρώτημα, Εἰ τῷ πατρὶ ξιφῆρης ἐπῆλθον; ἐμοῦ δὲ,
 Ἐπῆλθον μὲν, εἰπόντος, ἀλλ' ὅπως ἀκούσατε· ἀνεβόη-
 σαν ἅπαντες καὶ οὐδ' ἀπολογίας μοι μετεῖναι κρίναν-
 τες, οἱ μὲν λίθοις βάλλιν, οἱ δὲ τῷ δημίῳ παραδιό-
 45 νου καὶ ὠθεῖσθαι εἰς τὸ βάραθρον ἔδοκιμαζον. Ἐμοῦ
 δὲ παρὰ πάντα τὸν θόρυβον καὶ τὸν χρόνον, ὃν περὶ
 τῆς τιμωρίας διεχειροτόνου, Ὡ μητριὰ, βοῶντος,
 διὰ μητριᾶν ἀναιροῦμαι, μητριὰ με ἄκριτον ἀπόλ-
 λυσι, προσέστη τοῖς πολλοῖς τὸ λεγόμενον καὶ εἰσῆμι
 50 τῶν ὄντων ὑποψία. Καὶ ἠκούσθη μὲν οὐδὲ τότε,
 προκατείληπτο γὰρ ὁ δῆμος ἀκαταπαύστῳ θόρῳ.

ΙΔ'. Τῶν δὲ ψήφων διακρῖνομένων, οἱ μὲν τὸν θά-
 νατον καταχειροτονήσαντες, ἦσαν εἰς ἑπτακοσίους καὶ
 χιλίους, οἱ μὲν καταλεῦσαι, οἱ δ' εἰς τὸ βάραθρον πέμ-

se : lectum et thalamum in orbem oculis lustrabam, nec
 quid dicerem sciens, nec ad agendum consilii quidquam
 habens. Excidit mihi et pugio e manibus. Et hunc qui-
 dem Demæneta propere accurrens arripuit. Pater autem
 cum jam extra periculum esset, injicit mihi manus et ligare
 jubebat, Demæneta multis modis irritante et An non hæc
 erant quæ prædicebam, clamante, quod caveri oporteret
 adolescentem, utpote occasione oblata moliturum aliquid?
 E vultu animum ejus perspexi. Ille autem, prædicebas
 cum dixisset, sed non credebam; me tum in vinculis deti-
 nuit et exponere quidpiam ut gestum erat volenti ne dicendi
 quidem potestatem fecit.

XIII. Quamprimum autem illuxit, prehensum sic ut
 eram vinctus produxit ad populum et adperso capiti pul-
 vere, Non ad hanc spem, o Athenienses, hunc educabam,
 dicebat; sed bacillum senectutis meæ futurum alicundo
 sperans, ut primum mihi natus esset, liberaliter eductum et
 initiis literarum institutum, cum in tribules et gentiles in-
 troduxissem, in epheborum album retulissem, civem nos-
 trum etiam legibus effecissem, tota vitæ meæ spes in illo
 erat. Ceterum postquam horum omnium oblitus, me in-
 juriis primum et hanc legitimam meam uxorem verberibus
 affecit, ad extremum et gladio armatus noctu advenit et
 eatenus tantum ab eo quo minus parricida fieret abfuit,
 quatenus fortuna restitit inopinato terrore ut illi gladius e
 manibus excideret efficiens, confugi ad vos nomenque isti-
 tius defero. Tametsi enim mihi per leges liceret mea manu
 illum interficere, tamen nolui, idque totum vestro reliqui
 arbitrio, melius me facturum existimans, si de filio lege,
 non cæde, sumerem pœnam. Et simul lacrimabat. Eju-
 labat quoque Demæneta et se ob meum casum dolore affi-
 cici simulabat; miserum appellans, ac juste quidem sed
 ante tempus moriturum, a malis geniis adversus parentes
 incitatum; non lugens magis quam testificans lacrimis et
 ceu veram accusationem ploratus confirmans. Cum autem
 et mihi dicendi potestatem dari postularem, scriba accedens
 et concisam quæstionem inslituit patremne armatus gla-
 dio agressus essem? Me vero, Aggressus sum quidem, di-
 cente, sed quemadmodum, audite: exclamarunt omnes ac
 neque causæ dicendæ jus ad me pertinere judicantes, alii
 me lapidibus obrui debere, alii carnifici tradi, et in barathrum
 præcipitari censebant. Me vero, toto hoc tumultu
 et temporis intervallo, quo de pœna statuebant, O no-
 verca, clamante, heu propter novercam tollor, noverca
 me injudicatum perimit; adhæsit ad multos id, quod a me
 dicebatur et subibat eos suspicio rei ipsius, ut erat acta.
 Verum me tum quidem audiebar: ingens enim tumultus
 et perturbatio populum præoccupaverat.

XIV. Cum autem calculi discernerentur, mortem mihi
 decernentes circiter mille et septingenti reperti, quorum
 alii lapidibus me obruendum esse, alii in barathrum mit-

ψαι κρίναντες· οἱ λοιποὶ δ' εἰς χιλιούς, ὅσοι τι καὶ τῇ ὑπονοίᾳ τῇ κατὰ τῆς μητροῦς δόντες, φυγῇ με εἰς τὸ διγνεχέες ἐξημίωσαν. Ἄλλ' ἄμωις ἢ τούτων ἐκράτει ψῆφος. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων δμοῦ πάντων ἦσαν ἐλάτους, ἐκείνων δὲ διάφορα ψηφισαμένων, εἰς τὸ μέρος οἱ χιλιοὶ πλείους ἐγένοντο. Κἀγὼ μὲν οὕτως ἐξηλαυρόμην ἐστίας τε πατρώας καὶ τῆς ἐνεγκούσης. Οὐ μὴν ἀτιμώρητός γ' ἢ θεοῖς ἐχθρὰ Δημινέτη περιελεῖσθαι. Τὸν δὲ τρόπον εἰσαυθίς ἀκούσεσθε, τὸ δὲ νῦν

10 καὶ ὕπνου μεταληπτέον, τό τε γὰρ πολὺ προσέη τῆς νυκτός, καὶ ὑμῖν πολλῆς δεῖ τῆς ἀναπαύσεως. Καὶ μὴν προσεπιτρέψεις γ' ἡμᾶς, ἔφη ὁ Θεαγένης, εἰ τὴν κακίστην ἀτιμώρητον ἄσης ἐν τῷ λόγῳ Δημινέτην. Οὐκ οὖν ἀκούοιτ' ἂν, ἔφη ὁ Κνήμων, ἐπειδὴ περ ὑμῖν

15 οὕτω φίλον. Ἐγὼ μὲν, ὡς εἶχον, μετὰ τὴν κρίσιν εἰς τὸν Πειραιᾶ κατέβην καὶ νεῶς ἀναγομένης ἐπιτυζῶν τὸν πλοῦν εἰς Λίγιναν ἐποιοῦμην, ἀνεψιούς εἶναι μοι τῆς μητρὸς ἐνταῦθα πυθανόμενος. Κατάρας δὲ καὶ τοὺς ἐπιζητούμενους ἀνευρών, οὐκ ἀηδῶς τὰ πρῶτα διῆγον.

20 Εἰκοστῇ δ' ὕστερον ἡμέρᾳ συνήθως ἀλύων, ἐπὶ λιμένα κατῆλθον. Καὶ λέμβος ἄρτι κατεφέρετο. Μικρὸν οὖν ἐπιστάς, δπόθεν τ' εἴη καὶ τίνας ἄγοι περιεσκόπου. Οὕπῳ δὲ τῆς ἀποβάθρας ἀκριβῶς κειμένης, ἐξήλατό τις καὶ με προσδραμὸν περιέβαλεν, ἦν δ' ἄρα

25 Χαρίας τῶν ἐμῶν συνεφθῶν, καὶ Ὡ Κνήμων, εὐαγγέλιά σοι χοιρίζω, φησὶν, ἔχεις παρὰ τῆς πολεμίας τὴν δίκην· Δημινέτη τέθνηκεν. Ἄλλὰ σόζιοιο μὲν, ἔφη, ὦ Χαρία, τί δὲ παρατρέχεις τὸ εὐαγγέλιον, ὥσπερ τι τῶν ἀτόπων ἀπαγγέλλων; εἰπέ δὲ καὶ τὸν τρόπον, ὡς σφόδρα δέδοικα, μὴ τῷ κοινῷ κέχρηται θανάτῳ καὶ διέδρα τὸν πρὸς ἄξιαν. Οὐ παντάπασιν, ἔφη ὁ Χαρίας, ἐλλέλοιπεν ἡμᾶς ἡ δίκη καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ μικρὸν μὲν ἂν τι καὶ παρίδοι ποτὲ, τῷ χρόνῳ τὴν ἄμυναν

30 παρελθούσα, τοῖς δ' οὕτως ἀθέσμοις ὄζυν ἐπιβάλλει τὸν δφθαλμόν· ὡς δὴ καὶ τὴν ἀλιτήριον μετῆλθε Δημινέτην. Ἐλαθε δὲ με τῶν γεγονότων ἡ λεχθέντων οὐδὲν, τῆς Θίσβης, ὡς οἶσθα, κατὰ τὴν πρὸς με συνήθειαν πάντα διηγουμένης. Τῆς γὰρ ἀδίκου σοι φυγῆς ἐπιβληθείσης, δμὲν ἄλλιός σου πατὴρ ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι

40 μεταμελούμενος εἰς ἀγρόν τινα ἐσχαιτὴν ἑαυτὸν ἀπώκισε, κάκει διῆγεν — ὃν θυμὸν κατέδωκε, τοῦτο δὲ τὸ τοῦ ἐπους· τὴν δ' εὐθὺς Ἐριννύες ἤλαυον καὶ μανικώτερον ἦρα σου μὴ παρόντος καὶ θρήνων οὐκ ἐπαύετο, ὄζθεν μὲν τῶν ἐπὶ σοί, τὸ δ' ἀληθές, τῶν ἐφ' ἑαυτῇ καὶ

45 Κνήμων ἐβόα νύκτα τε καὶ μεθ' ἡμέραν, παιδίον γλυκύτατον, ψυχὴν ἑαυτῆς ὀνομάζουσα, ὥστε καὶ αἱ γνώριμοι τῶν γυναικῶν φοιτῶσαι παρ' αὐτὴν σφόδρα μὲν ἐθαύμαζον καὶ ἐπήνουν, εἰ μητρὸς ἢ μητριᾶ πάθος ἐπιδείκνυται, παραμυθεῖσθαι τε καὶ ἐπιρρωννύναι

50 ἐπεριῶντο. Ἡ δὲ, ἀπαρμύθητον εἶναι τὸ κακὸν καὶ οἷον ἐγκεῖσθαι τῇ καρδίᾳ κέντρον ἀγνωεῖν τὰς ἄλλας ἔλεγεν.

IE'. Εἰ δὲ ποτε γένοιτο καθ' ἑαυτὴν, πολλὰ τὴν Θίσβην ἐμέμπετο, ὡς οὐ προσηκόντως ὑπηρετησάμε-

tendum judicabant. Reliqui vero ad mille, aliquid danles suspicioni de noverca, exsilio me perpetuo damnabant. Nihilominus tamen horum vicit sententia. Tametsi enim erant aliis simul conjunctis pauciores, tamen, cum illi diversa tulissent suffragia, sigillatim collatione facta, mille isti majorem numerum efficiebant. Atque ego quidem ita laribus paternis et patria pellebar. Nec tamen diis iuvisa Demianeta hoc deinceps impune tulit : quo autem pacto, postea audietis, nunc autem vobis est somno indulgendum : nam et ad multam noctem processit, et vobis longa quiete opus est. Immo majore molestia nos afficies, inquit Theagenes, si pessimam hanc inultam in narratione reliqueris. Audite igitur, inquit Cnemon, quandoquidem vobis ita lubet. Ego ita, ut eram, post judicium descendi in Piræum et nactus navein, quæ tum solvebat, navigabam Æginam, resciscens, illic me habere consobrinos matris. Eo cum applicuissem et eos quos inquirebam iuvenissem, non in-suaviter primo tempus degebam. Vigesimo vero post die solito more exspatians descendi ad portum. Ecce autem lembus appellebat. Paullulum igitur commoratus, unde esset et quos apportaret considerabam. Necdum pons recte jacebat, cum exsiluit quidam et me accurrens amplectebatur. Erat autem Charias, unus ex meis syneplebis et O Cnemon lætum nuntium tibi affero, inquit. Luit jam tibi inimica penas : Demianeta mortua est. O utinam sis salvus, Charia. Cur autem præteris hoc, quidquid est læti nuntii, tanquam quidpiam importunum afferas? Expone quæso et modum. Quam metuo, ne usitato more sit mortua et effugerit mortem, quæ digna fuerat. Non omnino deseruit nos, inquit Charias, justitia, secundum Hesiodi sententiam; sed quamvis interdum aliquantisper connixerit in sceleribus hominum, in longum tempus ultionem protrahens, tamen in ejusmodi nefarios acrem iniecit oculum : quæ et de conscelerata Demianeta supplicium susmisit. Neque me quidquam latuit eorum, quæ dicta aut facta fuerunt, Thisbe mihi pro consuetudine, quæ illi mecum intercedebat, omnia narrante. Cum enim tibi exsiliu in-justum decretum attulisset, pater Infelix, horum quæ fecerat penitentia ductus in agrum quemdam et solitariam villam sese a consuetudine hominum abduxit et ibi degebat ætatem, suam animum exedens, ut ait poëta. Illam vero statim furia agitabant et majore cum furore te absentem amabat; neque luctum intermittebat unquam, quasi tuum casum deplorans, revera autem magis sortem suam : et Cnemon clamabat noctu et interdum, pusio inavissimè, animam suam te appellans : ut etiam notæ mulieres illam invisentes magnopere mirarentur eamque laudarent, quod noverca materno amore esset prædita et consolari et confirmare conarentur. Illa vero majus malum esse, quam ut consolatione leniri posset et alias ignorare quantus stimulus cor illius premeret dicebat.

XV. Cum vero ad se rediisset, multis modis Thisben accusabat, quod non commode sibi inserviisset : Quam ni-

νην, Ἡ σπουδαία περὶ τὰ δεινὰ, λέγουσα, ἢ πρὸς μὲν τὸν ἔρωτα μὴ συμπράξασα, ἐπὶ δὲ τὸ στερηθῆναι με τοῦ φιλάτου καὶ λόγου ταχίων ἀποδειγθεῖσα, μηδὲ μεταβουλεύσασθαι μοι συγχωρήσασα. Καὶ δὴλη παν-
 5 τοίως ἐγένετο κακὸν τι διαθήσουσα τὴν Θίσβην. Ἡ δὲ βαρμυνηϊῶσα δρῶσα καὶ πάντῃ λυπηθεῖσαν, ἐπι-
 βουλεύσαι πρόχειρον καὶ οὐχ ἥμισυ τῷ τε θυμῷ καὶ ἔρωτι περιμανῆ τυγάνουσαν, ἔγνω [προλαβεῖν καὶ]
 10 ριποιοῦσα· καὶ προσελθοῦσα, Τί ταῦτα, ὦ δέσποινα, ἔλεγε, τί μάτην ἔχεις ἐν αἰτία τὴν σὴν θεραπευμένην; ἐγὼ μὲν σοι πρὸς τὸ βούλημα τὸ σὸν αἰεὶ τε καὶ νῦν ὑπηρε-
 τησάμην. Εἰ δέ τι τῶν μὴ κατὰ γνώμην ἐκβέβηκεν, ἐκεῖνα μὲν τῇ τύχῃ λογιστέον, ἔτοιμος δ' (εἰμὶ),
 15 εἰ κελεύεις, ἐπινοεῖν τινα τῶν παρόντων λύσιν. Ἡ δὲ, Καὶ τίς ἂν εὐρεθείη, φιλάτῃ, ἔφη, τοῦ δυναμένου λῦσαι τὰ νῦν ἐκποδῶν γεγονότος καμὲ τῆς παρ' ἐλπίδας τῶν δικαζόντων φιλανθρωπίας ἀνελοσύσης. Εἰ γὰρ ἐβέβηκε τοῖς λίθοις, εἰ γὰρ ἀνήρητο, πάντως ἂν κά-
 20 μοὶ συντεθῆναι τὰ τοῦ πάθους. Τὸ γὰρ ἀπελπισθὲν ἄπαξ, ἐξήρηται τῆς ψυχῆς καὶ τὸ μηδαμῶθεν ἔτι προσδοκώμενον ἀπαλεγεῖν παρασκευάζει τοὺς κάμνοντας. Νῦν δ' ὄρῳ φαντάζομαι, παρόντος ἀκούειν ἀπατῶμαι, ὄνειδίζοντα τὴν ἄδικον ἐπιβουλήν αἰσχύνομαι συντεύ-
 25 ξασθαι. Ποτὲ δ' ἐπελθόντι καὶ ἀπολαύσειν, ἢ καὶ αὐτὴ παρ' ἐκεῖνον φοιτήσιν, ὅπου ποτ' ἂν ἦ γῆς, ὑποτίθε-
 μαί. Ταῦθ' ὑπεκαίει, ταῦτ' ἐκμαίνει· δίκαια μὲν, ὦ θεοί, πάσχω· τί γὰρ οὐ περιεῖπον ἄλλ' ἐπεθού-
 λευον; τί δ' οὐχ ἰκέτευον ἄλλ' ἐδίωκον; ἠρνήσατο τὴν
 30 πρώτην; ἀλλὰ προσηκόντως. Ἄλλεστρίαν μὲν ἄλλ' οὐκ ἔγωγε πατρῶαν εὐνήν ἠσχύνετο. Τυχὸν ἂν μετε-
 πείσθη χρόνῳ πρὸς τὸ ἡμερώτερον καὶ πειθοῖ μεταπλα-
 τώμενος. ἄλλ' ἢ θηριωδῆς ἐγὼ καὶ ἀνήμερος, ὥσπερ οὐκ ἔβρωσά τινας ἄλλ' ἄρχουσα, δεινὸν ὅτι μὴ ἐξ ἐπιτάγ-
 35 ματος ὑπήκουσεν ἐποιεσάμην καὶ εἰ τῆς Δημινέτης ὑπερεῖδε πολὺ τὴν ὥραν αὐτῆς ὑπερβάλλων. Ἄλλ' ὦ γλυκεῖα Θίσβη, τίνα λύσιν ὠνόμαζες βράδιαν; Ὡ δέ-
 σποινα, ἔφη, τοῖς πολλοῖς μὲν ὁ Κνήμων ὑπεξῆλθε τοῦ ἄστεος καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐξώρμησε τῇ κρίσει πειθόμενος,
 40 ἐμὲ δ' ἅπαντα διὰ σε πραγματευομένην οὐκ ἔλαθεν, αὐτοῦ ποῦ πρὸ τοῦ ἄστεος παρακρυπτόμενος. Ἀρσι-
 νόην ἀκούεις ποῦ πάντως τὴν αὐλητρίδα; ταύτη ἐκέ-
 χρητο. Μετὰ δὲ τὴν δυστυχίαν, ὑποδέχεται αὐτὸν ἢ μείραξ καὶ συναπαίρειν ἐπαγγελομένη, παρ' ἑαυτῇ
 45 κατέχει, κρυπτόμενον τέως, ἕως ἂν συσκευασθῆται. Καὶ ἡ Δημινέτη, Μαχαρία μὲν Ἀρσινόη, φησὶ, τῆς τε πρότερον πρὸς Κνήμωνα συνθηθείας, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ νυνὶ προσδοκωμένης ἐκδημίας. Ἄλλὰ τί ταῦτ' ἂν εἴη πρὸς ἡμᾶς; Μεγάλα, ἔφη, ὦ δέσποινα. Ἐρᾶν
 50 μὲν ἐγὼ προσποιήσομαι τοῦ Κνήμωνος, παρακαλέσω δὲ τὴν Ἀρσινόην, οὐσάν μοι πάλαι γνώριμον ἀπὸ τῆς τέχνης, εἰσαγαγεῖν με ὡς αὐτὸν νύκτωρ ἀνθ' αὐτῆς· ὅπερ εἰ γένοιτο, σὸν ἂν εἴη τὸ ἐντεῦθεν Ἀρσινόην εἶναι δοκεῖν καὶ φοιτᾶν παρ' αὐτὸν ὡς ἐκείνην. Με-

mium prompta et ad res atroces, inquiens, quæ in amore quidem me non adjuvisti, at ut carissimo privarer dicto citius effecisti, neque spatium mutandi consilii mihi concessisti : et prorsus manifesto præ se ferebat, quod esset illi mali aliquid molitura. Illa vero graviter indignantem videns et omnino mœrore perditam, paratamque ad insidias parandas, ira simul et amore insanientem, statuit illam antevenire, insidiis illi structis salutis suæ consulens ; et adiens eam, Quid est hoc, o domina, dicebat, cur frustra accusas famulam tuam? Ego quidem voluntati tuæ cum antea semper tum etiam nunc sum obsecuta : quod si aliquid non evenit ex animi sententia, illa sunt fortunæ adscribenda. Atqui et nunc, si jubes, in excogitando levamine præsentis mœroris, studium meum tibi non deerit. Quod autem, mea tu, inquit illa, reperiri possit, cum is qui hæc levare potuisset magno locorum intervallo a nobis disjunctus sit et me eorum qui judicabant insperata lenitas peremerit? Si enim lapidibus obrutus, si interfectus fuisset omnino et in me una extincta fuissent et mortua hæc cupiditatis incendia. Cujus enim spes abjecta semel est, tollitur ex animo et quod non amplius expectatur, efficit, ut ad omnem sensum doloris ægri animi occalescant. Nunc videre me illum videor, per errorem præsentem audire arbitrator, injustas insidias mihi exprobrantem alloqui erubescio. Interdum vero et adveniente fruituram esse me existimo et nonnunquam ipsa ad illum, ubi ubi terrarum sit, ire statuo. Hæc me inflammant, hæc ad furem adigunt. Justa quidem, o dii, patior : cur enim illum non benevolentia complectar, sed insidiis petebam? cur non supplex fui sed hostiliter sum persecuta? Non admisit primum et merito quidem, ut alienam. Cubile paternum reverebatur. Fortassis adductus fuisset, cum tempore tum persuasionibus in leniorem sententiam traductus. Sed ego fera et immanis, quasi non amarem quempiam, sed illi imperarem, crudele facinus, quod imperio non paruisset et quod Demænetam contempsisset, quam longe forma superabat, perpetravi. Ceterum, o mea Thisbe, quam levationem facilem nominasti? O domina, inquit, multorum opinione Cnemone ex urbe abiit et Attica regione judicio obtemperans excessit. Me vero non latuit, propter te enixe omnia inquiringentem, quod hic quodam in loco ante urbem occultetur. De Arsinœ fibicina audisti procul dubio : cum hac consueverat. Post calamitatem recipit eum puella et promittens se una emigraturum esse detinet domi suæ absconditum tandem, quoad sese ad iter accinxerit. Damæneta autem, O beatam, inquit, Arsinœn, tum propter priorem consuetudinem, quæ illi cum Cnemone intercessit, tum propter hoc exsilium, quod ipsi cum illo contigit. Sed hæc quid ad nos pertinent? Magnopere, o domina. Amare me ego Cnemone simulabo, rogaboque Arsinœn, jam pridem mihi notam ex arte, ut me introducat noctu ad eum, suum in locum. Quod si a me obtinebitur, tuum erit, ut te jam Arsinœn esse putes et tanquam illa ad eum ingrediaris. Curabo autem id quoque ut cum aliquantulum adhiberit cu-

λήσει δέ μοι καὶ ὑποβεβρεγμένον αὐτὸν κατακλῖναι
 παρασκευάσαι. Εἰ δὲ τῶνος, ὃν βούλει, μάλιστα
 μὲν εἰκὸς σχολάσειν τὸν ἔρωτα, πολλαῖς γὰρ κατὰ
 τὴν πρώτην πείραν ἔναπεσθέσθη τὰ τῆς ἐπιθυμίας·
 5 κὸρος γὰρ ἔρωτος τῶν ἔργων τὸ τέλος. Εἰ δ' ἔναπο-
 μείνειν, δὲ μὴ γένοιτο, δεύτερος ἔσται, φασί, πλοῦς καὶ
 ἑτέρα βουλὴ. Τὸ παρὸν τῶς θεραπεύομεν.

ΙΓ'. Ἐπῆναι ταῦθ' ἡ Δημαινέτη καὶ προστιθέναι
 τάχος τοῖς δευδογμένοις ἰκέτευεν. Ἡ δὲ μίαν ἡμέραν
 10 ἐνόσθηνα αὐτῇ πρὸς τὸ διανῦσαι ταῦτα παρὰ τῆς
 δεσποίνης αἰτήσασα, παρὰ μὲν τὴν Ἀρσινόην ἔλθοῦσα,
 Τελέδημον οἶσθα, ἔλεγε· τῆς δ' ὁμολογούσης, Ὑπό-
 δεξαι ἡμᾶς, ἔφη, τὸ τήμερον ὑπεσχόμην γὰρ αὐτῷ
 συγκαθευδήσειν· ἤξει δὲ πρότερος, ἐγὼ δὲ, ὅταν κατα-
 15 κλίνω τὴν δέσποιναν. Πρὸς δὲ τὸν Ἀρίστιππον εἰς
 ἀγρὸν διαδραμοῦσα, Ὡ δέσποτα, ἔλεγεν, ἤκω σοι
 κατήγορος ἐμαυτῆς καὶ χέγγησο δὲ τι βούλει. Τὸν
 παῖδα δ' ἐμὲ τὸ μέρος ἀπολώλεκα οὐχ ἔκοῦσαν μὲν
 20 ἀλλ' ὁμοῖς συναιτίαν γενομένην. Αἰσθόμενῃ γὰρ τὴν
 δέσποιναν οὐκ ὀρθῶς βιούσαν ἀλλ' εὐνήν τὴν σὴν ὑβρί-
 ζουσαν, αὐτὴ τε περὶ ἐμαυτῆς δέισασα μὴ ποτε κακὸν
 λάθοιμι, τὸ πρᾶγμα εἰδὶ ἄλλου φωραθείη καὶ ἐπὶ σοι πε-
 ριαλγῆσασα, εἰ οὕτω περιέπων τὴν συνοικοῦσαν τοιαῦτα
 ἀντιπάσχοις, αὐτὴ μὲν σοι προσαγγεῖλαι κατώκνησα,
 25 φράξω δὲ τῷ νέμῳ δεσπότη, νύκτωρ παρ' αὐτὸν ἔλθοῦσα,
 ὡς ἂν γνοίῃ μηδεὶς, καὶ ἔλεγον, ὡς μοιχὸς ἅμα τῇ
 δεσποίνῃ συγκαθεύδοι. Ὁ δὲ, (προῦλελύπητο γὰρ,
 ὡς οἶσθα, πρὸς αὐτῆς) ἔνδοσ εἶναι τότε με λέγειν τὸν
 μοιχὸν νομίσας, ὀργῆς ἀκατασχέτου πληρωθεὶς, ἀνε-
 30 λόμενος τὸ ἐγχειρίδιον, ἐμοῦ πολλὰ κατέχειν πειρωμέ-
 νης καὶ ὡς οὐδὲν εἶη τοιοῦτον ἐπὶ τοῦ παρόντος λεγού-
 σης, μικρὰ φροντίσας ἢ καὶ μεταβλέσθαι προσδοκή-
 σας, ἐπὶ τὸν θάλαμον ἐμμανῆς ἵεται καὶ τὰ λοιπὰ
 γινώσκει. Τὸ δὲ παρὸν ἐνεστὶ σοι βουλομένῃ πρὸς
 35 τὸν παῖδα καὶ εἰ φεύγει τὰ νῦν ἀπολογῆσασθαι καὶ
 παρὰ τῆς ἀμφοτέρους ὑμᾶς ἀδικούσης τιμωρίαν λαβεῖν.
 Ἐπιδείξω γὰρ σοι τήμερον ἅμα τῷ μοιχῷ τὴν Δημαι-
 νέτην ἐν οἰκίᾳ καὶ ταῦτ' ἀλλοτρίᾳ ἐκτὸς τοῦ ἄστεος
 κατακεκλιμένην. Εἰ γὰρ ταῦθ' οὕτως ἐπιδείξιας,
 40 φησὶν δ' Ἀρίστιππος, σοὶ μὲν ἐλευθερίας μισθὸς ἀπο-
 κείσεται, ἐγὼ δὲ τάχ' ἂν ἐπιθίωνν τὴν πολεμίαν
 ἀμυνόμενος. Ὡς πάλα γε σμύρομαι ἐμαυτῷ καὶ τὸ
 πρᾶγμα δι' ὑπόψιας ἔχων, ἀπορία τῶν ἐλέγχων ἡσύ-
 χαζον. Ἀλλὰ τί δεῖ ποιεῖν; ἢ δὲ, Τὸν κῆπον οἶσθα,
 45 ἔλεγεν, ἐνθα τὸ μνημα τῶν Ἐπικουρείων; ἐνταῦθ' εἰς
 ἑσπέραν ἔλθῶν περιμένε.

ΙΖ'. Καὶ ἅμ' εἰπούσα ἀπέτρεχε καὶ πρὸς τὴν
 Δημαινέτην ἔλθοῦσα, Κόσμηι, ἔφη, σαυτὴν, ἀβρότε-
 ρον ἔχουσαν ἤκειν προσήκει πάντα σοὶ τὰ ἐπηγγελ-
 50 μένα ἠντρέπισται. Ἡ δὲ περιεβαλέε τε καὶ ἐπραττεν
 ὡς ἐκέλευεν. Ἡδὲ δ' ἑσπέρας οὕσης, ἀναλαβοῦσα
 ἦγεν, οὗ συνετέτακτο. Ἐπεὶ δ' ἐπλησίαζον, τὴν μὲν
 ἐπιστῆναι μικρὸν ἐκέλευεν· αὐτὴ δὲ προλαβοῦσα παρε-
 κάλει τὴν Ἀρσινόην εἰς ἕτερον μεταστῆναι δωματίον

bitum eat. Si igitur adepta fueris id, quod cupis, maxime
 tum probabile est amorem tuum extinctum iri. Multis
 enim primo experimento extinctum est cupiditatis inen-
 dium. Amoris enim satietas oritur si voti compotes su-
 mus. Quod si tum quoque manserit, quod absit, secunda
 erit, ut aiunt, navigatio et aliud consilium. Interea cu-
 remus id, quod in praesentia licet.

XVI. Approbabat haec et collaudabat Demaneta et ut
 quamprimum aggrediretur ea, quae fuerunt constituta, ora-
 bat. Illa vero diem unum sibi ad haec peragenda concedi
 a domina cum postulasset, Arsinoen quidem conveniens:
 Teledemum nosti? dicebat. Hac vero annuente: Recipe
 nos, inquit, hodie: pollicita sum enim illi hanc noctem.
 Veniet autem prior, at ego subsequar, cum dominam cubi-
 tum deduxero. Ad Aristippum autem cum percurrisset in
 agrum, sic locuta est: Venio ad te, here, accusatrix mei
 ipsius et statuas in me poenam arbitrio tuo: filium partim
 per me amisisti, non quidem volentem sed tamen adjutricem.
 Cum enim sensissem, dominam haud recte vivere,
 sed cubili tuo injuriam inferre, tum mihi ipsi metuens, ne,
 si res per alium quempiam deprehensa fuisset, non effingerem
 malum; tum praecipue tuam vicem dolens, quod cum
 tanto amore conjugum tuam complectereris talem tamen
 ab illa referres gratiam: ipsa tibi nuntiavit verita, juveni
 hero indico, cum noctu ad illum venissem, ut nullus scire
 posset, et dicebam, quod adulter cum domina incestam
 consuetudinem haberet. At ille (erat enim ab illa, ut scis,
 antea exacerbatus) putans me tum adulterum intus esse
 dicere, ira vehementi incitatus, arrepto pugione, me
 quam maxime retinere cupientem, et quod tum nihil tale
 esset dicentem parum curans vel etiam poenitere iudicii et
 sententiam mutasse arbitratus, ad thalamum tanquam
 amens ibat: reliqua jam nosti. Nunc vero tibi licet, ut
 te de filio, quamvis in exsilio degat aetatem, in praesentia
 purges et de ea qua: utrumque vestrum injuria affecti, poe-
 nas sumas. Ostendam enim tibi hodie Demanetam cum
 adultero in domo, quod vel maxime indignitatem auget,
 aliena extra urbem cubantem. Si haec ita demonstraveris,
 inquit Aristippus, tibi quidem libertatis pretium persolve-
 tur: mihi vero tum forte vivere libebit ubi inimicam illam
 ultus fuero. Quamdiu ego jam angor animo: nihilominus
 tamen, etsi rem suspicabar, cum manifesta argumenta,
 quibus convincere possem, non habere, quiescebam.
 Sed quid faciendum est? Hortum scis, inquit, ubi est mo-
 numentum Epicureorum? Ibi me sub vesperam veniens
 opperito

XVII. Hoc elocuta recurrebat et ad Demanetam veniens,
 Adorna te, inquit: delicatius contam venire decet.
 Omnia, quae tibi a me promissa fuerunt, parata sunt. Illa
 autem amiciebat sese et faciebat ita, quemadmodum jusserat.
 Postea vero quatuor adventit vespera, secum assum-
 tam ducebat, ubi erat constitutum. Cumque jam prope
 accederent, eam quidem subsistere paululum jussit: ipsa
 vero antevertens, rogabat Arsinoen, in alteram ut emigra-

καὶ σχολὴν αὐτῇ παρασχεῖν. Ἐρυθριαὺν γὰρ, ἔφη, τὸ
 μαιράκιον, ἄρτι τῶν Ἀφροδίτης μουούμενον. Τῆς δὲ
 πειθεισῆς, ἐπανελθοῦσα παραλαμβάνει τὴν Δημαινέ-
 την καὶ εἰσαγαγοῦσα κατακλίνει τε καὶ τὸν λύχρον
 5 ἀφαιρεῖ, τοῦ μὴ γνωρισθῆναι αὐτὴν παρά σου δῆθεν
 τοῦ ἐν Αἰγίνῃ διάγοντος καὶ σιωπῶσαν πληροῦν τὴν
 ἐπιθυμίαν παρεγγυήσασα, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὸν νεανίαν
 ἄπειμι, φησὶ, καὶ ἤξω σοι φέρουσα. Πίνει δ' ἐνταῦθα
 10 ἐκ γειτόνων. Καὶ ὑπεξελοῦσα, τὸν μὲν Ἀρίστιππον
 ἐνθα προεῖρητο καταλαμβάνει καὶ δεσμεῖν ἐπιστάντα
 τὸν μοιχὸν ἤπειγεν. Ὁ δ' εἶπετο καὶ ἐπιστάς εἰστρέχει
 τ' εἰς τὸ δωμάτιον καὶ τὴν κλίνην πρὸς μικρὰν τῆς
 σελήνης αὐγὴν χαλεπῶς ἀνευρών, Ἔχω σε, εἶπεν, ὦ
 θεοὶς ἔχθρά. Καὶ ἡ Θίσβη παραχρῆμα, ταῦτα λέ-
 15 γοντος, τὰς τε θύρας ὡς ὅτι πλείστον ἐψόφησε καὶ Ὡ
 τῆς ἀτοπίας, διαδέδρακεν ἡμᾶς ὁ μοιχὸς, ἀνεβόησε·
 καὶ ὅρα δέσποτα, μὴ καὶ τὰ δεύτερα σφαλῆς. Ὁ δὲ,
 Θάρσει, ἔφη· τὴν ἀλιτήριον καὶ ἦν μάλιστα ἐβουλό-
 μην ἔχω. Καὶ συλλαβόμενος ἤγεν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν.
 20 Ἡ δ' ἅμα πάντα τὰ περιεστώτα, ὡς εἰκὸς, ἐνοήσασα,
 τὴν ἀποτυχίαν τῶν προσδοκηθέντων, τὴν ἐπὶ τοῖς
 παρῶσιν ἀτιμίαν, τὴν ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαν, ἀνω-
 μένη μὲν ἐφ' οἷς ἡλίσκετο, χαλεπαίνουσα δ' ἐφ' οἷς
 ἠπάτητο, ἐπειδὴ κατὰ τὸν βόθρον ἐγένετο τὸν ἐν
 25 Ἀκαδημίᾳ, (πάντως γινώσκεις ἐνθα τοῖς ἥρωσιν οἱ
 πολέμαργοι τὸ πάτριον ἐναγίζουσιν,) ἐνταῦθ' ἀθρόον
 τοῦ πρεσβύτου σπαράξασα τὰς χεῖρας ὡσεν ἑαυτὴν
 ἐπὶ κεφαλῇ. Καὶ ἡ μὲν ἔκειτο κακῇ κακῶς, ὁ δ'
 Ἀρίστιππος, ἔχω παρά σου καὶ πρὸ τῶν νόμων τὴν
 30 οἰκνῆν, εἰπὼν τότε, τῷ δῆμῳ πάντα εἰς τὴν ἐξῆς ἀνε-
 κοινούτο καὶ μόλις συγγνώμης τυχάν, τοὺς φίλους
 περιενόστει καὶ γνωρίμους εἰ πῆσιν κάθοδον λάβοι
 πρυτανευόμενος. Καὶ εἰ μὲν τὴν πέπρακτα τούτων οὐκ
 35 ἔχω λέγειν, ἔφθην γὰρ δεῦρο, ὡς ὄρας, κατὰ τι
 χρέος ἐμὸν ἴδιον ἐκπλεύσας. Πλὴν ἀλλὰ χρεὶ σε προσ-
 δοκᾶν, τὴν τε κάθοδον ἐπινεύσειν τὸν δῆμον καὶ τὸν
 πατέρα σου κατὰ ζήτησιν ἤξειν· τοῦτο γὰρ ἐπηγ-
 γέλλετο.

III. Ταῦτά μοι ὁ Χαρίας ἀπήγγειλε. Τὰ δ'
 40 ἐξῆς καὶ ὅπως δεῦρο ἀφικόμην, καὶ τίσι ποτὲ κεχρημέ-
 νος τύχαις, μακροτέρου δεῖται καὶ λόγου καὶ χρόνου.
 Καὶ ἅμα ἐδάκρυν. Ἐδάκρυν δὲ καὶ οἱ ξένοι· τὰ μὲν
 ἐκείνου πρόφασιν, μνήμη δὲ τῶν ἰδίων ἕκαστος.
 Καὶ οὐδ' ἂν ἐληξάν θρηνοῦντες, ὑφ' ἡδονῆς τῶν γόνων,
 45 εἰ μὴ τις ὕπνος ἐπιπτάς ἔπαυσε τῶν δακρύων. Καὶ
 οἱ μὲν οὕτως ἐκάθευδον. Ὁ δὲ Θύαμις (τοῦτο γὰρ
 ἦν ὄνομα τῷ λησαρῶν) τῆς νυκτὸς τὸ πλείστον ἠρε-
 μῆσας, ὑπὸ τινων ὄνειράτων πεπλανημένον τεταραγ-
 μένος ἀθρόον τὸν ὕπνον ἀποσεσύλητο καὶ τὴν ἐπιλυσιν
 50 διαπορῶν ἐπηγρύπνει τοῖς φροντισμασι. Καθ' ὃν γὰρ
 καιρὸν ἀλεκτροῦνης ἄδουσιν, εἴτε (ὡς λόγος) αἰσθησεί
 φυσικῇ, τῆς τοῦ ἡλίου καθ' ἡμᾶς περιστροφῆς ἐπὶ τὴν
 τοῦ θεοῦ πρόσρησιν κινούμενοι, εἴθ' ὑπὸ θερμότητος
 ἅμα καὶ τῆς περὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ σιτεῖσθαι θάπτων

ret domunculam et sibi quietem concederet. Erubescere
 enim ajebat adolescentulum, nuper Veneris rebus initia-
 tum. Hac vero sibi persuaderi facile passa, reversa adun-
 gebat sibi Demaënetam et cum introduxisset, deponit in
 lectum et candelam aufert, ne scilicet agnosceretur a te,
 qui id temporis in Ægina versabarís; cumque tacentem
 implere cupiditatem mandasset, Ego vero ad adolescen-
 tem, inquit, abeo et adducam tibi eum: in vicinia enim
 hic potat. Porro cum exiisset, Aristippum in eo loco qui
 commemoratus est deprehendit et ut veniens ligaret adul-
 terum incitabat. Ille autem subsequeretur et cum acces-
 sisset, incurrit in domunculam, lectoque vix ad exiguum
 lunæ splendorem invento, Habeo te, inquit, o diis invisā.
 Thisbe autem repente, hæc illo loquente, fores ut crepa-
 rent quam maxime potuit impulit et O rem inauditam, effu-
 git nobis adulter, exclamavit. Vide autem, here, ne ite-
 rum aberres. Ille vero, Esto fidenti animo, inquit, perdi-
 tam quam maxime volui habeo; comprehensamque ducebat
 in urbem. At illa, omnia quæ circumstant apud sese
 expendens, ut est verisimile, exspectionis suæ frustra-
 tionem, præsentem ignominiam, pœnam legibus constitu-
 tam, excrucians sese ob ea, in quibus deprehensa fuerat
 et indigne patiens quod decepta esset; cum ad puteum qui
 est in Academia pervenisset, (notus est tibi locus, ubi He-
 roibus duces more et instituto patrio parentant), repente
 divulsis senis manibus in caput se præcipitem dedit. Et
 illa quidem jacebat mala male. Aristippus autem, dedisti
 mihi pœnas etiam ante leges tum cum dixisset, postridie
 omnia populo exponebat et vixdum veniam consecutus
 amicos obibat quibus rationibus reditum tibi impetraret
 cum illis consultans. An autem sit peractum aliquid non
 possum dicere. Nam, ut vides, antequam aliquid fieret,
 privatæ cujusdam necessitatis causa huc navigavi. Verum-
 tamen sperare debes, populum ad tuum reditum consen-
 surum et patrem ad exquirendum te venturum esse; hoc
 enim profitebatur.

XVIII. Hæc ita mihi Charias nuntiavit. Quæ vero dein-
 ceptis consecuta sunt et quo modo huc veni et qua fortuna
 sum usus, longiore indigent cum oratione tum tempore: et
 simul collacrimavit. Flebant quoque hospites, prætextu
 quidem illius calamitatis, re ipsa autem quisque suorum
 casuum memoria: neque desiissent a ploratu præ voluptate
 fletus, nisi quodammodo somnus advolans, lacrimas sedas-
 set. Et hi quidem ita se somno dederunt. Thyamis vero
 (hoc enim erat nomen præfecto prædonum) cum maxima
 parte noctis placide quievisset, quibusdam visis somnio-
 rum errantibus deinde perturbatus, repente somno solutus
 est et in solvendis illi laborans invigilabat meditationibus.
 Quo enim tempore galli canunt, sive ut ferunt naturali sensu
 conversionis, qua sol nobis appropinquat, ad dei saluta-
 tionem commoti, sive præ caliditate et motus atque escæ
 vehèmenti appetitu, una habitantes sua denuntiatione ad

ἐπιθυμίας, τοὺς συνοικοῦντας ἰδίῳ κηρύγματι ἐπὶ ἔργον ἐγείροντες, ὄναρ αὐτῷ θεῖον ἔργεται τοῖόνδε. Κατὰ τὴν Μέμφιν μὲν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, [καί] τὸν νεῶν τῆς Ἰσιδος ἐπερχόμενος λαμπάδων πυρὶ [τὸν] θῖον ἐδόκει καταλάμπεσθαι· πεπληῆσθαι δὲ βωμῶν μὲν καὶ ἐσχάρας ζῶων παντοίων αἵματι διαβρόχους, προπύλαια δὲ καὶ περιδρόμους, ἀνθρώπων κρότου καὶ θορύβου συμμιγούς πάντα πληρούντων. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἐντὸς ἦκειν τῶν ἀνακτόρων, τὴν θεὸν ὑπαντῶσαν, ἐγγειρίζειν τε τὴν Χαρίκλειαν καὶ λέγειν, ὣς Θύαμι, τῆνδε σοι τὴν παρθένον ἐγὼ παραδίδωμι, σὺ δ' ἔχων οὐχ ἕξεις, ἀλλ' ἀδικος ἔση καὶ φονεύσεις τὴν ξένην· ἢ δ' οὐ φονευθήσεται. Ταῦθ' ὡς εἶδεν, ἀμηχάνως διῆγε, τῆδε κάκεισε τὸ δηλούμενον ὅ τι ποτ' ἐστὶν ἀναστρέφων. Ἦδη δ' ἀπειρηχῶς, ἔλκει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν τὴν ἐπίλυσιν. Τὸ μὲν γὰρ, ἕξεις καὶ οὐχ ἕξεις, γυναῖκα καὶ οὐκ ἔτι παρθένον ὑπετίθετο· τὸ δὲ, φονεύσεις, τὰς παρθενίους τρώσεις εἶκαζεν, ὑφ' ὧν οὐκ ἀποθανεῖσθαι τὴν Χαρίκλειαν.

20 Καὶ τὸ μὲν ὄναρ τοῦτον ἔφραζε τὸν τρόπον, οὕτως αὐτῷ τῆς ἐπιθυμίας ἐξηγουμένης.

ἸΘ'. Ἄμα δὲ τῆ ἔω, τοὺς τε πρώτους τῶν ὑφ' αὐτὸν ἦκειν ἐκέλευε καὶ λάφυρα, τὰ σκῦλα σεμνότερον ὀνομάζων, φέρειν εἰς μέσους ἐπέταττε. Καὶ τὸν Κνήμωνα ὡς αὐτὸν μετεπέμπετο, ἄγειν καὶ τοὺς φρουρούμενους ἐντειλόμενος. Ἐπεὶ δ' ἦγοντο, Τίς ἄρα τύχη διαδέξεται ἡμᾶς, ἐδόμων καὶ πολλὰ τὸν Κνήμωνα ἰκέτευον εἴ τι δύναιτο συμπράττειν. Ὁ δ' ἐπηγγέλλετο καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν προὔτρεπεν· οὐ παντάπασι βάρβαρον εἶναι τὰ ἦθη τὸν λήσταρχον ἐγγυώμενος ἀλλ' ἔχειν τι καὶ ἡμερον, γένος τ' ὄντα τῶν ἐπὶ δόξης καὶ πρὸς ἀνάγκης τὸν παρόντα βίον ἐλόμενον. Ἐπεὶ δ' ἤχθησαν, ἠθροιστο δὲ καὶ ὁ λοιπὸς ὄμιλος, ἐπὶ τινος ὑψηλοῦ προκαθίσας ἑαυτὸν ὁ Θύαμις καὶ τὴν νῆσον ἐκκλήσιαν ἀποφῆνας καὶ τὰ λεβηθίσματα φράζειν τὸν Κνήμωνα [καί] τοῖς αἰχμαλώτοις προστάξας, (συνίη γὰρ ἤδη τὰ Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Θύαμις οὐκ ἠκρίβου τὰ Ἑλλήνων) Ἄνδρες, ἔλεγε, συστρατιώται, τὴν ἐμὴν ἐπίστασθε γνώμην ὅταν αἰεὶ κέρρημαι πρὸς ὑμᾶς.

40 Ἐγὼ γὰρ, ὡς ἴστε, παῖς μὲν προφήτου τοῦ ἐν Μέμφει γεγονώς, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἱεροσύνης μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπαναχώρησιν, ἀδελφοῦ νεωτέρου ταύτην παρελομένου, ἐφ' ὑμᾶς τε καταφυγὼν, ἐφ' ᾧ γε τιμωρίαν μὲν λαβεῖν, τὴν τιμὴν δ' ἀπολαβεῖν καὶ τοῦ ἄρχειν ὑμῶν παρ' ὑμῶν ἀσπιθεῖς, εἰς τὴν δεῦρο διήγαγον, οὐδὲν τῶν πολλῶν ἐμαυτῷ πλέον ἀπονέμων· ἀλλ' εἴτε χρημάτων νέμησις, ἰσομοίριαν ἠγάπησα· εἴτ' αἰχμαλώτων διάπρασις, εἰς τὸ κοινὸν κατέβηκα· προσήκειν ἡγούμενος τὸν οὕτω δὴ καλῶς ἐξηγούμενον τῶν μὲν ἔργων πλείστον μετέχειν τῶν δὲ ποριζομένων τὸ ἴσον· τῶν δ' ἀλισχομένων τοὺς μὲν ἀνδράς ὑμῖν αὐτοῖς ἐγκαταλέγων, ὅσοι τι βίωμα σώματος ὠφελήσῃσι ἕμελλον, τοὺς δ' ἀσθενεστέρους ἀπεμπολῶν· γυναικῶν δ' ὕβρεις ἀπειράτος, τὰς μὲν εὖ γεγενηίας ἢ χρημάτων ἀφείξ,

operas excitantes: tale quoddam insomnium divinitus illi apparuit. Memphi in urbe sua, templum Isis ingrediens visus est sibi videre totum facibus accensis resplendescere; repletas vero esse omni genere animantium aras sanguine redundantes; vestibulum vero templi et circuitum, hominibus, strepitu et tumultu mixto omnia complentibus. Cum vero venisset in intimum templi adytum, deam obviam progressam, tradere sibi in manum Charicleam ac dicere: Thyami, hanc virginem tibi trado: verumtamen habens non habebis, sed iniquus eris et occides hospitem nec tamen illa occidetur. Hæc ut vidit,angebatur animo, huc atque illuc id quod erat significatum quonam modo esset intelligendum, volvens. Postremo jam defessus, ad suam sententiam trahit explicationem: hoc quidem, habebis et non habebis, uxorem scilicet non amplius virginem arbitratur. At id, occides, hymenem vulnerabis, significare conjectabat: unde non morituram esse Charicleam. Ac somnium quidem hac ratione interpretabatur, sic illi cupiditate ipsius exponente.

XIX. Quamprimum autem dies illuxit, præcipuos qui sub ejus potestate fuerant venire jubebat et prædium spoliurum nomine speciose appellans, in medium profertur imperabat et Cnemonem ad sese accersebat præcipiens ut eos, qui in custodia habebantur nos adduceret. Cum autem ducerentur, Quænam excipiet una fortunata, clamabant et vehementer Cnemonem orabant, ut si qua re posset eos adjuvaret. Ille vero pollicebatur et fidenti animo esse jubebat, non omnino barbarico ingenio esse præfectum affirmans sed habere aliquid mansuetudinis et comitatis utpote illustri genere natum et necessitate cogente tale genus vite secutum. Postea vero quam adducti sunt et reliqua turba frequens convenit, cum in editiore quodam loco ante alios consedisset Thyamis, insulam autem concloni designasset, et ea quæ dicturus esset Cnemonem captivis exponere jusset, (intelligebat enim jam Ægyptium sermonem, Thyamis autem non exacte noverat Græcum) Commilitones mei, dicebat, animum meum, quo semper erga vos fuerim, nostis. Ego enim, ut scitis, cum essem filius antistitis Memphitici, frustratus dignitate sacerdotii, eo quod frater minor natus post patris discessum eam mihi contra leges ademit, cum ad vos confugissem, ut injuriam ulcisci et pristinam dignitatem recuperare possem, munere imperandi mihi vestris suffragiis delato, hactenus vobiscum vitam egi, nihil mihi præ ceteris ex multitudine præcipui tribuens. Sed, seu pecunia distribuende fuerant, aequalitatem amavi; seu captivi divenditi, summam in medium attuli, judicans ejus qui præclare velit imperare munere esse, ut ipse plurimas res gerat, partorum cum aliis aequaliter sit particeps. Ex captis vero, viros quidem vobis adjudicabam semper, qui robore corporis usui erant futuri: imbecilliores divendebam. Injurie autem in mulieres prorsus sum expertus, cum ingenuas aut pecunia redemptas aut

 εἰπόντος καὶ βουλευθέντος, πρόφασιν μὲν αὐτῷ τὴν
 ἐμπειρίαν τῆς δυσχωρίας ἀναθέντος καὶ ἡγεμονεύειν
 τὴν ὁδὸν ἐπιτρέψαντος, πλεόν δὲ τὰσφαλὲς αὐτῷ περι-
 ποιῶντος καὶ καιρὸν τοῦ διαδρᾶναι προετοιμάζοντος.
 Ἐπεὶ δὲ προϊόντες ἐνέτυχον ποίμναις οἱ δὲ νομεύοντες
 25 ἀπέδρασαν καὶ πρὸς τὸ πυκνότερον τῆς ὕλης κατέδυσαν,
 κριὸν τινα τῶν ἡγουμένων καταθύσαντες, ἐπὶ τε τοῦ
 πυρὸς δὲ προητοιμαστο τοῖς νομεύσιν ἀφανήσαντες ἐνε-
 φοροῦντο τῶν κρεῶν, οὐδὲ τὴν ἀποκρῶσαν ὅπτησιν ἀνα-
 μείναντες, ἐπιγομένης ὑπὸ τοῦ λιμοῦ τῆς γαστροῦς.
 30 Ὅϊον οὐδ' ἄλλοι τινὲς ἢ ὄβρις ἐλάφυσσον τὰ οὕτω αἰεὶ
 τετμημένα καὶ πρὸς ὀλίγον τῷ πυρὶ μεμολυσμένα· τὰ
 δ' ἡμίopta ταῖς παρειαῖς ἐν τῇ βρώσει τοῦ αἵματος
 ἀπέσταζεν. Ὡς δ' ἐνεφορήθησαν γάλακτος ἐμπιόντες
 35 ὁδοῦ τῆς προκειμένης εἶχοντο. Καὶ ἦν μὲν ὥρα περὶ
 βουλυτὸν ἤδη, ἐπεὶ δὲ λόφον τιν' ἀνιόντων, ὑπὸ τοῦτον
 εἶναι τὴν κόμην ἔφραζεν ὁ Θέρμουθις, οὐπερ τὸν Θύα-
 μιν συνειλημμένον ἢ κατέχεσθαι ἢ ἀνηρῆσθαι εἶκαζεν,
 διεφθορέναι οἱ τὴν γαστέρα πρὸς τῆς ἀδδηφαγίας ἡτιᾶ-
 40 το καὶ ρύσκεισθαι χαλεπῶς ἐκ τοῦ γάλακτος ἔλεγεν ὁ
 Κνήμιων, προφθάνειν τε τὸν Θέρμουθιν παρεκελεύετο,
 αὐτὸς δ' ἐπικαταλήψεσθαι. Τοῦτο ποιῶν ἅπαξ μὲν
 καὶ δις καὶ τρίτον ἐπαληθεύσας ὤφθη καὶ καταλαμβά-
 νειν χαλεπῶς ἔλεγεν.

Κ'. Ὡς δ' εἰς ἔθος τὸν Λιγύπτιον ἐνεβίβασεν, ἔλαθε
 45 τὸ τελευταῖον ἐναπομείνας καὶ πρὸς τὰ χαλεπώτερα τοῦ
 ὁδοῦ κατὰ τοῦ πρανοῦς αὐτὸν ὡς εἶχε τάχους ἐπαφεῖς
 διεοδύρασκε. Καὶ ὁ μὲν, ἐπειδὴ πρὸς ταῖς ἀκρωρείαις
 ἐγένετο τοῦ ὄρους ἀνέπαυεν αὐτὸν ἐπὶ τινος πέτρας,
 ἐσπέραν τε καὶ νύκτα ἀναμένων, καδ' ἦν συνέκειτο
 50 αὐτοῖς ἤκουσιν εἰς τὴν κόμην τὰ περὶ τὸν Θύαμιν πο-
 λυπραγμονεῖν καὶ ἅμα καὶ τὸν Κνήμιωνα περισκοπῶν,
 εἰ πῆ ποτ' ἐπέλθοι βουλήν εἰς αὐτὸν ποιούμενος ἀτοπω-
 τέραν· οὐ γὰρ ἀνίει τῆς γνώμης τὸ εἰς αὐτὸν ὑποπτον
 ὡς ἀνελόντα τὴν Θίσιβην καὶ ὅπως ἂν [οἰ] ποτε δια-

munitiois causa contra incursum prædonum situm. Di-
 stare vero, transmisso lacu, stadiis propemodum centum :
 oportere autem, ut meridiem versus recta eant.

XIX. Difficulus quidem, respondit Theagenes, præser-
 tim propter Charicleam, quæ longioribus itineribus assueta
 non est, attamen ibimus, mendicos nos esse et eos, qui
 victus quærendi causa cum præstigiis quibusdam circum-
 vagentur, assimilantes. Hercle, inquit Cnemon, etenim
 estis nimis deformi et distorto aspectu, Chariclea præci-
 pue, utpote cui oculus nuper sit elisus, quare mihi vide-
 mini, tales cum sitis, non stipem frustra panis sed cultros
 et lebetes petitori. Ad hæc arrisit leviter et dicis causa,
 ita ut summa labra tantum risus percurreret. Jureju-
 rando vero firmatis iis quæ decreverant et quod nunquam
 spoute se essent deserturi, contestantes deos, nonsequen-
 tur ea, quæ constituta fuerant. Cnemon igitur et Ther-
 muthis, multo mane transmissio lacu, iter faciebant per den-
 sam quamdam silvam, transitu difficilem. Præcedebat
 autem Thermuthis, cum hoc Cnemon dixisset et voluisset,
 peritiam ejus in difficili itinere qua ille præditus esset,
 prætexens et illi provinciam monstrandæ viæ demandans,
 magis vero suæ securitati consulens et occasionem sibi ad
 effugiendum præparans. Cum autem longius progressi in
 armenta incidissent et ii qui pascebant ea diffugissent, den-
 sioresque silvæ partes subiissent, ariete quodam ex iis qui
 gregem præcedebant mactato et ad ignem a pastoribus
 præparatum torrefacto, carnes vorabant, neque exactam
 assationem exspectantes, ventre, quod fame stimuletur,
 properante. Tanquam igitur lupi quidam aut thoes, deg-
 lutiebant absque quælibet et paululum tantummodo igne
 denigrata, ita ut quædam adhuc semivista inter mandeu-
 dum sanguine stillarent. Postquam autem sese expleve-
 runt et lacte sitim restinxerunt, iter propositum tendebant :
 et jam ad vesperascebat, cum collem quemdam adscendissent,
 sub hoc situm esse pagum Thermuthis dicebat, atque ibi
 Thyamidem captum aut detineri in vinculis, aut interem-
 tum esse, conjectabat, affligi sibi ventrem ob nimiam re-
 pletionem causabatur et magno cum cruciatu ex lacte pro-
 fluere dicebat Cnemon. Atque Thermuthim, ut progre-
 deretur, orabat, se vero assecuturum esse. Hoc semel at-
 que iterum faciens et tertio, sincere agere visus est et dif-
 ficulter se illum assequi confirmabat.

XX. Postquam autem Ægyptium assuefecit, ad extre-
 mum mansit illo inscio et in densitatem profundiorum,
 quanta celeritate potuit, per declivem sese conjiciens pro-
 fugit. Et ille quidem cum in cacumen montis evasisset,
 requiescebat in quodam saxo, vesperam et noctem ope-
 riens, qua constituerant, cum venissent in pagum, Thya-
 midis statum explorare, simul et Cnemonem circumspici-
 ens, si forte superveniret, quiddam nefarium contra eum
 moliens. Neque enim relinquebat de illo conceptam animo
 suspicionem, quod Thisben interemisisset et quo pacto illum
 vicissim interficere posset cogitabat ac deinde ad aggredien-

γοήσαιο ἐνεόει, ἐπιθέσθαι τε μετὰ τοῦτον καὶ τοῖς
 περὶ τὸν Θεαγένην ἐλύττα. Ὡς δ' ὁ Κνήμων ἐξαινε-
 το οὐδαμοῦ, τῆς δὲ νυκτὸς ἐγίγνετο ἄωρι, πρὸς ὕπνον
 5 τραπεῖς δ' Ἑέρμουθις, χάλκεόν τινα καὶ πύματον ὕπνον
 ἐβλκυσεν, ἀσπίδος δῆγματι, μοιρῶν τάχα βουλήσει,
 πρὸς οὐκ ἀνάγκαστον τοῦ τρόπου τὸ τέλος καταστρέψας.
 Ὁ δὲ Κνήμων, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν κατέλιπε τὸν Ἑέρ-
 μουθιν, οὐ πρότερον ἀνέπαυσε τὴν φυγὴν, ἕως τὸ νυκτὸς
 10 ἐπελθὸν κνέφας ἐπέδησεν αὐτοῦ τὴν ὀρυμνὴν αὐτοῦ ὅ' οὐ
 κατέλιπετο αὐτὸν ἐγκρούσας καὶ τῆς φυλλάδος ὅσον
 πλείστον ἠβῶνατο ἐφ' αὐτὸν ἐπαμύσας. Ὑφ' ἧ κεί-
 μενος τὰ πολλὰ μὲν ἄυπνος ἐταλαιπωρεῖτο, πάντα καὶ
 κτύπον καὶ ἀνέμου ῥιπὴν καὶ φύλλου κίνησιν Ἑέρμου-
 θιν ἠγούμενος. Εἰ δέ που καὶ κατὰ μικρὸν ἐνικηθεῖη
 15 πρὸς ὕπνον φεύγειν ἐδόκει καὶ θαμὰ πρὸς τὰ κατόπι
 ὑπέστρεφε καὶ περιεσκόπει τὸν οὐδαμοῦ διώκοντα καὶ
 βουλόμενος καθυδεῖν ἀπηύχετο τοῦθ' ὁ ἐβούλετο, χα-
 λεπωτέροις ὄνειροις τῆς ἀληθείας ἐντυγχάνων. Πρὸς
 τε τὴν νύκτα καὶ χαλεπαίνειν ἐώκει μακροτέραν τῶν
 20 ἄλλων ὑποτιθέμενος. Ὡς δὲ καὶ ἡμέραν ἄσμενος εἶδε
 πρῶτα μὲν ἀποτέμνει τῆς κόμης τὸ περιττότερον καὶ ὅσον
 αὐτῆς εἰς τὸ ληστρικώτερον εἶδος παρά τοῖς βουκόλοις
 ἤσκητο, τοῦ μὴ ἀποτρόπαιος ἢ ὑποπτος εἶναι τοῖς ἐν-
 τυγχάνουσι. Ἄλλα τε γὰρ βουκόλοι πρὸς τὸ φεβροῦ-
 25 τερον φαίνεσθαι καὶ δὴ καὶ τὴν κόμην εἰς ὄρνυ ἐλκου-
 σι καὶ σοβοῦσι τῶν ὤμων ἐπιβαίνουσαν, εὔτοῦτ' εἰδότες,
 ὡς κόμη τοὺς μὲν ἐρωτικούς ἰλαρωτέρους τοὺς δὲ λη-
 στρικούς φεβρωτέρους ἀποδείκνυσι.

ΚΑ'. Ἀποτεμὼν οὖν ὁ Κνήμων ὅσον εἰκὸς ἦν ἑλατ-
 30 τον κομῆν τοῦ ληστρικοῦ τὸν ἀθρότερον, ἐπὶ τὴν Χέμμιν
 τὴν κώμην οὐ τῷ Θεαγένει συνετέτακτο ἐσπευδεν. Ἦδη
 δ' αὐτῷ πλησιάζοντι τῷ Νείῳ καὶ πρὸς τὴν Χέμμιν
 περαιοῦσθαι μέλλοντι προσβύτης τις ἀνὴρ ἐναλύων ταῖς
 35 χάλκαις ἐφάνη καὶ δόλιχόν τινα τῷ βέβρωι πολλάκις ἄνω
 καὶ κάτω παραλέων καὶ ὡσπερ τῷ ποταμῷ φροντίζων
 τινῶν κοινοῦμενος. Ἡ κόμη πρὸς τὸ ἱερώτερον καθεῖ-
 το καὶ ἀκριβῶς ἦν λευκὴ, τὸ γένειον λάσιον καὶ σε-
 μνότερον βαθυνόμενον, στολὴ καὶ ἐσθῆς ἡ ἄλλη πρὸς
 τὸ ἐλληνικώτερον βλέπουσα. Μικρὸν οὖν αὐτὸν ἐπι-
 40 στήσας ὁ Κνήμων, ὡς ἀντιπαρέθει πολλάκις ὁ προσβύ-
 της οὐδ' εἰ τις αὐτῷ πάρεστιν αἰσθάνεσθαι δοκῶν, (οὐ-
 τως ἄρ' ὅλος τῶν φροντισμάτων ἦν καὶ πρὸς μόνην
 τὴν σκέψιν ὁ νοῦς ἐσχολάζε) κατὰ πρόσωπον ὑπαντιά-
 45 σας, πρῶτα μὲν χαιρεῖν ἐκέλευε. Τοῦ δ' οὐ δύνασθαι
 φήσαντος ἐπειδὴ μὴ οὕτω συμβαίνειν αὐτῷ παρὰ τῆς
 τύχης, θαυμάσας ὁ Κνήμων, Ἑλληνας, εἶπεν ἡ ξένος ἢ
 πόθεν; ὁ δὲ, Οὐτ' Ἑλληνας οὔτε ξένος ἀλλ' ἐντεῦθεν
 Αἰγύπτιος. Πόθεν οὖν ἐλληνίζεις τὴν στολήν; Δυστυ-
 50 χήματα, ἔφη, τὸ λαμπρὸν με τοῦτο σχῆμα μετημύρι-
 σε. Τοῦ δὲ Κνήμωνος, εἰ φαίδρυνεται τις ἐπὶ συμφο-
 ραῖς θαυμάζοντος καὶ ταῦτα μαθεῖν ἀξιούντος, Ἰλιόθεν
 με φέρεις, ἀπεκρίνατο ὁ προσβύτης καὶ σμῆνος κακῶν
 καὶ τὸν ἐκ τούτων βόμβον ἄπειρον ἐπὶ σαυτὸν κινεῖς.
 Ἄλλὰ ποῖ δὴ πορεύῃ καὶ πόθεν, ὦ νεανίας; πῶς δὲ τὴν

dum Theagenem rabie quadam incitabatur. Cum vero
 Cnemon nusquam appareret et nox intempesta jam esset,
 in somnum versus Thermuthis, æncum quemdam et ulti-
 mum somnum dormivit, aspidis morsu, fatorum fortasse
 voluntate, non inconvenientem vitæ finem sortitus. At
 Cnemon, initio cum Thermuthin reliquisset, non prius
 fuglens gradum sislit, quam nocturnæ venientes tenebræ
 cohiberunt ejus impetum, eodemque loco, ubi nox illum
 occuparat, sese abscondit et foliorum quantum poterat su-
 pra se accumulavit: sub quibus jacens, magna ex parte
 insomnem ducens noctem excruciabatur, omnem strepitum
 et quamlibet auram ac foliorum motum Thermuthin
 esse existimans. Quod si quando vincebatur paullulum a
 somno, fugere se putabat et statim convertebat sese et cir-
 cumspiciebat a tergo eum, qui nusquam insequebatur:
 et dormire volens, aversabatur id quod volebat, in gra-
 viora somnia quam res ipsa erat incidens. Ad extremum
 nocti irasci videbatur, longiorem esse ceteris existimans.
 Ut autem diem summo desiderio vidit, primum præcidit
 ex comæ prolixitate tantum, quantum ad comparandam
 speciem prædonibus convenientem apud bubulos aluerat,
 ne illum obvii quique aversarentur, aut suspectum habe-
 rent. Cum alia enim prædones faciunt ut formidabiliores
 appareant, tum etiam comam in frontem cogunt et qua-
 titunt super humeros sparsam, non ignorantes, quod coma
 eos qui amor operam dant acceptiores, prædones autem
 terribiliores efficiat.

XXI. Cum igitur præcidisset Cnemon tantum comæ,
 quantum comtiori alere convenit minus prædone, ad Chem-
 min quemdam pagum, qui ad conveniendum cum Thea-
 gene constitutus fuerat, properabat. Jam vero Nilo appro-
 pinquant et ad Chemmin pagum transmissuro, senex
 quidam vir in ripa oberrans apparuit, diu sursum ad deum
 juxta alveum deambulans et tanquam cum fluvio
 cogitationes quasdam communicans: comam sacro quodam
 ritu promissam habuit, prorsus canam, mentum lirsutum,
 augustiore profunditate, pallium et reliquum vestitum,
 Græcum habitum representantem. Paullulum igitur co-
 hibuit sese Cnemon: sed cum sæpius prætercurreret senex,
 neque adesse quemquam sentire videretur, (adeo totus erat
 cogitationi intentus et mens soli meditationi vacabat) a
 fronte accedens, in primis illum salvere jubebat. Hoc
 vero, se non posse, dicente, quod non ita illi a fortuna
 accideret, admiratus Cnemon: An, inquit, Græcos, aut
 hospes, aut unde? Neque Græcos, neque hospes, sed hinc
 Aegyptius. Qui sit igitur, quod pallio Græcos imitaris?
 Calamitates, inquit, mihi hunc splendidum habitum alio
 vestitu commutarunt. Cnemone autem aliquem se ornare
 posse ob calamitates demirari et hæc cognoscere volente:
 Ex illo me fers, inquit senex, et malorum examen, atque
 ex his infinitum murmur erga te cominoves. Ceterum quo
 iter instituisti, unde vents, adolescens, quomodo Græce

φωνὴν Ἑλλήν ἐν Αἰγύπτῳ; Γελοῖον, ἔφη, γ' ὁ Κνήμων, τῶν γὰρ κατὰ σαυτὸν οὐδὲν ἐκδιδάξας πρότερος καὶ ταῦτα ἐρωτηθεὶς, τῶν ἐμῶν γυνῶσιν ἐπιζητεῖς. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, ἐπειδὴ Ἑλληνὶ ἔοικας ἀνδρὶ καὶ σέ τις ὡς εἴοικε μετασχηματίζει τύχη καὶ πάντως τὰ ἡμέτερα ποθεῖς ἀκούειν, (ὠδῶν δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς τινα ἐξειπεῖν, εἶπον ἂν τάχα καὶ τοῖσδε τοῖς καλάμοις κατὰ τὸν μῦθον, εἰ μὴ σοι προσέτυχον), ὄχθας μὲν Νεῖλου τάσδε καὶ Νεῖλον ἀπολιπόμεν· σὺ γὰρ ἤδη μακροτέρων διηγημάτων ἀκροατήριον, τόπος ἡλίου μεσημβρία φλεγόμενος, πρὸς δὲ τὴν κώμην ἦν ὄρθας ἀντικρὺ κειμένην, ἴωμεν, εἰ μὴ τί σε προὔργιαίτερον ἀπασχολεῖ. Ξενῶ δέ σε οὐκ ἐν ἑαυτοῦ ἀλλ' ἐν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ κάμῃ ὡς ἰκέτην ὑποδεξαμένον παρ' ᾧ γνώσῃ τε τὰ μὰ βουλόμενος, ἀναθήσει δ' ἐν μέρει τὰ κατὰ σαυτὸν. Ἴωμεν, ἔφη ὁ Κνήμων, καὶ γὰρ μοι καὶ ἄλλως ἢ πρὸς τὴν κώμην ὁδὸς σπουδάζεται ἀναμεῖναι τινας ἐν ταύτῃ τῶν ἐπιτηδείων συντεταγμένῳ.

ΚΒ'. Σκάφους οὖν ἐπιβάντες, (πολλὰ δὲ περὶ τὴν ὄχλην ἐσάλεινον εἰς χρεῖαν τοῦ διαπορθμεύειν ἐπὶ μισθῷ παρεσκευασμένα) περαιοῦνται πρὸς τὴν κώμην, εἰς τε τὴν καταγωγὴν ἀφικνοῦνται, οὗ κατέλυεν ὁ πρεσβύτερος καὶ τὸν μὲν τοῦ οἴκου δεσπότην οὐ καταλαμβάνουσιν, ὑποδέχονται δ' αὐτοὺς προθυμότατα θυγάτηρ τε τοῦ ἐστιάτορος ἡδὴ γάμου ὥραία, θεραπευαίνουσα θ' ὅσαι κατὰ τὴν οἰκίαν, αἱ τὸν ξένον ἴσα καὶ πατέρα ἦγον, οὕτως, οἶμαι, πρὸς τοῦ κεκτημένου διατεταγμένον. Καὶ ἡ μὲν τις ἀπένιζε τὸ πόδε, καὶ τῆς κόνεως ἡλευθέρου τὰ ὑπὸ κνήμην, ἡ δ' ἐφρόντιζε τῆς εὐνῆς καὶ μαλακὴν ἠυτρέπιζε τὴν κατάκλισιν· ἑτέρα κάλπην ἔφερε καὶ πῦρ ἀνέκαιε καὶ ἄλλη τράπεζαν εἰσεφέρειτο ἄρτου τε πυρίνου καὶ ὥραιων παντοίων βρίθουσαν. Ὁ δὲ Κνήμων θαυμάσας, Ἄλλ' ἦ Ξενίου Διός, ὡς εἴοικεν, εἰς αὐλὰς ἤκομεν, ὦ πάτερ, οὕτως ἀπροφάσιτος ἡ 35 θεραπευαία καὶ πολὺ τὸ εὐνοῦσιν τῆς γνώμης ἐμφαίνουσα. Οὐκ εἰς Διός, ἔφη, ἀλλ' εἰς ἀνδρὸς Δία τὸν Ξένιον καὶ Ἰκέσιον ἀκριβοῦντος. Βίος γὰρ, ὦ παῖ, κάκεινῳ πλάνος καὶ ἔμπορος καὶ πολλαὶ μὲν πόλεις, πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἦθη τε καὶ νοῦς εἰς πείραν ἤκουσιν· ὅθεν, ὡς τὸ εἶδος, ἄλλους τε κάμῃ οὐ πρὸ πολλῶν τῶνδ' ἡμερῶν ἀλύοντα καὶ πλανώμενον, διορόφιον ἐποίησατο. Καὶ τίς ἦν ἡ πλάνη, ὦ πάτερ, ἡ λέγεις; Παίδων, ἔφη, πρὸς ληστῶν ἀφαιρηθεὶς καὶ τοὺς μὲν ἀδικούντας γιγνώσκων, ἐπαμύναί δ' οὐκ ἔχων, εἰλοῦμαι περὶ τὸν τόπον 40 καὶ θρήνοις παραπέμπω τὸ πάθος, ὅσπερ, οἶμαι, τίς ὄρνις ὄφεις αὐτῇ τὴν καλιὰν πορθοῦντος, ἐν ὀφθαλμοῖς τε τὴν γονὴν θοινομένου, προσελθεῖν μὲν ὄκνει φεύγειν δ' οὐ φέρει, πόθος γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ πάθος ἀνταγωνίζεται· τετριγυῖα δὲ περιποτάται τὴν πολιορκίαν, εἰς ὧτα ἀνήμερα καὶ οἷς ἔλεον οὐκ ἐγνώρισεν ἢ φύσις ἀνήνυτον ἰκετηρίαν τὸν μητρώον εἰσάγουσα θρήνον. Ἄρ' οὖν ἂν ἐθέλοις, ἔφη ὁ Κνήμων, καὶ ὅπως καὶ πότε τὸν βαρὺν τοῦτον ὑπέστης πόλεμον, ἐξειπεῖν. Εἰσαῦθις, ἔφη, 50 νῦν δ' ὥρα καὶ τὴν γαστέρα θεραπεύειν. Καὶ ἐς τὰδ'

loqueris in Ægypto? Rem, inquit Cnemon, ridiculam postulas. Cum enim nihil de tuis rationibus mihi dixeris, præsertim prius interrogatus, mearum rerum cognitionem expetis. Quum adeo, inquit ille, videaris esse Græcus et quædam te quoque, ut apparet, fortuna in aliam figuram transformat et omnino desiderio audiendi rationes nostras tencaris (atque jamdiu vehementer cupio aliquibus exponere et fortasse huic arundini exposuissem, juxta fabulam, nisi in te incidissem), ripas has Nili et ipsum Nilum relinquamus : neque enim est idonea longioribus narrationibus extremis ripæ, locus meridionali ardori solis expositus, ad pagum vero, quem videmus ex adverso situm, pergamus, nisi te forte negotium magis arduum avocet. Ibi te hospitio excipiam, non in mea domo, sed in viri boni, qui et me ut supplicem recepit, apud quem meas rationes, si volueris, cognoscas et vicissim tuas mecum communicabis. Eamus, inquit Cnemon, nam alioquin iter ad hunc pagum habeo, ut qui quosdam necessarios hic expectare debeam.

XXII. Conscendentes igitur navigium, (multa autem ad ripam fluctuabant, ad usum transvectionis pro mercede parata) transmittunt in pagum et in ædes in quibus diversabatur hospes perveniunt. Ac patremfamilias quidem non deprehendunt, excipiunt autem eos summo studio filia herilis jam nubilis et reliquæ ancillæ quotquot domi erant, quæ hospitem colebant patris loco. Sic enim, ut opinor, erat a domino imperatum. Et hæc quidem lavabat pedes, et pulverem abstergebat sub tibia, alia lectum curabat et mollem præparabat accenbitum, alia urnam ferebat et ignem accendebat, alia mensam inferebat, panibus triticeis et fructibus variis refertam. Quod Cnemon miratus, Fortasse, inquit, in domicilia Jovis Hospitalis venimus, pater; adeo sedula colimur observantia et singularem animi benevolentiam declarante. Non in Jovis, inquit, sed in ejus viri, qui Jovem Hospitalem et supplicem patronum, exacte colit. Vitam enim, fili, ille quoque in peregrinationibus et mercatu agit, multæque urbes et multarum gentium mores ac studia sunt illi nota. Quam ob causam, ut est consentaneum, cum alios, tum me quoque, non multos ante dies errantem et vagabundum tecto recepit. Quisnam autem erat error, pater, quem narras? Liberis, inquit, a latronibus privatus, et maleficus noscens, sed ulcisci non valens, versor in hoc loco et luctu dolorem prosequor, non secus atque avis, cum iktius nidum draco populatur, et præ oculis sobolem vorat, accedere quidem reformidat, fingere autem non potest : amor enim in ipsa repugnat ac dolor : sed stridens circumvolat obsidionis calamitatem, in aures immanes et quas natura misericordiam non docuit, nequidquam maternum et supplicem luctum ingerens. Velis igitur, Cnemon inquit, quomodo et quando grave hoc bellum sustinuisti, enarrare. Postea, inquit, nunc vero tempus est, ut etiam ventrem curemus. Ad hoc respiciens

ἀποσκοπῶν Ὀμηρος, [καί] ὡς πάντα δεύτερα αὐτῆς ποιεῖται, θαυμασίως οὐλομένην ὀνόμασεν. Ἄλλὰ πρῶτον ἡμῖν, ὡς νόμος Αἰγυπτίων σοφοῖς, ἐσπέισθω τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς. Οὐ γὰρ δὴ με καὶ τοῦτο υπερβή-
5 ναι πείσει, μὴ οὕτω ποτὲ πάθος ἰσχύσειεν, ὡς μνήμην τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκπλήξαι.

ΚΙ'. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἀπέχει τῆς φιάλης ἄκρατον τὸ ὕδωρ (τοῦτο γὰρ ἔπινε), καί, σπένδωμεν, ἔλεγε, θεοῖς ἐγχυρίοις τε καὶ Ἑλληνοῖς καὶ αὐτῶ γ' Ἀπολ-
10 λωνι Πυθίῳ, καὶ προσέτι Θεαγένει καὶ Χαρικλείᾳ, τοῖς καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς, ἐπειδὴ καὶ τούτους εἰς θεοὺς ἀναγράφω. Καὶ ἄμ' ἐδάκρυσεν, ὡς περ ἑτέραν αὐ- τοῖς σπονδὴν ἐπιφέρειον τοὺς θρήνους. Ἐπλάγη πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν ὀνομάτων ὁ Κνήμιων ἄνω τε καὶ
15 κάτω τὸν πρεσβύτερον ἐπιθεωρήσας, Τί λέγεις, ἔφη, παῖδες εἰσί σοι τῶ ὄντι Θεαγένης καὶ Χαρίκλεια; Παῖδες, εἶπεν, ὧ ἕξέε ἀμύητορες ἔμοι γεγονότες· τύχη γάρ μου θεοὶ τούτους ἀνέδειξαν καὶ ἀπέτεκον αἱ ψυχῆς ὀδῖνες καὶ φύσις ἢ διάθεσις ἐπ' αὐτοῖς ἐνομίση καὶ
20 πατέρα με ἀπὸ ταύτης ἐκείνοι καὶ ἐνόμισαν καὶ ὀνόμασαν. Ἄλλὰ σὺ δὴ πόθεν, εἶπέ μοι, τούτους ἐγνώρισας; Οὐκ ἐγνώρισα μόνον, ἔφη ὁ Κνήμιων, ἀλλὰ καὶ σὺ ζῆσθαί σοι αὐτοὺς εὐαγγελίζομαι. Ἀπολλων, ἔφη ἀναθῆσας, καὶ θεοὶ, καὶ πῶ γῆς οὗτοι δείκνυε· σωτήρᾳ
25 σε καὶ θεοῖς ἰσοστάσιον ἠγήσομαι. Μισθὸς δέ μοι τίς ἔσται; ἔφη. Τὸ μὲν παρὸν, ἦδ' ὅς, εὐχαριστία. Ξεῖνον δ' οἶμαι τὸ κάλλιστον ἀνδρὶ νῦν ἔχοντι. Καὶ οἶδα πολλοὺς ὡς ἠσαυρὸν τῇ ψυχῇ παραθεμένους τὸ δῶρον. Εἰ δέ καὶ τῆς ἐνεγκούσης ἐπιβαίημεν, (ἔσεσθαι
30 δέ μοι τοῦτ' οὐκ εἰς μακρὰν οἱ θεοὶ προσημαίνουσιν), ἀρύσῃ πλοῦτον ὅσον ἂν δύναιο πλείστον. Μέλλοντα, εἶπε, καὶ ἀθλα κατεγυῆς, ἐξὸν ἐκ τῶν παρόντων ἀμειβεσθαι. ΞΕΝ. Ἀπάγγελλε, εἰ τι παρὸν ὄρᾳς, ὡς ἔτοιμος ἐγὼ καὶ μέρος τι προέσθαι τοῦ σώματος.
35 ΚΝΗΜ. Οὐδὲν δεῖ μέλος ἀκρωτηριάζειν ἀλλ' ἅπαν ἔργον ἠγήσομαι, εἰ τούτους ὀθόθεν εἰσὶν καὶ ἐκ τίνων φύντες καὶ πῶς δεῦρο ἀφιγμένοι καὶ ποίας χειρημένοι τύχαις, βουλευθείης ἐξαγορεύσαι. Ἐξεις, ἀπεκρίνατο, τὸν μισθὸν μέγαν τινὰ καὶ οὐχ οἷον ἄλλον, οὐδ' εἰ τὰ
40 ἐξ ἀνθρώπων χρήματα αἰτῶν ἐτύγχανες. Ἄλλὰ τὸ παρὸν τροφῆς ὀλίγον ἀπογευόμεθα, μακροτέρως γὰρ δεήσει σοὶ τε τῆς ἀχροάσεως, ἔμοι τε τῆς ἀφηγήσεως. Ἐντραγόντες οὖν τῶν τε καρῶν καὶ σύκων, ἀρτιδρεπῶν τε φοινίκων καὶ ἄλλων δὴ τοιούτων, ἀφ' ὧν ἐξ
45 ἔθους ὁ πρεσβύτερος εἰσιτέτο, (ψυχῆς γὰρ διὰ βρώσιν οὐδὲ ἐν ἀφρηίτῳ) ἐπετρόφουν ὁ μὲν τοῦ ὕδατος, ὁ δὲ καὶ οἶνον ὁ Κνήμιων, ὅς γε καὶ μικρὸν διαλιπὼν, Ὁ Διόνυσος εἶπεν, οἶσθα, ὧ πάτερ, ὡς χαίρει μύθοις καὶ κωμωδίας φιλεῖ. Κάμει δὲ οὖν τὰ νῦν εἰσωκισμέ-
50 νος, ἀνίστη πρὸς τὴν ἀχροάσιν, τὸν τ' ἐπηγγεμένον πρὸς σοῦ μισθὸν ἀπαιτεῖν ἐπέειγε καὶ ὄρα σοὶ τὸ ὄραμα καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς τῇ λόγῳ διασκευάζειν. Ἀκούοις ἂν, ἔφη. Ἄλλ' εἶθε γε καὶ τὸν χρηστὸν Ναυσικλέα παρ- εῖναι ἡμῖν συνέβαινε, ὃν πολλάκις γε δι' ὄγλου γιγνώ-

Homerus, quod ipso omnia minoris ducat, præclare pernici- osum eum appellavit. Sed primum a nobis, pro Ægyptiorum sapientum disciplina, libetur diis immortalibus. Neque enim me quidquam adducet, ut hoc violem, nec unquam tantum dolor invalescet, ut memoriam numinis ex animo excutiat meo/

XXIII. Hæc locutus, effundebat ex phiala meram aquam, (hanc enim bibere solebat), et, libemus, dicebat, diis hujus terræ et Græcis et ipsi Apollini Delphico, atque insuper Theageni et Charicleæ, bonis et honestis, siquidem et hos in deorum numerum refero. Simulque collacrimavit, tanquam aliam libationem illis præterea faciens mœrenti fletu. Obstupuit auditis his nominibus Cnemon et undiquaque senem oculis lustrans, Quid dicis? inquit, tuine sunt revera liberi Theagenes et Chariclea? Liberi, dixit hospes, qui mihi absque matre nati sunt, casu enim meos filios dii eos designarunt et ediderunt animi dolores, et affectio animi erga illos a me pro natura habita est: ex qua illi me quoque patrem et putarunt esse et nominarunt. Ceterum dic mihi, unde tu illos noris? Non tantum novi, inquit Cnemon, sed etiam illos esse salvos et incolumes tibi nuntio. O Apollo, inquit exclamans, diique ceteri, nbinam terrarum sint isti, ostende. Servatorem te meum, ac diis lipsis æqualem esse ducam. Præmium autem, inquit, quodnam erit? In præsentia quidem, ait ille, gratitudo, viro sapienti pulcherrimum munus. Multosque novi, qui hoc donum tanquam thesaurum in animo reposuerunt. Quod si in patriam venerimus, quod futurum esse brevi dii mihi prænuntiant, hauries opes quam maximas. Futura, inquit, et incerta promittis, cum liceat ex præsentia copia remunerari. Indica, si quid in præsentia vides, nam ego sum paratus vel partem aliquam corporis amittere. Nihil opus est ut membro te quodam mutilis, sed omnia me habere, existimabo, si de his mihi, unde sint et quibus parentibus nati et qua fortuna usi, enerrare non recenses. Habebis, respondit, præmium quoddam magnum et cui nullum aliud comparari posset, etiamsi opes omnium hominum postulasses. Sed nunc cibi aliquid capiamus. Ad hanc enim rem longiori tempore utrique nostrum et tibi ad audiendum et mihi ad narrandum, opus erit. Cum igitur comedissent nuces et ficus et recens decerptas palmulas et alia id genus, quibus vesci senex consueverat, (anima enim nihil unquam escæ gratia privabat) sorbebant quoque, is quidem aquam, Cnemon autem et vinum. Atque hic parvo spatio temporis intermisso, Bacchus, inquit, quam gaudet confabulationibus et carminibus convivalibus, non ignoras pater. Quare nunc quoque, cum me sibi vindicavit, ut aveam aliquid audire incitat et ad repetendum præmium a te mihi promissum impellit et tempus est, ut jam fabulam hanc tanquam in scena, ut dicitur, instruas. Audies, inquit, atque utinam contigisset, ut frugi Nausi-

μενον μυθηθῆναι τὴν ἀφήγησιν ἄλλως ἄλλοτε διεκρου-
σάμεν.

ΚΔ'. Ποῦ δ' ἂν εἴη τὰ νῦν, ἡρώτα δὲ Κνήμιον, ὡς
τοῦνομα τοῦ Νausικλέους ἐπέγνον. Ἐπ' ἄγραν, ἔφη,
5 πεπόρευται. Τοῦ δὲ ὁποῖαν, πάλιν ἐρομένου, Θη-
ρίων, ἔφη, τῶν χαλεπωτάτων, οἱ καλοῦνται μὲν ἄνθρω-
ποι καὶ βουκόλοι, λησται δ' εἰσὶ τὸν βίον καὶ δυσά-
λωτοι παντάπασιν, ὅσα φωλεοῖς καὶ σήραγγι τῶ ἐλει
χρῶμενοι. Ἐγκαλεῖ δ' αὐτοῖς τίνα αἰτίαν; Ἀττικῆς,
10 ἔφη, ἐρωμένης ἀρπαγῆν, ἣν Θίσβην ἐκεῖνος ὠνόμαζε.
Φεῦ, εἶπεν ὁ Κνήμιον καὶ ἀθρόον ἐσιώπησεν, ὥσπερ
αὐτοῦ λαθόμενος. Τοῦδε προσθύτου, τί πέπονθεν; ἐρο-
μένου, πρὸς ἄλλα ὁ Κνήμιον ἀπάγων, Θαυμαζῶ, ἔφη,
πῶς ἡ τίνι χειρὶ πεποιοῦς ἐνεθυμήθη τὴν ἐφοδον. Καί
15 ὅς, Βασιλεῖ, ἔφη, ξένε, τῶ μεγάλῳ σατραπεύει τὴν
Αἴγυπτον Ὀροονδάτης, οὗ κατὰ πρόσταγμα φρούραρ-
χος Μιτράνης τήνδε κεκλήρωται τὴν κώμην. Τοῦτον
δὲ ὁ Νausικλῆς ἐπὶ χρήμασι μεγάλοις ἄγει σὺν ἵππῳ
καὶ ἀσπίδι πολλῇ. Χαλεπαίνει δὲ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς
20 Ἀττικῆς κόρης οὐχ ὡς ἐρωμένης μόνον καὶ μουσουργίαν
ἀρίστης, ἀλλ' ὅτι αὐτὴν καὶ βασιλεῖ τῶν Αἰθίοπων
ἀπάξει ἐμελλεν, ὡς αὐτὸς ἔφασκε, γαμετῇ τῇ ἐκεί-
νου συμπαιίστριαν καὶ συνόμιλον τὰ Ἑλλήνων ἐσομέ-
νην. Ὡς οὖν μεγάλων καὶ πολλῶν τῶν ἐπ' αὐτῇ
25 προσδοκωμένων χρημάτων ἐστερημένος πᾶσαν ἐγείρει
καὶ κινεῖ μηχανήν. Ἐπέρωσά τε καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν
πρόξιν, εἰ πῃ ἄρα καὶ τοὺς παῖδάς μοι περισώσειεν,
ἐνθιμούμενος. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Κνήμιον, Ἄλις,
ἔφη, βουκόλων καὶ σατραπῶν καὶ βασιλείων αὐτῶν,
30 ἔλαθες γάρ με μικρὸν καὶ εἰς πέρας τῶ λόγῳ διαβιβά-
ζεις. Ἐπεισόδιον δὲ τοῦτο, οὐδὲν, φασί, πρὸς τὸν
Διόνυσον ἐπεισακυλήσας· ὅστ' ἐπάναγε τὸν λόγον πρὸς
τὴν ὑπόσχεσιν. Εὐρύχα γάρ σε κατὰ τὸν Πρωτέα
τὸν Φάριον, οὐκ αὐτὸν τρεπόμενον εἰς ψευδομένην καὶ
35 βέουσαν ὄψιν ἀλλ' ἐμὲ παραφέρειν πειρώμενον. Μνη-
θάνοις ἂν, ἔφη ὁ προσθύτης. Διηγήσομαι δέ σοι τὰ-
μαυτοῦ πρότερον ἐπιτεμὼν, οὐ σοφιστεύων, ὡς αὐτὸς
οἶει, τὴν ἀφήγησιν, ἀλλ' εὐτακτὸν σοι καὶ προσεχῆ τῶν
ἐξῆς παρασκευάζων τὴν ἀκρόασιν. Ἐμοὶ πόλις Μέμ-
40 φισ, πατὴρ δὲ καὶ ὄνομα Καλάσιρις, βίος δὲ νῦν μὲν
ἀλλήτης, πρότερον δ' οὐ πάλοι προφήτης. Ἐγένετο
μοι καὶ γυνὴ νόμῳ τῆς πόλεως καὶ ἀπεγένετο θεσμῶ
τῆς φύσεως. Ταύτης εἰς τὴν ἐτέραν λήξιν ἀναλυθεί-
σης, χρόνον μὲν τίνα διήγον ἀπαθῆς κακῶν, ἐπὶ παισὶ
45 δύο τοῖς ἐξ αὐτῆς ἀβρυνόμενος. Οὐ πολλοῖς δ' ὕστερον
ἔτεσιν, οὐρανία φωστήρων εἰμαρμένη περίοδος τρέπει
τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ ὄμμα Κρόνιον εἰς τὸν οἶκον ἐνέσκηψε,
τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐπάγον μεταβολῆν, ἣν ἐμοὶ σοφία
προῦφηγε μὲν, διαδρᾶνα δ' οὐκ ἔδωκε. Τοὺς γὰρ μοι-
50 ρῶν ἀτρέπτους ὄρους προῖδειν μὲν δυνατὸν, ἐκφεύγειν
δ' οὐκ ἐφικτόν. Κέρδος δ' ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ πρό-
γνωσις, ἀμβλύνοσα τοῦ δεινοῦ τὸ φλεγμαῖνον. Συμ-
φορᾶς γάρ, ὦ παῖ, τὸ μὲν ἀπροσδόκητον ἀφόρητον, τὸ
δὲ προεγνωσμένον, οἰστότερον. Τὸ μὲν γὰρ ἡ διά-

cles nobiscum una esset, quem sæpius flagitantem, ut a
me initiaretur hac narratione, alias aliter differendo elusi.

XXIV. Ubi autem tum esset, interrogabat Cnemon,
postquam nomen Nausiclis agnovit. Ad venationem, in-
quit, profectus est. Qualem, iterum quærente : Fera-
rum, inquit, immanium, quæ vocantur quidem homines
et bubulci, ceterum latrociniiis exercendis vitam agunt et
difficulter circumveniri possunt, tanquam lustris et caver-
nis palude utentes. Cujus autem criminis illos reos facit?
Atticæ, inquit, amicæ raptus, quam Thisben ille nomina-
bat. Papæ, dixit Cnemon, atque illico conticuit, veluti
sese reprimens. Sene vero, quid illi accidisset, percun-
ctante, ad alia Cnemon eum abduccens, Demiror, inquit,
qui, aut quibus copiis confisus, illos aggredi in animum
induxerit. At ille, A rege magno, inquit, satrapa Ægypti
Oroondates est constitutus, cujus jussu, præfectus excu-
biarum Mitranes sortitus est hunc pagum. Hunc Nausi-
cles magna summa pecuniæ conductum, ducit cum equi-
tibus et peditibus multis. Moleste autem fert ereptionem
Atticæ puellæ, ut non tantum amicæ et egregie canentis
fidibus, sed multo magis, quod eam ad regem Æthiopum
secum abducturus fuerat, quemadmodum ipse dicebat,
uxori illius in lusum sociam, et familiarem Græcorum more
futuram. Tanquam igitur ingenti pecunia, quam pro illa
exspectabat, privatus, omnem ad eam rem comparat et
adhibet machinam. Auctor etiam ipse fui et hortator illi
ad eam rem aggrediendam; fieri posse, ut alicubi liberos
meos repertos mihi servaret, cogitans. Excipiens autem
Cnemon, Satis est, inquit, jam bubulcorum et satraparum
et regum ipsorum. Parum enim aberat, quin me non
advertentem animum prorsus aliorum sermone traduceres.
Appendicem hanc nihil, ut aiunt, ad Bacchum annexuisti.
Quare reduces orationem ad id, quod a te promissum est.
Inveni enim te quasi Proteum Pharium, non quidem in
commentitiam et fluxam speciem verti sed me abducere a
proposito conari. Cognosces, inquit senex. Exponam
autem initio meas res breviter, non solum tibi faciens in
narratione, ut tu existimas, sed distinctam et coherentem
cum iis, quæ sequentur, tibi præparans orationem. Mihi
est urbs Memphis patria, pater autem et cognomen Cala-
siris, porro genere vitæ nunc erro, non multo autem ante
antistes fueram. Habui autem et uxorem urbis instituto,
sed amisi lege naturæ. Hæc cum e corpore in aliam re-
quiem excessisset, aliquantum temporis ætatem agebam
expers malorum, in duobus filiis ex ea susceptis me oble-
ctans. Non post multos autem annos, luminarium cœles-
tis circuitus fati definitus mutat totum statum nostrarum
rerum et oculus Saturnius in domum irruit, in deterius
afferens mutationem, quam quidem mihi sapientia præ-
monstravit, ceterum effugiendi facultatem non dedit.
Nam factorum decreta immutabilia providere quis potest,
effugere vero non potest. Lucrum vero ut in talibus rebus
prospicientia est, obtundens adversorum casuum aciem.
Calamitates enim, sili, quæ inopinato adveniunt, sunt in-
tolerabiles, at prævisa, æquiore animo perferuntur. Illas

νοια φρόβῳ προληφθεῖσα κατέπτηξε, τὸ δ' ἦ συνήθεια τῷ λογισμῷ διήτησε.

ΚΕ'. Ἐγένετο δὲ περὶ ἐμὲ τοιόνδε. Γύναιον Θρακικὸν τὴν ἑώραν ἀκμαῖον καὶ τὸ κάλλος δεύτερον μετὰ
 5 Χαρίκλειαν [ἔχουσα], ὄνομα Ῥόδοπις, οὐκ οἶδ' ὕπο-
 θεν ἢ ἔπως κακῇ μοίρᾳ τῶν ἐγνωκότων ὀρηκθὲν, ἐπε-
 πόλαξε τὴν Αἴγυπτον καὶ ἤδη καὶ εἰς τὴν Μέμφιν
 ἐκώμαζε, πολλῇ μὲν θεραπείᾳ, πολλῷ δὲ πλούτῳ δο-
 10 ρυφορουμενῇ, πᾶσι δ' ἀφροδίσιςιοις θηράτραις ἐξησκη-
 μένῃ. Οὐ γὰρ ἦν ἐντυγόντα μὴ ἠλωκέναι· οὕτως
 ἄφρυκτόν τινα καὶ ἀπρόσμαχον ἑταιρίας σαγήνην ἐκ τῶν
 ὀφθαλμῶν ἐπεσύρετο. Ἐφοῖτα δὲ θαμὰ καὶ εἰς τὸν
 νεῶν τῆς Ἰσιδος, ἧς προσεφῆτεον, καὶ τὴν θεὸν συνεχῶς
 15 ἐθεράπευε θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι πολυταλάντοις.
 Αἰσχύνομαι λέγειν, ἀλλ' εἰρήσεται· γίγνεται δὲ καμῶ
 κρείττων ὀφθεῖσα πολλάκις. Ἐνίκα τὴν διὰ βίου μοι
 μελετηθεῖσαν ἐγκράτειαν. Ἐπὶ πολὺ τε τοῖς σώματος
 ὀφθαλμοῖς τοὺς ψυχῆς ἀντιστήσας, ἀπῆλθον τὸ τελευ-
 20 ταῖον ἡττηθεὶς καὶ πάθος ἐρωτικὸν ἐπιφορτισάμενος.
 Ἀρχὴν δὲ τῶν ἐσομένων καὶ προαγορευθέντων μοι πρὸς
 τοῦ θεοῦ δυσχερῶν τὴν γυναῖκα φωράσας καὶ συνείς ὡς
 τῶν πεπρωμένων ἐστὶν ὑπόκρισις καὶ ὡς ὁ τότ' εἰληγῶς
 δαίμων οἰονεὶ προσωπεῖον αὐτὴν ὑπέπλεε, τὴν μὲν ἐκ
 25 παιδῶν μοι σύντροπον ἱερωσύνην, ἔγνων μὴ καταισχυ-
 ναι καὶ ἀντισχεῖν, μηδ' ἱερὰ καὶ τεμένη θεῶν βεβη-
 λῶσαι. Τῶν δ' ἡμαρτημένων οὐκ ἔργῳ (μὴ γένοιτο)
 ἀλλ' ἐφέσει μόνῃ, τὴν ἀρμόζουσαν ἐπιθαλῶν ζημίαν,
 δικαστὴν ἐμαυτῷ τὸν λογισμὸν ἀναδείξας, φυγῆ κο-
 30 λάζῳ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τῆς ἐνεγκούσης ὁ βαρυδαίμων
 ἐξῆιν, ἁμοῦ μὲν εἰκῶν ταῖς μοιρῶν ἀνάγκαις καὶ πράτ-
 τειν ὅ τι καὶ βούλοιντο τὰ κατ' ἡμᾶς ἐπιτρέπων, ἁμοῦ
 δὲ τὴν ἀποτρόπαιον Ῥόδοπιν ἀποφεύγων. Ἐδεδείκνυ
 γὰρ, ὃ ξένε, μὴ τοῦ τότε ἐπικρατοῦντος ἀστέρος ἐπι-
 35 θρίσαντος καὶ πρὸς τὸ αἰσχρότερον τῶν ἔργων ἐκνικη-
 σθεῖν. Ὁ δέ με πρὸ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐξήλαυ-
 νεν, οἱ παῖδες ἦσαν, οὐς ἡ ἀρρητος μοι πολλάκις ἐκ
 θεῶν σοφία, ξιφῆρεις ἀλλήλοισι συμπεισεῖσθαι προηγό-
 40 ρευσε. Περιγράφω τὸν τῶν ὀφθαλμῶν τὴν οὕτως ἀπηνῆ
 θέαν, (ἦν ἐκτραπήσεσθαι καὶ τὸν ἥλιον εἰκάξω νέφος
 τῆς ἀκτίνος προκαλυψάμενον) καὶ πατρῶιαις ὄψεσι
 τὸν παῖδων φόνον ἀθέατον χαριζόμενος, ἐξώκιστον ἐμαυ-
 τὸν γῆς τε καὶ οἰκίας πατρῶας, τὴν μὲν ὀρμὴν οὐδενὶ
 45 φράσας, πρόφασιν δὲ ὡς εἰς Θήβας τὰς μεγάλας ἀνα-
 κομιζομαι ποιησάμενος, ὡς ἂν θάτερον τῶν παιδῶν
 τὸν πρεσβύτερον θεασάμην, ἐκεῖ παρὰ τῷ μητροπά-
 50 τορι τότε διαγόμεν. Θύαμις δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ, ὃ
 ξένε. Συναστάλη πάλιν ὁ Κνήμιον, ὡςπερ τῷ ὀνό-
 ματι τοῦ Θυάμιδος βληθεὶς τὴν ἀκοήν, καὶ ὁ μὲν ἐκαρ-
 τέρησε σιωπῆσαι τῶν ἐξῆς ἐνεκεν, ὁ δ' ἐπέβαινε τὸν
 λόγον ὧδε. Παραλείπω τὴν ἐν μέσῳ πλάνην, ὃ νεα-
 νία, συντελεῖ γὰρ οὐδὲν εἰς τὴν παρὰ σοῦ ζήτησιν.

ΚΖ'. Πυθονόμενος δ' εἶναι τινα Δελφοῦς Ἑλλη-
 νίδα πόλιν, ἱερὰν μὲν Ἀπολλωνος, θεῶν δὲ τῶν ἄλλων
 τέμενος, ἀνδρῶν δὲ σοφῶν ἐργαστήριον, θυρούθου δὲ

enim animus metu occupatus reformidat et aegre fert, has
 autem consuetudo rationi familiares reddit.

XXV. Accidit autem mihi tale quiddam. Muliercula
 Thressa, immaturo aetatis flore, pulchritudine autem post
 Charicleam secundas tenens, nomine Rhodopis, nescio
 unde aut quomodo, adverso fato eorum qui illam cognov-
 erunt profecta, peragrabat Ægyptum atque etiam Mem-
 phim veniebat, magna pedissequarum et servorum caterva
 et multis opibus stipata, omnibus veneris illecebris egre-
 gie instructa. Neque fieri potuit, ut non quivis qui in
 illam incidisset caperetur: adeo inevitabilem quemdam et
 invictum fascino meretricium ex illius oculis attrahebat.
 Ingrediebatur etiam saepe templum Isidis, cuius ego eram
 antistes, et deam continuo colebat et venerabatur sacri-
 ficis ac donariis, quae multis talentis constabant. Pudet
 dicere, attamen non celabo: et me vicit, saepius visa:
 vincebat et continentiam, quam in vita summo studio ser-
 vaveram. Ac diu quidem multumque oculis corporis
 animi oculis resistebam: ad extremum tamen victus, af-
 fectui amatorio, tanquam oneri, succubui. Cum igitur
 initium molestiarum et ærumnarum divinitus mihi incumb-
 entium, quas jam antea præsceveram, mulierem esse de-
 prehendissem et intellexissem, quod esset fatalis necessita-
 tis involucrem, quodque is, cui tum sors obliterat, deus,
 illam sibi tanquam personam induisset, statui non dede-
 corare sacerdotale munus, cui a pueritia innutritus fueram,
 et resistere, neque delubra deorum et aras profanare.
 Atque eorum, quae peccaveram, non re ipsa, (quod
 absit) sed sola animi cupiditate, convenienti mihi multa
 imposita, et ratione in iudicium adhibita, exsilio punio
 cupiditatem et ex patria discessi infelix: tum cedens Par-
 carum necessitati et illis quidvis statuendi in nos arbitrium
 permittens, tum etiam execrandam Rhodopin fugiens.
 Metuebam enim, hospes, ne stella, quae tum dominabatur
 urgente, vel ad turpins opus impellerer. Ceterum quod
 me imprimis et post omnia expellebat, filii erant: quos
 mihi arcana ex diis sapientia, infestis armis concursuros,
 praedicebat. Tollens igitur ab oculis tam crudele specta-
 culum, (quod vel solem ipsum aversaturum esse existimo,
 radiis nube objecta tectis) et paternos oculos ad aspectu cordis
 filiorum liberans, emigravi e terra et domo paterna, dis-
 cessum meum indicans nemini, praetextens iter hoc nomine,
 quod magnas Thebas profecturus essem, ut alterum ex
 filiis majorem natu viscerem, qui ibi tum apud avum age-
 bat. Thyamidi erat illi nomen, hospes. Rursus Cnemon,
 tanquam nomine Thyamidis ictus, cohibuit se tamen ut
 taceret, propter ea, quae deinceps narrabantur. Ille au-
 tem sic pertextebat narrationem. Relinquo errorem inter-
 medium, adolescens, nihil enim pertinet ad id, quod tu
 sciscillar.

XXVI. Ceterum cum audirem, esse quamdam urbem
 Graecam, Apollini quidem sacram; deorum autem aliorum
 delubrum, hominum vero sapientum tabernam, remotam

δημώδους ἐκτὸς ἀνωχισμένην, ἔστελλον εἰς ταύτην
 ἔμαυτὸν, ἀρμόδιον τῷ προφητικῷ καταγώγιον, τὴν ἱε-
 5 ροῖς καὶ τελεταῖς ἀνακειμένην ὀρίζομενος. Διὰ τε τοῦ
 Κρισσαίου κόλπου τῆ Κίρρα προσορμισθεῖς, ἐκ νεῶς
 ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνέθεον. Ἐπεὶ δ' ἐπέστην, ὁμῆ με
 ὡς ἀληθῶς θεῖα προσέβαλεν αὐτόθεν. Καὶ τὰ τ'
 ἄλλα ἡ πόλις διαίτημα κριττῶνων ἔδοξε καὶ οὐχ
 ἥμιστα τῆ φύσει τῆς περιοχῆς. Οἷον γὰρ φρούριον
 ἀτεχνῶς καὶ αὐτοσχέδιος ἀκρόπολις ὁ Παρνασσὸς
 10 ἀπαιωρεῖται, πρὸ ποδῶν λαγῶσι τὴν πόλιν ἐγκολπισά-
 μενος. Ἄριστα, ἔφη, λέγεις, ὁ Κνήμιον καὶ ὡς ἄν
 γὰς ἐπιπνοίας ὡς ἀληθῶς Πυθιαῖς ἐπρησθημένος. Τῆδε
 τὴν περ καὶ ὁ πατήρ μοι θέσεως ἔχειν τοὺς Δελφούς
 ἔφραζεν, ὅτ' αὐτὸν ἱερομνήμονα ἡ πόλις Ἀθηναίων
 15 ἔστειλεν. Ἀθηναῖος ἄρ' ἦσθα, ὦ παῖ; Ναί, ἔφη.
 Ὄνομα δὲ τίς; Κνήμιον, ἀπεκρίνατο, [Τύχη τίνι
 κερημένος;] τὰ δ' ἄλλα εἰσαυθῖς [ἔφη] ἀκούσῃ, νῦν
 δ' ἔχου τῶν ἑξῆς. Ἐξομαι, ἔφη. Καὶ ἐπανήειν πρὸς
 τὴν πόλιν. Ἐπαινέσας οὖν τῶν τε δρόμων καὶ ἀγο-
 20 ρῶν καὶ κρηνῶν τὸ ἄστυ καὶ Κασταλίαν αὐτὴν, ἣν δὴ
 καὶ περιρραντήριον ἐποίησάμην, ἐπὶ τῶν νεῶν ἔσπευ-
 δον, καὶ γὰρ με καὶ θροῦς τῶν πολλῶν ἀνεπτέρωσον,
 ὧραν εἶναι κινεῖσθαι τὴν θεοπρόπον, λέγοντες. Ἐπεὶ
 δ' εἰσελθὼν προσεκύονου καὶ τι καὶ κατ' ἔμαυτὸν ἠυχό-
 25 μην, ἀνεφθέγγατο ἡ Πυθία τοιάδε .

Ἴγνος ἀειράμενος ἀπ' εὐστάχους παρὰ Νείλου,
 Φεύγεις μοιράων νήματ' ἔρισθενέων.
 Τέτλαθι, σοὶ γὰρ ἐγὼ κυναυάλακος Αἰγύπτου
 Αἴψα πέδον δώσω. Νῦν δ' ἔμὸς ἔσσο φίλος.

30 ΚΖ'. Ταῦθ' ὡς ἐθέσπισεν, ἐγὼ μὲν ἔμαυτὸν ἐπὶ
 πρόσωπον τοῖς βωμοῖς ἐπιβαλὼν, ἴλεον εἶναι τὰ πάντα
 ἰκέτευον. Ὁ δὲ πολὺς τῶν περιεστῶτων ὄμιλος,
 ἀνευφήμησαν τὸν θεὸν τῆς ἐπ' ἐμοὶ παρὰ τὴν πρώτην
 ἔντευξιν προφητείας. Ἐμὲ δ' ἐμακάριζον καὶ περιεί-
 35 ποντο ἐντεῦθεν παντοίως, φίλον ἤκειν με τῷ θεῷ μετὰ
 Λυκοῦργόν τινα Σπαρτιατὴν λέγοντες, καὶ ἔνοικεῖν τε
 βουλόμενον τῷ τεμένει τοῦ νεῶ συνεχώρον καὶ σιτη-
 ρέσιον ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχειν ἐψηφίσαντο, καὶ συν-
 40 ἐλόντι λέγειν ἀγαθῶν ἀπέλιπεν οὐδέν. Ἡ γὰρ πρὸς
 ἱεροῖς ἦν, ἡ πρὸς θυσῖαις ἐξηταζόμεν, ἃς πολλὰς καὶ
 παντοίας ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ζένος τε καὶ ἐγγώριος
 εὐδὸς τῷ θεῷ χαριζόμενοι ὀρῶσιν, ἡ φιλοσοφοῦσι διελε-
 γόμεν. Οὐκ ὀλίγος δ' ὁ τοιοῦτος βίος συρρεῖ περὶ τὸν
 45 νεῶν τοῦ Πυθίου, καὶ μουσεῖον ἐστὶν ἀτεχνῶς ἡ πόλις
 ὑπὸ μουσηγέτη θεῷ φοιθαζομένη. Τὸν μὲν δὴ πρό-
 τερον χρόνον ἄλλοτε περὶ ἄλλων ἡμῖν αἰ ζητήσεις
 ἀνεκινούοντο· καὶ ὁ μὲν τις ὅπως τοὺς ἐγγωρίους οἱ
 Αἰγύπτιοι σέβομεν θεοὺς ἀνηρώτα, ὁ δὲ δι' ἦν αἰτίαν
 50 ἄλλα παρ' ἄλλοις τῶν ζῶων ἐθθειάζεται καὶ τίς ὁ
 περὶ ἐκάστου λόγος ἐπυθνάετο· ἄλλος πυραμίδων
 κατασκευὴν, ἕτερος συρίγγων πλάνην, καὶ συνελόντι
 τῶν κατ' Αἰγύπτου ἐν οὐδὲν ἀπελίμπανον ἱστοροῦντες.
 Αἰγύπτιον γὰρ ἀκουσμα καὶ διήγημα πᾶν Ἑλληνικῆς
 ἀκοῆς ἐπαγωγότατον.

a tumultu populari, habebam ad illam iter, conveniens
 homini prophético receptaculum, sacris rebus et carimoniis
 destinatum urbem eligens. Et cum per Crissæum sinum
 ad Cirrham appulisset, ex navi cucurri ad urbem. Post-
 quam vero adstīti, vox procul cubio divina profinus aures
 meas incessit et cum aliis de causis urbs mihi sedes melio-
 rum visa est, tum non minime natura situs. Prorsus enim
 veluti munitio quædam et arx natura constituta, Parnassus
 dependet, prominentibus lateribus urbem quasi quodam
 sinu complectens. Optime dicis, inquit Cnemon et ut ali-
 quis qui revera afflationem Pythicam sensit. Eum enim
 esse situm urbis etiam pater mihi quondam dicebat, quando
 illum ad consilium Amphictyonicum augurem urbs Athe-
 niensium miserat. Atheniensis igitur es, filii? Ita, inquit.
 Nomen vero quid tibi est? Cnemon, respondit, cætera
 vero deinceps audies, nunc autem continua narrationem.
 Continuabo, inquit. Ascendebam in urbem. Collaudato
 igitur a curriculis foris et fontibus oppido et ipso Castalio
 fonte, ex quo me etiam adpersi, ad templum festinabam.
 Etenim me et murmur multitudinis, quod tempus instaret,
 in quo sese vates motura esset, excitaverat. Cum itaque
 ingressus deum venerarer et quiddam etiam apud me opta-
 rem, respondit hæc Pythia :

Fertilis a regione ferens vestigia Nilī,
 Fortia Parcarum stamina (sponte) fugis.
 Durato, Ægypti quoniam nigricantia tradam
 Arva tibi cito, nunc noster amicus eris.

XXVII. Hoc oraculum ut reddidit, ego procidens in aram
 pronus, ut mihi propitius esse vellet omnibus in rebus pre-
 cabar. At magna circumstantium caterva celebrahant
 deum propter ejusmodi responsum mihi primo congressu
 datum. Prædicabant autem felicem me et me observabant
 inde modis omnibus, amicum me venire deo post Lyeur-
 gum quemdam Spartanum dicentes. Et cum in area tem-
 pli habitare vellem, permittebant, utque mihi commeatus
 daretur ex publico, decreverunt. In summa, nihil boni
 deerat. Aut enim ad sacra et sacrificia, quæ multa et varia
 tota die peregrini et indigenæ gratificantes deo faciunt, in-
 quirebam aliquid et scrutabar, aut cum philosophis collo-
 quebar. Non parvus autem numerus ejusmodi hominum
 confluit ad templum Delphicum et prorsus est Museum ipsa
 urbs, sub Musarum duce deo vaticiniis dedita. Atque ini-
 tio quidem alias de aliis rebus quæstiones a nobis move-
 bantur. Erant enim, qui, quomodo nos Ægyptii deos cole-
 remus, quærerent, alius, quamobrem alia apud alios ani-
 malia sacra et divina haberentur et quæ esset de quolibet
 narratio, percunctabatur. Quidam pyramidum formam et
 constructionem, nonnulli fistularum ductus et anfractus
 seiscitabantur. Quid multa? Ægyptiarum rerum nihil non
 inquisitum relinquebant. Etenim omnis Ægyptiaca nar-
 ratio, mirum in modum Græcas delectat aures. X

ΚΗ'. Τέλος δὲ ποτε καὶ περὶ τοῦ Νείλου καὶ τίνες μὲν αὐτῇ πηγαί, τίς δ' ἡ παρὰ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς ἰδιάζουσα φύσις καὶ ὁπόθεν τὴν θερινὴν ὥραν μόνος τῶν πάντων πλημμυρεῖ, πῦσιν τις ἐμοὶ προσῆγε τῶν ἀσπειοτέρων. Ἐμοῦ δ' ἄπερ ἐγίνωσκον εἰπόντος καὶ ὅσα περὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου βίβλοις ἱεραῖς ἐγγεγραμμένα μόνοις τοῖς προφητικοῖς καὶ γινώσκειν καὶ ἀναγινώσκειν ἔξεσσι· καὶ διελθόντος ὡς τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ τῶν μὲν ἄκρων τῆς Αἰθιοπίας ἐσχάτων δὲ τῆς
 10 Λιθύης λαμβάνει, καθ' ὃ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολῆγον, ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν, αὐξεται δὲ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν, οὐχ ὡς τινες ᾤθησαν πρὸς τῶν ἐτησίων ἀντικρὺ πνεόντων ἀνακοπτόμενος, ἀλλ' αὐτῶν δὴ τούτων τῶν ἀνέμων κατὰ τροπὴν τὴν
 15 νέφος ἐλαυνόντων τε καὶ ὠλούντων, ἕως ἐπὶ τὴν διακεκαυμένην ζώνην συναξῶσι, καθ' ἣν τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακοπτοῦνται δι' ὑπερβολὴν τοῦ περὶ τὰ μέρη πυρώδους πάσης τῆς πρότερον καὶ κατὰ μικρὸν ἀθροισθείσης
 20 καὶ παχυθείσης νοτίδος ἐξατμιζομένης, καὶ τούτου λάθρων ὑετῶν βρηγνυμένων, ὅργῃ θ' ὁ Νεῖλος καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέγεται ἀλλὰ καὶ ἐξανίσταται τῆς ὄχθης καὶ θαλασσωσας τὴν Αἴγυπτον τῇ παρόδῳ γεωργεῖ τὰς ἀρούρας. Διὸ πεινὴ τ' ἐστὶ γλυκύτατος,
 25 ἄτ' ἐξ ὀμβρων οὐρανίων γορηγούμενος καὶ θιγεῖν προσηέστατος, οὐκ ἔτι μὲν θερμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δὲ χλιαρὸς ὡς ἐκεῖθεν ἀρξάμενος. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ μόνος ποταμῶν αὔρας οὐκ ἀναδίδωσι, πάντως ἂν, ὡς τὸ εἶκος, ἀναδούς, εἰ καθῶς τινες ἐβουλήθησαν, ὡς πυνθά-
 30 νομαί, τῶν παρ' Ἑλλήσιν εὐδοκίμων, χιόνος τηχομένης τὸ πλήρωμα ἐλάμβανε.

ΚΘ'. Ταῦτά μου καὶ τοιαῦτα διεξιόντος, ὁ ἱερεὺς τοῦ Πυθίου γνώριμος ἐμοὶ γεγωνὸς ἐς τὰ μάλιστα, Χαρικλῆς ὄνομα ἦν αὐτῷ, θαυμασίως, ἔφη, λέγεις.
 35 Καὶ ταύτη τῇ γνώμῃ προστίθεμαι καὶ αὐτός, οὕτω καὶ παρὰ τῶν ἐν Καταδούποις ἱερέων τοῦ Νείλου πυθόμενος. Καγὼ πρὸς αὐτὸν, ὦ Χαρικλείς, ἔφην· ἤλθες γὰρ κάκεισε; Ἦλλον, εἶπε, ὦ σοφὲ Καλάσιρι. Τί δέ σε χρέος ἤγαγε πάλιν ἡρώτων. Ὅ δὲ, Δυσπρα-
 40 ξία τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ἀπεκρίνατο, ἣ δὴ μοι καὶ εὐπραξίας αἰτία γέγονεν. Ἐμοῦ δὲ τὸ παράδοξον θαυμάσαντος, Οὐ θαυμάσῃ, ἔφη, τὸ πρᾶγμα ὡς γέγονεν εἰ πύθοιο. Πεύση δὲ, ὅταν σοι βουλομένη γίνηται. Οὐκοῦν ὦρα σοι λέγειν, ἦν δ' ἐγώ, νῦν
 45 γὰρ βούλομαι. Μάνθανε, εἶπεν ὁ Χαρικλῆς, τοὺς πολλοὺς μεταστησάμενος, καὶ γὰρ σε καὶ διὰ τι χρῆσιμον, ἐμὸν ἀχροατὴν γενέσθαι τῶν συμβεβηκότων πάλαι ἐβουλόμην. Ἐμοὶ γῆμαντι, παιδία οὐκ ἐγίγνετο. Ὅψι δὲ ποτε καὶ βραδύ τῆς ἡλικίας, πολλὰ τὸν θεὸν
 50 ἱκετεύειν, θυγατρίου πατῆρ ἀνηγορεύθη, οὐκ ἐπ' αἰσίοις ἔσσεσθαι μοι ταύτην τοῦ θεοῦ προαγορεύσαντος. Ἦλθες καὶ εἰς ὥραν γάμου καὶ ἐξεδόμην τῶν μνηστευσαμένων (πολλοὶ δ' ἦσαν) τῷ παρ' ἐμοὶ χριθέντι καλλίστῳ· καθ' ἣν δὲ νύκτα συγκατεκλίθη τῷ γῆμαντι,

XXVIII. Ad extremum tandem et de Nilo, qui essent ejus fontes et quæ præter alios fluvios peculiaris natura et unde æstivo tempore solus inter omnes crescat aquis, quæstionem mihi quidam ex urbanioribus proponebat. Me dicente ea, quæ sciebam et quæ de hoc fluvio sacris libris perscripta, solis antistibus cognoscere ac legere licet; et narrante, quod in supremis Æthiopiæ, ultimis autem Libyæ partibus, oriatur, qua parte orientale clima desinens, initium meridiei præbet, crescit vero æstivo tempore, non, ut quidam putarunt, Etesiarum adverso flatu rejectus, sed iis ipsis ventis circa solstitium æstivum, a septentrionalibus partibus versus meridiem, omnes nubes pellentibus ac trudentibus, donec in zona, quæ torretur ardore solis, colligantur, in qua illorum motus retunditur propter incredibilem circumstantis æstus vehementiam, toto, qui antea fuerat paullulum congregatus et condensatus, humore liquescente et inde copiosis imbribus cadentibus. Fumetque Nilus, nec se fluvium esse patitur, sed effunditur extra ripas et eluvione tanquam mari quodam Ægyptum operiens, adventu suo fecundat agros. Quare ad bibendum dulcissimas præbet aquas, ut quæ illi ex celestibus imbribus suppeditent et est tactu placidus ac lenis, non amplius calidus, sicut ubi incipit, verumtamen adhuc tepidus, ut in ejusmodi locis ortus. Quam ob causam solus ex fluviis vapores non exhalat: omnino enim consentaneum esset, ut exhalaret si eum ex nive liquefacta, quod quidam docti apud Græcos voluerunt, incrementum caperet.

XXIX. Cum de hisce et hujusmodi rebus dissererem, sacerdos Apollinis mihi maxime familiaris, Chariclei erat illi nomen, Præclare, inquit, dicis, et ipse assentior huic sententiæ: sic enim etiam a sacerdotibus in Catadupis Nili audivi. Et ego ad illum, o Charicles, numquid etiam eo veneras? Veneram, dixit, sapiens Calasiri. Quæ autem necessitas eo deducebat, rursus quærebam. Ille autem, Adversa fortuna rei domesticæ, respondit, quæ mihi et felicitatis causa exstitit. Me vero illud mirante, Non miraberis, inquit, si rem, ita ut gesta est, expositam audieris. Audies autem, quandocunque placuerit. Igitur tempus est, inquiebam, ut exponas, nunc enim placet. Charicles autem, remota multitudine, cognosce, inquit, siquidem te mihi jamdudum utilitatis ejusdam causa audirem meorum casuum exortabam. Ego cum iniissem matrimonium, liberos non habui. Sero tandem, et ætate provecta, assidue deum suppliciter orans, filioz pater sum appellatus, cum deus mihi non felicem faustamque eam fore prædixisset. Pervenit et ad nuptiarum tempus et elocavi eam in matrimonium ambientium (multi autem erant) qui meo judicio erat honestissimus. Eadem autem nocte, qua marito accu-

κατ' αὐτὴν ἢ δυστυχῆς ἐτελεύτα, σκηπτοῦ τινος ἢ χειροποιήτου πυρὸς τοῖς θαλάμοις ἐμπεσόντος. Καὶ τὸν ὑμέναιον ἀδόμενον ἔτι διεδέχετο θρήνος καὶ ἀπὸ τῶν παστάδων ἐπὶ τὸ μνήμα παρεπέμπετο καὶ ᾄδεις αἱ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς αὐτὰ καὶ τὴν ἐπικήδειον πυρκαϊὰν ἐξῆπτον. Ἐπετραγῶδει τούτῳ τῷ δαμάται καὶ ἕτερον πάθος ὁ δαίμων καὶ τὴν μητέρα μοι τῆς παιδὸς ἀφαιρεῖται τοῖς θρήνοις ἐγκαρτερήσασαν. τὸ δὲ θεήλατον τοῦ κακοῦ μὴ φέρων, ἐμαυτὸν μὲν οὐκ ἐξάγω τοῦ βίου, τοῖς θεολογοῦσιν ὡς ἀθέμιτον τὸ πρᾶγμα πειθόμενος, ὑπεξάγω δὲ τῆς ἐνεγκούσης καὶ τὴν ἐρημίαν τῆς οἰκίας ἀποδιδράσκω. Μέγα γὰρ εἰς λήθην κακῶν ἢ δι' ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς ὑπόμνησις ἀμαυρομένη. Καὶ πολλοὶ ἐμπληνθεις τόποις, ἡλ-
 10 θον δὴ καὶ εἰς τὴν σὴν Αἴγυπτον καὶ Καταδούπουσιν αὐτοῦς, καθ' ἱστορίαν τῶν καταρακτῶν τοῦ Νεῖλου.

Α'. Τῆς μὲν οὖν ἀφίξεως τῆς ἐκεῖσε ἔχεις τὸν ἀπολογισμὸν, ὃ φίλος, ἦν δέ σε βούλομαι παρενθήκην γνῶναι τοῦ διηγήματος, μᾶλλον δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, αὐτὸ δὴ τὸ κεφάλαιον, ἀλύοντί μοι κατὰ τὴν πόλιν καὶ διατιθεμένῳ σχολῇ, καὶ τινὰ τῶν παρ' Ἑλλησι σπανίων ὄνομαζον, (ἥδη γὰρ μοι τῆς λίαν ἀλγηδόνος τῷ χρόνῳ πεττομένης ἢ πρὸς τὴν ἐνεγκούσαν ἐπάνοδος ἐσπουδάξετο,) ἀνὴρ τις πρόσσεισι τὰ μὲν ἄλλα σεμνῶς
 25 ἰδεῖν καὶ ἀγγίνοιαν ἀπὸ τοῦ βλέμματος ἐμφανίζων, ἄρτι μὲν τὸν ἔφηβον παραλλάξας, τὴν χροιάν δ' ἀκριβῶς μέλας καὶ με ἠσπάζετο καὶ τι βούλεσθαι διαφράζειν ἔλεγεν, Ἑλληνίζων οὐ βεβαίως. Ἐμοῦ δ' ἐτόιμος ὑπακούσαντος, εἰς τινὰ νεῶν παρακείμενον εἰσαγαγὼν, Φύλλα τινὰ σε καὶ βίβλας, ἔφη, τῶν Ἰνδικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν καὶ Αἰγυπτίων ὄνομαζον ἐώρακα. Εἰ δὴ οὖν ἀκραίφῶς ταῦτα καὶ δόλου παντὸς ἐκτὸς ὄνεσθαι βουληθεῖς, ἔτοιμος παρέγινε. Βούλομαι, ἔφη, καὶ δεῖναι. Ὁ δὲ, Ὁφεί μὲν, εἶπεν, ὅπως δὲ
 35 μὴ μικρολόγος ἔση περὶ τῆν ἀγοράν. Σαυτὸν παρεγύα, ἔφη, μὴ βαρύτερον εἶναι περὶ τὴν διάπρασιν. Καὶ ὅς ὑπὸ μάλης τι βαλαντίδιον ἔχων, προκομίσας ἐπεδείκνυ λίθων παλυτίμων ὑπερφύεσ τι χρῆμα· μαργαρίδες τε γὰρ ἐνήσαν εἰς καρπούσιν μικροῦ μέγεθος, εἰς κύκλον τ' ἀκριβῶς ἀπαρτιζόμεναι, καὶ λευκότητι πλεῖστον ἀγλαίζόμεναι σμαράγδοι τε καὶ ὑάκινθοι, αἱ μὲν οἷα λήιον ἠρινὸν χλοάζουσαι, ἐλαιώδους αὐτὰς τινὸς λειότητος ὑπαυαχούσης, αἱ δ' ἀπεμιμῶντο χροιάν ἀκτῆς θαλαττίας ὑπ' ἀγχιβαθεῖ σκοπέλῳ μικρὸν
 45 ὑποφριττούσης καὶ τὸ ὑποκείμενον ἰαχούσης· καὶ ἀπλῶς συμμιγῆς τις ἦν πάντων καὶ ποικίλη μαρμαρυγὴ τὸν ὀφθαλμὸν εὐφραίνουσα. Ἄπερ ὡς εἶδον, Ἄλλους, ἔφη, ὄρα σοι, ξένη, τῶνδε ἐπιζητεῖν ὀνητὰς, ὡς ἔγωγε καὶ ἢ κατ' ἐμὲ περιουσία, σχολῇ γούν καὶ ἐνός
 50 εἴη τῶν ὀρωμένων ἰσοστάσιος. Ἄλλ' εἰ καὶ μὴ πρίασθαι δυνατὸς, εἶπε, δῶρόν γε λαμβάνειν οὐκ ἀδύνατος. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνίκανος, ἔφη, δῶρόν γε λαμβάνειν, σὺ δ' οὐκ οἶδ' ὅ τι βουλόμενος παῖξαις ἡμῶν. Οὐ παῖζω, εἶπεν, ἀλλὰ καὶ σοῦδρα σπουδάζω καὶ

buerat, mortua est infelix, cum fulmen quoddam, seu manu excitatus ignis, in cubile incidisset. Atque ita hymenæum qui caneatur adhuc exceptit luctus et ex thalamo ad sepulcrum deducebatur et faces quæ lumen ediderant nuptiale eadem ipsæ funebrem rogum succendebant. Addebat ad hanc fabulam et aliam tragicam calamitatem numen, dum matrem puellæ, luctui indulgentem, mihi auferit. Divinitus igitur immissum malum non ferens, non expello me quidem e vita, iis, qui de rebus divinis disserentes id facere nefas esse docent, obtemperans: expello vero me patria clam et solitudinem domus procul fugio. Magnum est enim adjumentum ad oblivionem malorum, recordatio animi, oculorum amotione, obseurata. Cumque multa loca vagabundus peragrassem, veni tandem aliquando et in tuam Ægyptum et ipsos Catadupos, ad visendas calaractas Nili.

XXX. Rationem igitur protectionis meæ in ea loca tibi exposui, amice, corollarium autem, vel, ut verius dicam, caput ipsum narrationis, te in primis cognoscere cupio. Cum deambularem per olium in urbe et quædam, quorum est inopia apud Græcos, coëmerem, (jam enim nimio angore animi temporis intervallo decocto, in patriam redire propebaram) vir quidam me accedit gravis et prudentiam vultu declarans, nuper quidem adolescentiæ annos egressus, colore vero prorsus nigro, et me salutabat, ac de re quadam colloqui se velle mecum dicebat, non exacte Græce loquens. Prompteque obtemperantem, in templum quoddam vicinum introduxit et, Folia quædam, inquit, et radices Indicas et Æthiopicæ te emere vidi: quod si hæc a me sincere et absque omni fraude emere volueris, libenter tibi proponam. Volo, inquam, et ostende. At hic, Videbis, inquit, sed ne in emendo parcum nimis te exhibeas. Tu fac, inquam, ne in vendendo grande nimis pretium exigere videaris. Hic autem proferens sacculum quemdam, quem habebat sub axilla, ostendebat lapides pretiosos quosdam admirabiles. Margaritæ enim inter illos erant, nucleis parvæ magnitudine, suis partibus omnibus in modum circuli absolutæ, et candore maxime splendentes, smaragdique et hyacinthi, illi quidem veluti verna seges virentes, quadam lubricitate tanquam olei resplendente, hi vero imitabantur colorem marini litoris, sub arduo scopulo paululum erecti et subjecta omnia purpureo colore tingentis: denique mixtus erat omnium variusque fulgor, oculos delectans et recreans. Quæ ut vidi, Alios, inquam, hospes, jam emtores tibi ut quæras opus est, quod ego et meæ facultates vix uni ex iis, quæ video, pares esse possint. Si, inquit, emere non potes, attamen dono accipere poteris. Mihi quidem, inquam, ad accipiendum donum vires non desunt, ceterum tu nescio quo animo nobis illudas. Non illudo, dixit, sed serio et singulari studio facio et juro per deum hujus templi præsidem, me tibi omnia daturum, si ad hæc præterea donum aliud suscipere volueris, longe his præstantius. Ridebam

 25 πυθιονίχην τὸν πάτριον ἡμῶν τόνδε θεὸν ἐπομνύμενος, ἐκτραπήναι τε τοῦ προκειμένου πλοῦ καὶ τῆδε κατάραι πείσας, ἔργοις ἐπιστώσατο τὴν μαντείαν, καλλίνικος ἡμῖν δ' ἔως ἔμπορος ἀναδειχθείς· καὶ τήνδε τὴν θυσίαν ἄγει τῷ θεῷ τῷ φήναντι νικητήριόν τε καὶ χαριστήριον,
 30 ἅμα δὲ καὶ ἐμβατήριον. Εἰς ἔω γὰρ ἀφήσειν, ὦ λῆϊστε, μέλλομεν, εἰ τὰ ἐκ τῶν ἀνέμων τῇ βουλήσει συμπεύσει. Μέλλετε ὀητ' ἀληθῶς; ἔφην. Ναὶ μέλλομεν, ἀπεκρίναντο. Συνέμπορον ἄρ' ἔξετε με βου-
 35 λόμενοι, πλοῦς γὰρ μοι πρόκειται κατὰ τι χρέος εἰς Σικελίαν· ἡ δὲ νῆσος, ὡς ἴστε, παράπλους ὑμῖν ἐπὶ τὴν Λιβύου ἐσπουδακόσιν. Εἰ γὰρ βουληθείης, ἔλεγον, ἀγαθὸν οὐδὲν ἀπειναι νομιοῦμεν, ἀνδρὶ σοφῷ τε καὶ Ἑλληνι καὶ ὡς δίδωσιν ἡ πείρα συμβάλλειν, τάχα που καὶ θεοῖς κεχαρισμένῳ συνόντες. Βουλήσομαι,
 40 πρὸς αὐτοὺς ἔφην, εἰ μίαν ἐνδοίχη πρὸς παρασκευὴν ἡμέραν. Ἐξεις, ἔφασαν, τὴν αὐριον μόνον εἰς ἐσπέραν γοῦν ἐπὶ θάλατταν εἶναι. Πολὺ γὰρ τι καὶ νύκτες εἰς πλοῦν ἀνύουσι, ἀπογοίους αὔραις ἀκύμονα τὰ σκάφη παραπέμπουσαι. Συνετιθέμην οὕτω ποιή-
 45 σειν, ὄρωκ' πρότερον, ὅτι μὴ προαναχθῆσονται τὴν ἐπαγγελίαν πιστωσάμενος.

ΙΖ'. Καὶ τοὺς μὲν αὐτοῦ καταλιπὼν πρὸς αὐλοῖς ἔτι καὶ ὀρχήσεσιν ὄντας, ἃς ὑπὸ πηκτιδῶν ἐπίτροχον μέλος, Ἀσσυρίον τινα νόμον ἐσκίρτων, ἄρτι μὲν κού-
 50 φοις ἄλμασιν εἰς ὕψος αἰρόμενοι, ἄρτι δὲ τῇ γῆ συνεγὲς ἐποκλάζοντες καὶ στροφῆν δλοσώματων ὥσπερ οἱ κάτοχοι δινεύοντες. Ἀφικόμενος δὲ παρὰ τὴν Χαρίκλειαν ἐπὶ τῶν κόλπων ἔτι τὰ παρὰ τοῦ Χαρικλέους κειμήλια φέρουσάν τε καὶ ἐπισκοποῦσαν καὶ παρὰ τὸν

Postea vero quam accepto thure adolevi et aqua libationes feci, videbantur mirari vilitatem mearum oblationum, ut tamen una particeps essem convivii, petebant. Obtemperabam et hac in parte, et cum recubissem in toro, quem myrtili et lauri hospitibus straverant, eaque quae solitus eram degustassem: O praecleari, ad ipsos inquam, convivio quidem suavissimo non amplius indigeo, ceterum rerum vestrarum omnino adhuc sum ignarus. Quare tempus est, ut mihi dicatis, qui, et unde sitis. Indecorum enim est et agreste, eos, qui ejusdem libationis et mensae fuerint participes et sacrum salem initium amicitiae fecerint, ante, quam de utrisque qui sint constiterit discedere. Dicebant igitur, se esse Phoenices Tyrios, mercaturam facientes; navigare autem Carthaginem, sitam in Africa; navem magnam onustam Indicis et Aethiopicis et ex Phoenice mercibus, eo ferentes. In praesentia vero Herculi Tyrio pro victoria parta epulationem instituire, quod hic adolescens (ostenso eo qui ante me sedebat) ornatus sit hic corona palaestrica et victricem Tyrum inter Graecos declararit. Hic enim, postquam superata Malea, ventis adversis usi ad Cephalenorum insulam applicabamus, somnium illi praedicere futuram victoriam in Pythiis, per patrium hunc deum jurans, cum nobis ut deflecteremus a proposita navigatione et huc applicarem persuasisset, re ipsa fidem fecit vaticinio, victor nobis declaratus, qui ad hunc diem mercator fuisset: et hoc sacrificio deo monitori, ob victoriam partam et gratitudinis ergo, simul vero et fausti itineris causa celebrat. Diluculo enim, optime, solvemus, si venti nostrae voluntati adspiraverint. Sic igitur revera statuistis? inquit. Ita omnino, responderunt. Quamobrem comitem me habebitis, si volueritis, mihi enim proposita est navigatio in Siciliam, quadam de causa. Haec autem insula, ut scitis, praeternaviganda vobis est, Africam petentibus. Utinam volueris, dicebant, magno enim bono nos affectos existimabimus, cum viro sapiente et Graeco et ut testatur experientia diis grato versantibus. Velim, ad ipsos inquit, si modo mihi unum diem ad apparatus concesseritis. Habebis, inquit, crastinum, tantum ut sub vesperam sis ad mare. Noctes enim ad navigandum aptissimae, auris a terra consurgentibus, tranquille naves deducentes. Paciscebar me ita facturum esse, jurejurandi prius, quod non essent ante soluturi, quam promisissent, accepta sponse.

XVII. Ac hos quidem ibi reliqui, adhuc tibiis ac tripodibus operam dantes, quae ad fidicularum volubile melos Assyriaca quadam consuetudine tripodabant, nunc levibus saltibus in altum sublatis, nunc ad terram succiduo poplite demissi et toto corpore tanquam numine afflatis sese intorquentes. Et cum ad Charicleam venissem, adhuc in sinu pignora a Charicle ferentem et contemplantem et ad Thea-

Θεαγένην μετ' ἐκεῖνην, ἃ τε δεήσει καὶ ὁπότε πρά-
 τειν ἑκάτερον ὑποθέμενος, οἶκαδ' ἑλθὼν, ἐφῆδρευον
 τοῖς ἐσομένοις. Καὶ εἰς τὴν ἐξῆς τοιάδ' ἐγίνετο.
 Ἐπειδὴ μέσαι νύκτες ὕπνω τὴν πόλιν ἐβάπτιζον, ἐνο-
 10 πλος κῶμος τὴν οἴκησιν τῆς Χαρίκλειας κατελάμβανεν.
 Ἐστρατήγει δὲ Θεαγένης τὸν ἐρωτικὸν τοῦτον πόλεμον,
 εἰς λόγον ἀπὸ τῆς πομπῆς τοὺς ἐφήβους συντάξας. Οἱ
 δὲ μέγα τι ἀθρόον ἐμβοήσαντες καὶ δούπων τῶν ἀσπί-
 δων τοὺς καταμιχρὸν αἰσθομένους ἐμβροντήσαντες,
 15 ὑπὸ λαμπάσιν ἡμέμενοι εἰσῆλαντο εἰς τὸ δωματίον,
 τὴν αὐλίον οὐ γαλεπῶς ἐκμοχλευσαντες, ἅτε τῶν
 κλειθρῶν εἰς βράδιαν ἀνοιξὶν ἐπιμεμοχλευμένων καὶ τὴν
 Χαρίκλειαν εὐτρεπῆ καὶ ἅπαντα προειδυῖαν καὶ τὴν
 βίαν ἐκοῦσαν ὑφισταμένην ἀναρπάζουσιν, οὐκ ὀλίγα
 20 τῶν ἐπίπλων, ὅσα κατὰ βούλησιν ἦν τῇ κόρῃ, συνεχ-
 φορήσαντες. Καπεῖδὴ τῆς οἰκίας ἐκτὸς γεγόνεσαν, οἱ
 μὲν τὸν ἐνούλιον ἀλαλάζαντες καὶ βαρύν τινα πάταγον
 ἐκ τῶν ἀσπίδων ἐπικυποῦντες, διὰ πάσης ἐχώρουν
 τῆς πόλεως, εἰς ἄφραστον τὴν δεῖμα τοὺς ἐνοικοῦντας
 25 ἐμβαλόντες, ἅτε νυκτὸς τ' αὐριᾶ τὸ φοβερώτερον δοκεῖν
 προσηλφότες καὶ τοῦ Παρνασσοῦ πρὸς τὴν βοῇν ὑπό-
 χάλκον αὐτοῖς συνεπηχοῦντες. Καὶ οἱ μὲν οὕτω τοὺς
 Δελφούς διεξῆλθον, ἐπάλληλόν τι Χαρίκλειαν καὶ συ-
 νεγὲς ἀναφθεγγόμενοι.
 30 **III'.** Καπεῖδὴ τοῦ ἄστεος ἐκτὸς ἦσαν, ὡς τάχους
 εἶχον ἐπὶ τὰ Λοκρῶν ὄρη Οἰταίων ἀριπεύσαντο.
 Ὁ δὲ Θεαγένης καὶ ἡ Χαρίκλεια τὰ προδεδογμένα
 πράττοντες, ὑπολείπονται μὲν τῶν Θετταλῶν, ὡς ἐμὲ
 δὲ λαβραῖοι καταφεύγουσι καὶ μου τοῖς γούνασιν ἄμα
 35 προσπεσόντες ἐπιπλείστον ἐλγόντο, τρόμου τε παλλό-
 μενοι καὶ Σῶζε, πάτερ, συνεγὲς ἐπιφθεγγόμενοι· ἀλλ' ἡ
 μὲν Χαρίκλεια, τοῦτο καὶ μόνον, εἰς γῆν τε νεύουσα
 καὶ τὴν πρᾶξιν ἄρτι καινοτομουμένην ἐρυθριῶσα, ὁ δὲ
 Θεαγένης καὶ ἕτερα προσεπέσκηπτε, Σῶζε, λέγων, ὦ
 40 Καλάσιρι, ξένους καὶ ἀπολιδας ἰκέτας, πάντων ἄλλο-
 τριωθέντας, ἴν' ἐκ πάντων μόνους ἀλλήλους κερδή-
 σωσι· σῶζε τύχης λοιπὸν ἀγώγιμα σώματα καὶ σω-
 φρονῶντος ἔρωτος αἰχμάλωτα, φυγάδας αὐθαιρέτους
 μὲν ἀλλ' εὐθύμους καὶ πᾶσαν εἰς σε προσδοκίαν σωτη-
 45 ρίας ἀναρρίψαντας. Συνεχύθην τοῖς εἰρημένοις καὶ νῦν
 πλέων ἢ ὄφθαλμῶ τοῖς νέοις ἐπιδακρύσας καὶ ὅσον
 ἐκείνους μὲν ἐλάνθανεν ἐμὲ δ' ἐπεκρούφειζεν, ἀνίστων τε
 καὶ ἀνελάμβανον. Καὶ χρηστάς ὑποθέμενος τῶν ἐσο-
 μένων τὰς ἐλπίδας, σὺν γὰρ θεῷ τὴν ἀρχὴν ἐπιτεχει-
 50 ρῆσθαι, Ἐγὼ μὲν ἐπὶ τὰ ἐξῆς τῆς πράξεως ἄπειμι,
 ἔφην, ὑμεῖς δὲ με κατὰ χώραν περιμένειν τοῦ μὴ τισιν
 ὀφθῆναι πλείστην ὅσῃ φροντίδα ἔχοντες. Καὶ εἰπὼν
 ἀπέτρεχον. Ἄλλ' ἡ Χαρίκλεια θοιματίου τ' ἐπελαμ-
 βάνετο καὶ ἐπέιγε, καὶ ὦ πάτερ, ἀδικίας, ἔλεγεν,
 55 ἀρχὴ τοῦτο, μᾶλλον δὲ προδοσίας, εἰ μόνῃ οἰχίῃ με
 καταλιπὼν, Θεαγένει τὰ καθ' ἡμᾶς ἐπιτρέψας, οὐδ'
 ἐννοήσεις, ὡς ἄπιστον εἰς φυλακὴν ἔραστῆς, εἰ γένοιτο
 τῶν ἐρωτικῶν ἐγκρατῆς καὶ οὐχ ἥμιστα τῶν καταιδέ-
 σαι δυναμένον μονοῦμενος. Ἀναφλέγεται γὰρ, ὡς

genem post illam et utriusque quæ facienda essent et quando
 suggestissem, domum reversus, intentus eram in ea, quæ
 erant futura. Sequenti autem die talia accidebant. Cum
 nocte intempesta somno urbs immersa esset, globus juve-
 num armatus aedes Charicleæ occupabat. Dux autem erat
 Theagenes hujus amatorii belli, ex pompa in cohortem
 ephēbis instructis. Qui subito ingenti clamore edito et so-
 nitu scutorum iis qui audirent perterrefactis, cum facibus
 accensis irruerunt in domunculam, emota haud difficul-
 ter janua, (quod jam antea, ut repagula facile aperiri pos-
 sent, præparatum fuerat) Charicleamque instructam et
 omnia prævidentem ac vim sponte sustinentem rapiunt,
 non paucam supellectilem, quam virgo volebat, simul ef-
 ferentes. Postquam autem domo egressi sunt, hi quidem
 bellico clamore sublato et horrendum quemdam strepitum
 sentis edentes, transibant per totam urbem, in incredibilē
 quemdam terrorem incolas conjicientes, quod et in-
 tempestam noctem ideo, ut formidabiliores viderentur,
 elegerant et Parnassus ad illum sonitum, ab ære redditum,
 vicissim resonabat. Hoc modo isti, alternis et continuo
 Charicleam vocantes, Delphos percurrerant.

XVIII. Postquam autem egressi sunt ex urbe, quanta
 celeritate potuerunt, in Locrensium et Ætæos montes
 equis avecti sunt. At Theagenes et Chariclea, quæ antea
 constituta fuerant, facientes, deserunt Thessalos et ad me
 clanculum confugiunt et simul provoluti ad genua, diu ample-
 ctebantur, tremantes et Serva, pater, continue dicentes.
 Ac Chariclea quidem hoc solum, etiam demisso in terram
 vultu, tamquam recens factum erubescens, Theagenes et
 alia me obstans adjiciebat, Serva, dicens, Calasiri, pere-
 grinos et urbe carentes supplices, omnibus privatos, ut ex
 omnibus se solos lucrifaciant: serva fortunæ deinceps ad-
 dicta corpora, et casto amori mancipata, exsules, volun-
 tarios quidem, sed alacres et qui omnem spem salutis in te
 collocarunt. Confusus sum his dictis et cum animo magis
 quam oculis supra juvenes collacrimassem, ita ut illos la-
 teret, meum autem dolorem levaret, erigebam eos et con-
 firmabam. Denique bona spe eventus illis proposita, quod
 divino auspicio negotium inchoatum esset: Ego quidem ad
 reliqua exsequenda, inquam, abeo: vos vero me hoc in
 loco opprimini, in id omni cura et diligentia incumbentes,
 ne ab aliquibus conspiciamini. Et hoc cum dixissem,
 discedebam. Sed Chariclea me veste apprehendebat, ac
 retinebat et O pater, injustitiæ, dicebat, initium hoc, vel
 magis proditionis, si me sola relicta discedes, Theageni me
 concedens, neque cogitabis, quam infidus sit ad custodiam
 amator, si in illius potestate fuerit, ut amore perfui pos-
 sit et ii, qui illi pudorem incutere possint, absint. Magis
 enim incenditur, ut existimo, cum omni presidio destitu-

ὄμαι, πλέον, ὅταν ἀπρόσμαχον βλέπῃ τὸ τοῦούμενον
 προκείμενον. Ὅστ' οὐ πρότερόν σε μεθήμι πρὶν δῆ
 μοι, τῶν τε παρόντων ἕνεκα καὶ ἔτι μᾶλλον τῶν με-
 λόντων, ὄρω πρὸς Θεαγένην τὸ ἀσφαλὲς ἐμπεδωθεῖν,
 5 ὡς οὐθ' ὀμιλήσει τὰ Ἀφροδίτης πρότερον ἢ γένος τε καὶ
 οἶκον τὸν ἡμέτερον ἀπολαβεῖν, ἢ εἴπερ τοῦτο κωλύει
 δαίμων, ἀλλ' οὐ γὰρ πάντως βουλομένην γυναῖκα ποι-
 εῖσθαι, εἰ δὲ μὴ, μηδαμῶς. Ἐμοῦ δὲ τὰ εἰρημένα
 θαυμάσαντος καὶ ἔβρω ποιητέον εἶναι πάντως ἐπικρι-
 10 ναντος, τὴν θ' ἐστίας ἐσχάραν εἰς βωμὸν ἀνάψαντος
 καὶ λιθανωτῶν ἐπιθύσαντος, ἐπώμυεν δὲ Θεαγένης,
 ἀδικεῖσθαι μὲν φάσκων, εἰ προλήψει τοῦ ὄρου τὸ πι-
 στὸν τοῦ τρόπου προὔποτέμενται· οὐ γὰρ ἐπιδείξει
 ἔχειν προαίρεσιν φόβῳ τοῦ κρείττονος καταναγκάσθαι
 15 νομιζομένην. Ἐπώμυε δ' ὅμως Ἀπόλλω τε Πύθιον
 καὶ Ἄρτεμιν καὶ Ἀφροδίτην αὐτὴν καὶ Ἐρωτας, ἢ μὴν
 ἅπαντα οὕτω ποιήσῃν ὡς ἡβουλήθη Χαρίκλεια καὶ
 ἐπέσκηψε.

ΙΘ'. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα πρὸς τοῦ-
 20 τοις ἐπὶ μάρτυσι τοῖς θεοῖς ὡμολόγουν ἀλλήλοις, ἐγὼ
 δ' ὡς τὸν Χαρικλέα δρομαῖος ἦκων, θορύβου τε πλήρη
 καὶ ὄδυροῦ καταλαμβάνω τὴν οἰκίαν, οἰκετῶν ἤδη
 παρ' αὐτὸν ἀφιγμένον καὶ τὴν τῆς κόρης ἀρπαγὴν
 25 ἐξαγγειλάντων καὶ πολιτῶν εἰς πλῆθος συρρέόντων,
 καὶ τὸν Χαρικλέα θρηνοῦντα περιστοιχισμένον, ἀγνοῶ
 τε τὸν γεγονότων καὶ ἀμηχανία τῶν πρακτέων συνε-
 χομένον. Ἐμβόησας οὖν, ὦ δυσδαίμονες, ἔφην,
 ὑμεῖς δ' ἐνεοῖς προσεικότες, ἄχρι τίνος ἀναυδοὶ καὶ
 ἀπρακτοὶ καθεδεῖσθε, ὡσπερ ἅμα τῷ δυστυχεῖν καὶ
 30 τὸ φρονεῖν προσαφηρημένοι; οὐκ ἔν ὄπλοις ἤδη ἐπιδιώ-
 ζετε τοὺς πολεμίους; οὐ καταλήψεσθε καὶ τιμωρήσεσθε
 τοὺς ἐξυβριστάς; Καὶ ὁ Χαρικλῆς, Περιττὸν μὲν ἴσως,
 ἔφην, διαμάχεσθαι πρὸς τὰ παρόντα, συνίημι γὰρ ὡς
 35 εἰς τὸ αὐτὸν ἀνωρὶ παρελθὼν εἶδον ὀφθαλμοῖς ἅ μὴ
 θέμις, ὁ θεὸς μοι προεῖπεν, ἀνθ' ὧν οὐ προσηκόντως
 εἶδον τῆς τῶν φιλάτων ὄψεως στερησεσθαι. Ὅμως
 δ' οὐδὲν κωλύει καὶ πρὸς δαίμονά φασί μάχεσθαι, εἰ
 καὶ τίνας χρῆ μεταβείναι, καὶ τίς ὁ τὸν βαρὺν τοῦτον
 40 ἐπινεγκίων πόλεμον ἐγινώσκωμεν. Ὁ Θεσσαλὸς, ἔφην,
 καὶ παρὰ σοὶ θαυμαστὸς ὃν κάμοι φίλον εἰσποίεις,
 Θεαγένης ἐστὶ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ μείρακες. Οὐκοῦν
 εὐροῖς ἂν τινα τοῦτων κατὰ τὴν πόλιν, οἱ μέχρι τῆσδε
 45 τῆς ἐσπέρας εὔνοριάζον. Ὅστ' ἀνίστασο καὶ εἰς
 βουλὴν κάλει τὸν δῆμον. Ἐγίγνετο ταῦτα. Καὶ οἱ
 τε στρατηγοὶ σύγκλητον ἐκκλησίαν ἐκῆρυττον σάλπιγγι
 τὸ χίρυγμα πρὸς τὴν πόλιν ἐπισημαίνοντες καὶ ὁ δῆμος
 αὐτίκα παρῆν καὶ τὸ θέατρον ἐγίγνετο νυκτερινὸν βου-
 λευτήριον. Ὁ τε Χαρικλῆς εἰς μέσους παρελθὼν,
 50 πρὸς οἰμωγὴν τ' ἄθρόον ἐκίνει τὸ πλῆθος καὶ μόνον
 ὀφθαλμοῖς, ἐσθῆτά τε μέλαιναν ἀμπεγόμενος καὶ κόριν τοῦ
 τε προσώπου καὶ τῆς κεφαλῆς καταχεόμενος, τοιάδ'
 ἔλεγεν· Ἰσως μὲν, ὦ Δελφοί, προσαγγεῖλαι βουλόμε-
 νον ἑμαυτὸν ἔχειν εἰς μέσους καὶ ταύτην συγκεκληχέ-

tum id, quod expetit, expositum sibi videt. Quamobrem
 non prius te dimittam, quam mihi tum praesentis temporis,
 tum magis etiam consequentis gratia, jurejurando Theage-
 nes fidem dederit, quod consuetudinem Veneream non sit
 mecum ante habiturus, quam genus et domum meam recu-
 peravero, aut si hoc numen prohibuerit saltem, priusquam
 me sponte consentientem in uxorem acceperit : sin minus,
 nequaquam. Cumque ego ea, quae dicta fuerant, mira-
 tus, omnino ita faciendum esse decrevissem et domesticum
 foecum in aram succendissem, thusque adolevissem, jura-
 bat Theagenes, injuria se quidem affici dicens, quod anti-
 cipatione jurisjurandi fides, quam sponte praestiturus fuis-
 set, praecideretur : neque se nunc ostendere posse, se
 sponte facere hoc, quod metu numinis effectum videatur,
 jurabat tamen per Apollinem Delphicum et Dianam et Ve-
 nerem ipsam et Amores, ita se omnia facturum, sicuti Cha-
 riclea vellet et mandavisset.

XIX. Et hi quidem haec et quaedam alia, deos contestati,
 paciscebantur inter sese. Ego autem ad Chariclem con-
 tento cursu veniens, tumultu plenam et luctu domum de-
 prehendo, cum jam ministri ad ipsum venissent et raptum
 virginis nuntiassent, et cives frequentes confluerent et Cha-
 riclem lugentem circumstisterent, denique inscitia eorum,
 quae facta essent et inopia consilii quae facienda essent, la-
 borarent. Intonans igitur magna voce, O infelices, inquo,
 quamdiu tandem stupidis haud absimiles, muti et ignavi
 sedebitis, tanquam una cum adversa fortuna mens etiam
 vobis erepta sit? An non armati jam persequimini hostes?
 Non comprehendetis et supplicio afficietis eos, qui vos in-
 juria affecerunt? Charicles autem : Supercavaneum est for-
 tassis, deinceps certare cum praesenti fortuna. Intellego
 enim, quod ob iram deorum luo hanc poenam, quam ab eo
 tempore, quo intempestive in adytum ingressus vidi quae
 fas non fuerat, deus mihi praedixit, propter ea his, quae
 animo meo carissima essent, me privatum iri. Attamen
 nihil impedit, etiam cum diis, ut aiunt, pugnare, si quos
 persequi oporteat et quis tantam cladem nobis intulerit,
 cognoscamus. Thessalus, inquo, qui apud te fuit in
 admiratione, quem etiam mihi amicum fecisti, Theagenes
 est et ii qui cum eo fuerunt adolescentuli. Horum invenias
 fortasse aliquem adhuc in urbe, qui usque ad hanc vesperam
 hic morabantur. Quamobrem surge et in concilium con-
 voca populum. Fiebat ita : duces concionum indicebant,
 tuba praeconium urbi significantes : populum statim aderat :
 theatrum nocturna curia fiebat. Charicles, in medium
 progressus, apparens subito omnibus lacrimas excussit, ni-
 gra veste indutus : et facie atque capite cinere sparsis, talia
 dicebat : Fortassis me, o Delphi, meas ipsius rationes expo-
 nere volentem, in medium progressum et tantam convo-

ναι τὴν ἐκκλησίαν ἡγείσθε, πρὸς τὴν ὑπερβολὴν τῶν
 ἐμῶν συμφορῶν ἀφρονῶντες, ἔχει δ' οὐχ οὕτως, πράττω
 μὲν γὰρ θανάτου καὶ πολλᾶκις ἀξίως· τὸ δὲ νῦν, ἔρημος
 καὶ θεήλατος καὶ μόνῃ λοιπὸν οἰκία, πάντων ἅμα τῶν
 5 φιλιππῶν κεκενωμένη μοὶ συνομιλῶν. Ὅμως δ' οὖν
 ἢ τε κοινὴ πάντων ἀπάτη καὶ μάταιος ἐλπίς ἔτι με
 καρτερεῖν ἀναπείθει, τὴν εὔρεσιν τῆς θυγατρὸς ἐνδε-
 χομένην ὑποτιθεμένη· καὶ ἔτι πλέον ἢ πόλις, ἣν ἰδεῖν
 10 πρῶτον τιμωρίαν εἰσπεπραγμένην παρὰ τῶν ἐξυβρι-
 σάντων ἀναμένω· εἰ μὴ ἄρα καὶ ὑμῶν τὸ φρόνημα τὸ
 ἐλεύθερον καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἐνεγκούσης καὶ Θεῶν τῶν
 πατρῶϊων ἀγανάκτησιν, τὰ Θεταλά μεираία προσα-
 φήρηται. Τὸ γὰρ δὴ πάντων βαρύτατον, ὅτι γορευ-
 τὰι παῖδες εὐαρίθμητοι καὶ θεωρίας ὑπηρεταὶ πόλιν
 15 οἰχόμενοι τῶν Ἑλληνίδων τὴν πρώτην πατήσαντες καὶ
 τὸν νεόν τοῦ Πυθίου τοῦ τιμιωτάτου κτήματος ἀποσυ-
 λήσαντες, Χαρικλείας, οἶμοι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν.
 Ὡς τῆς ἀμειλίχτου καθ' ἡμῶν τοῦ δαίμονος φιλονεικίας.
 Τὴν πρώτην μοὶ καὶ γνησίαν, ὡς ἴστε, θυγατέρα ταῖς
 20 νυμφικαῖς λαμπάσι συναπέσθεσε· τὴν μητέρα μοὶ τὴν
 ἐκείνης, ἐπὶ νεαρῷ τῷ πάθει συναπήγαγεν· ἐμὲ τῆς
 ἐνεγκούσης ἐξήλασεν. Ἄλλ' ἦν πάντα φορητὰ μετὰ
 τὴν Χαρικλείας εὔρεσιν. Χαρίκλεια μοὶ βίος ἦν, ἐλπίς
 καὶ διαδοχὴ τοῦ γένους· Χαρίκλεια μόνῃ παραψυγῆ
 25 καὶ ὡς εἰπεῖν, ἀχχυρα. Καὶ ταύτην ὑπέτεμετο καὶ
 παρήνεγκεν, ὅτι ποτ' ἐστὶ τὸ εἰληγὸς με κλυδώνιον,
 ἢ δαιμόνιον (οὐχ ἄπλως τοῦτο, οὐδ' ὅτ' ἔτυγεν, ἀλλὰ
 καθ' ὃν εἴθετε καιρὸν ἄωρι καὶ ὠμά κατ' ἐμοῦ κωμα-
 ζειν), ἀπ' αὐτῶν μικροῦ τῶν παστάδων, ἄρι τῶν γά-
 30 μων ἅπασιν ὑμῖν προκεκρυγμένον.

Κ'. Ἐτι λέγοντα καὶ ὄλον εἰς Ὀρῆνον παραφερόμε-
 νον, ὁ στρατηγὸς Ἠγησίας ἐπεῖχέ τε καὶ ἐξεκρούετο,
 καὶ Ὡς παρόντες, ἔφη, Χαρικλεί μὲν ἐξέσται νῦν τε καὶ
 μετὰ ταῦτα Ὀρηνεῖν, ἡμεῖς δὲ μὴ συμβαπτίζόμεθα τῷ
 35 τούτου πάθει, μηδὲ λάθωμεν ὅσπερ βεῦμασιν τοῖς
 τούτου δάκρυσιν ὑποφερόμενοι καὶ τὸν καιρὸν προῖεμε-
 νοι, πρᾶγμα δὲ μεγίστην ἐν ἅπασιν ἔχει καὶ πολέμοις
 οὐχ ἥμισυ τὴν ῥοπήν. Ὡς νῦν μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ἐκ-
 κλησίας ἐξιώντων, ἐλπίς καταληφθῆναι τοὺς πολεμίους,
 40 ἕως βῆθμοτέρων αὐτοῖς τὴν πορείαν ἢ προσδοκία τῆς
 ἡμετέρας ἐμποιεῖ παρασκευῆς. Εἰ δ' οἰκτιζόμενοι
 μᾶλλον δὲ γυναικίζόμενοι, πλείονα τῇ μελλήσει τὴν
 προτέρησιν αὐτοῖς παρασχοίμεν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ καταγε-
 λάσθαι καὶ ταῦτα πρὸς μεираίων περιλείπεται· οὐς
 45 ἐγὼ φημὶ γρῆναι αὐτοὺς τέως ὅτι τάχιστα καταλαβόν-
 τας ἀνασκολοπίσαι καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀτιμῶσαι, διαβι-
 βάσαντας καὶ εἰς τὸ γένος τὴν τιμωρίαν. Τοῦτο δ' ἂν
 βένοιτο βραδίως εἰ πρὸς ἀγανάκτησιν κινήσαιμεν Θε-
 ταλοὺς, τὴν κατ' αὐτῶν τε τούτων εἰ τις διαφύγοιεν
 50 καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν, ἀπειπόντες αὐτοῖς ἐκ ψήφισματος
 τὴν θεωρίαν καὶ τὸν ἐναγισμὸν τοῦ ἥρωος, ἐκ τοῦ
 δημοσίου τοῦ ἡμετέρου τελείσθαι τῶν ἐπικρίναντας.

ΚΑ'. Ἐτι τούτων ἐπινοουμένων καὶ δόγματι τοῦ
 δήμου κυρουμένου, Ἐπιχειροτονεῖσθω, ἔφη ὁ στρα-

casse concionem existimatis, magnitudinem mearum cala-
 mitatum intuentes. Sed aliter se res habet. Etsi enim sae-
 pius ea sustineam, quæ vel morte ipsa graviora sint et
 nunc deserta et divinitus vastata et sola in posterum mihi
 sit domus, omnibus simul carissimis, in quorum consuetu-
 dine et suavitate acquiescebam, orbata, tamen, quæ omnes
 attingit, frustratio et inanis spes adhuc me sustentat, utque
 perdurem, excitat, me filiam recuperaturum pollicens,
 maxime vero urbs, quam victricem, sumta pœna de his,
 qui illam injuria affecerunt, prius me videre expeto et ex-
 specto. Nisi forte et vobis animum generosum et indigna-
 tionem pro patria et diis patriis, Thessali adolescentuli ab-
 stulerunt. Nam quod est gravissimum, pueri tripudiones
 pauci et sacrae legationis ministri, abeunt, primaria urbe
 inter Græcæ vastata, et templo Apollinis pretiosissimo
 thesauro spoliato, hei mihi! allata e meis oculis Chariclea.
 O implacabilem numinis erga nos et pertinacem iram. Pri-
 mam mihi, ut scitis, et genuinam filiam, una cum spon-
 salibus facibus exstinxit: matrem præ dolore, quem ceperat
 ex illius morte, simul abduxit: me patria expulit. Sed
 erant omnia tolerabilia, post Charicleæ inventionem. Cha-
 riclea mihi vita erat, spes et successio generis: Chariclea
 sola solatium et ut ita dicam ancora. Et hanc abruptit et
 abstulit, quodcumque sit, quod me invasit, tempestas,
 aut dæmonium, (nec quidem simpliciter, neque fortuito,
 sed quo tempore consuevit in tempestive et crudeliter nobis
 insultare), propemodum ab ipsis thalannis, nuper nuptiis
 vobis omnibus jam antè denuntiatis.

XX. Adhuc dicentem et totum in luctum a proposito de-
 labentem, dux Hegesias cohibebat et amovebat, et O vos,
 qui aestis, inquit, Charicli quidem et nunc et postea lugere
 licebit; nos vero non mergamur hujus dolore, neque in-
 considerate Illius lacrimis, tanquam aquæ impetu, auferamur,
 occasionem negligentes, quæ cum omnibus in rebus,
 tum in bellis maximum momentum habet. Nam nunc no-
 bis, ex concione exeuntibus, spes est aliqua hostes posse
 comprehendi, dum, ut securius iter faciant, efficit nostri
 apparatus cunctatio. Quod si adhuc miserantes, vel potius
 muliebri gestu deplorantes, cunctatione majorum illis facul-
 tatem ad effugiendum præberimus, nihil aliud, nisi ut
 irrideamur, idque ab adolescentulis, relinquatur. Quos
 ego aio quamprimum comprehensos, cruci affigi oportere
 et, quosdam ex illis ignominia affici, translata etiam in fami-
 liam pœna. Hoc autem faciliè fieri possit, si ad indigna-
 tionem commoverimus Thessalos contra hos ipsos, qui
 effugerint et eorum posteros, invidicentes illis decreto
 sacra legatione et justis funebribus herois, et ut ararii pu-
 blici sumtu hæc fiant decernentes.

XXI. Cum hæc adhuc collaudarentur et decreto populi
 comprobarentur: Confirmetur suffragiis vestris, inquit dux,

τηγός, εἰ δοκεῖ, κάκεινο, μηκέτι τὴν ζάκορον ἀναφαί-
 νειν τοῖς τὸ ἐνόπλιον τρέχουσιν. Ὡς γὰρ ἔχω συμ-
 βαλεῖν, ἐκεῖθεν ἢ ἀρχὴ Θεαγένει τῆς ἀσεβείας ἐξήφθη
 καὶ τὴν ἀρπαγὴν, ὡς ἔοικεν, ἐκ τῆς πρώτης θεάς ἐνε-
 5 θυμήθη. Καλὸν οὖν περιγράψαι τὸν ἐξῆς χρόνον, τὴν
 ἁμοίαν τινῶν ἐπιχείρησιν. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα μὲν
 ψήφω καὶ χειρὶ τῇ πάντων ἐκράτησεν, ὁ μὲν Ἥγησίας
 ἐδίδοι τῆς ἐξόδου τὸ σύνθημα καὶ πολεμικὸν ἢ σάλπιγξ
 ὑπεσήμενεν, τὸ δὲ θέατρον εἰς τὸν πόλεμον διελύετο
 10 καὶ δρόμος ἀκάλεκτος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τὴν μά-
 χην ἤνυετο, οὐ τῆς ἐνόπλου μόνον καὶ ἰσχυούσης ἡλι-
 κίας, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν παῖδες καὶ ἀμφιβόλως ἔφηβοι
 τὴν προθυμίαν εἰς ἀκμῆς προσθήκην ποιησάμενοι, τῆς
 ἐξόδου μετασχεῖν ἐκείνης ἐθρασύνοντο. Πολλὰ δὲ
 15 γυναῖκες ἀνδρείοτερον τῆς φύσεως ἐφρόνησαν καὶ τὸ
 προστυχὸν εἰς ὄπλον ἀρπασάμεναι, μετέθεον ἀνήνυτα
 καὶ τὸ θῆλυ καὶ οἰκεῖον ἀσθενὲς ὑπερρίζουσαι τῶν ἔργων
 ἐγνώριζον. Εἶδες ἂν καὶ πρεσβύτου πρὸς τὸ γῆρας
 μάχην, καὶ ὥσπερ ἔλκουσαν τὸ σῶμα τὴν διάνοιαν καὶ
 20 ἀνειδιζομένην τὴν ἀσθένειαν ὑπὸ τῆς προθυμίας. Οὕ-
 τως ἄρα πᾶσα ἢ πόλις υπερήλγησε τὴν Χαρικλείας
 ἀφαίρεσιν, καὶ ὥσπερ ἐνὶ πάθει κεκινήμενη πρὸς τὴν
 οἰωσιν αὐτοβοεῖ καὶ οὐδ' ἡμέραν ἀναμείνασα, πάνδη-
 μον αὐτὴν ἐπαρῆξεν.

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

25 Α'. Ἡ μὲν δὴ πόλις ἡ Δελφῶν ἐν τούτοις ἦν καὶ ἔδρα-
 σεν ὅ τι δὴ καὶ ἔδρασεν, οὐ γὰρ ἔχω γινώσκειν, ἐμοὶ
 δὲ τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς ἢ ἐκείνων ἐπιδιώξας ἐπέβαλεν,
 ἀναλαβὼν τε τοὺς νέους ἦγον ἐπὶ θάλατταν, αὐτῆς ὡς
 εἶχον τῆς νυκτὸς, ἐνεβίβαζόν τ' εἰς τὴν ναῦν τὴν Φοί-
 30 νισσαν ἄρτι τὰ πρυμνήσια λύσει μελλούσαν· καὶ γὰρ
 πῶς καὶ ὄρθρου λοιπὸν ὑποφαίνοντος οὐδ' ὑπερβαίνειν
 ᾔοντο τὸν πρὸς με δροκον οἱ Φοίνικες, ἡμέραν [καὶ
 νύκτα] ἀναμείναι μόνον συνθέμενοι. Λίαν οὖν χαί-
 ροντες ἤκοντας ἡμᾶς ὑποδέχονται. Καὶ παραχρῆμα
 35 λιμένων ἐκτὸς ὑπ' ἔρεσσι τὸ πρῶτον ἀνήγοντο· ὡς δὲ
 λείου πνεύματος ἐκ γῆς προσπνευόμενον κῦμα χθαμαλὸν
 ὑπέτρεχε τε καὶ οἶον προσγέλα τῇ πρύμνῃ, τότε δὴ
 τὴν ναῦν τοῖς ἰστίοις ὑποφέρειν ἐπέτρεπον. Κιρραῖοι
 μὲν δὴ κόλποι καὶ Παρνασσὸς πρόποδες Αἰτωλοῖ τε
 40 καὶ Καλυδῶνιοι σκόπελοι μονοῦ διπταμένην τὴν
 δολιχὰ παρημείβοντο, νῆσοι δ' Ὀρεῖαι καὶ σχῆμα καὶ
 ὄνομα, θάλαττά τε Ζακύνθιος, ἄρτι πρὸς δύσιν ἡλίου
 νεύοντος, ἀνεφαίνοντο. Ἀλλὰ τί ταῦτ' αὐρὶ μὴκύνω;
 τί δὲ λανθάνω ἑμαυτὸν καὶ ὑμᾶς καὶ ἐκτείνω τὴν διήγη-
 15 σιν, εἰς πέλαγος ὄντως ἀφείς τῶν ἐξῆς; ἐνταῦθα ποῦ
 τὸν λόγον ἐπίσχωμεν, δλίγον δὲ καὶ ὕπνου σπάσωμεν.
 Εἰ γὰρ καὶ λίαν ἄοκνος ὑπάρχεις τὴν ἀκοήν, καὶ ἐρρω-
 μένως ἀπομάχη πρὸς τὸν ὕπνον, ὦ Κνήμων, ἀλλ'
 ἡγοῦμαι σε λοιπὸν δολιάζειν, ἐμοῦ τὰμαυτοῦ [πάθη]

si videtur, et illud, ut non amplius facem accendat aeditua
 his, qui cursu in armis certant. Quantum enim conjicere
 possum, inde primum Theagenes hoc facinus animo conce-
 pit et de hoc raptu, ut videtur, statim primo ejus aspectu
 cogitavit. Consultius itaque est, ipsam in consequens tem-
 pus occasionem talis aliquorum conatus praecidere. Post-
 quam autem et haec uno calculo et manu omnium obtinuit,
 Hegesias exitus signum dabat, tuba bellicum canebat, thea-
 trum in bellum dissolvebatur et cursus effusus ex concione
 in proelium fiebat, non tantum robustae et armatae aetatis,
 sed etiam multi pueri et vix puberes, promptitudine quod
 desset aetati addentes, audebant illius expeditionis esse
 participes. Multae quoque mulieres fortiores quam pro
 natura animos gerebant et eo, quod cuique fuit obvium,
 armorum loco arrepto, nequidquam insequabantur: suc-
 cessuque frustratae, femineam suique sexus imbecillitatem
 cognoverunt. Vidisses et senis cum senectute pugnam et
 tamquam trahentem corpus animum et illi praerardore et
 promptitudine infirmitatem ut probrum objicientem. Tan-
 tum omnino dolorem urbs tota cepit ex raptu Charicleae
 et tamquam uno affectu commota, ad persecutionem mox,
 ne diem quidem exspectans, universa sese effudit.

LIBER QUINTUS.

I. Urbs igitur Delphorum his erat occupata, quicumque
 tandem successus fuerit, neque enim compertum habeo.
 Mihi vero occasionem fugae illorum persecutio attulit et
 assumtos juvenes ducebam ad mare, ut erant, eadem
 nocte et imponebam in navem Phoenicium, continuo funes
 soluturam. Etenim jam diluculo aliquomodo apparente,
 non existimabant se amplius jusjurandum mihi datum vio-
 laturus Phoenices, diem tantum [et noctem] unam exspe-
 ctandi mecum pacti. Magno igitur cum gaudio venientes
 nos recipiant et statim e portu remigum ope primum in
 altum provehebantur: deinde postquam placido vento a
 terra adspirante, fluctus humiles subibant et quasi agri-
 debant puppi, navem velis passis ferri permittebant.
 Atque ita Cirrhæi sinus et eminentiæ Parnassi, Ætoli et
 Calydonii scopuli propemodum transvolantem navem præ-
 teribant et insulæ Acutæ figura et nomine, ac mare
 Zacynthium, sole tum primum ad occasum vergente, ap-
 parebant. Sed quid hæc intempestive produco? Quid
 porro mei ipsius et vestri sum oblitus et narrationem ex-
 tendo, pelago vos deinceps revera committens? Hic
 reliquum sermonis cohibeamus, vicissimque paullulum
 somni capiamus. Licet enim minime sis in audiendo tæ-
 diosus et fortiter somno repugnes, Cnemon, tamen existimo
 te jam deinceps labascere, cum ego meas res ad multam

μέχρι πόρρω τῶν νυκτῶν ἀποτείνοντας. Καμὲ δὲ λοιπὸν, ὃ τέκνον, γῆρας τε βαρύνει καὶ ἡ τῶν συμφορῶν ὑπόμνησις παραλύουσα τὴν διάνοιαν εἰς ὕπνον καταφέρει. Ἐπίσχεες, εἶπεν ὁ Κνήμων, ὦ πάτερ, οὐχ ὡς ἐμοῦ τὴν διήγησιν ἀποσκευαζόμενον, δοκῶ γάρ μοι μὴδ' εἰ πολλὰς μὲν νύκτας, πλείους δ' ἡμέρας ἐπισυνάπτους, τοῦτ' ἂν ποτε παθεῖν, οὕτως ἀχόρεστόν τι καὶ σειρήνιον τὸ κατ' αὐτήν. Ἀλλὰ με πάλαι θροῦς τις καὶ βόμβος ὄχλου κατὰ τὴν οἰκίαν περιηγεῖ. Καὶ ἦν μὲν οὐκ ἐκτὸς τοῦ θρυβεῖσθαι, σιωπᾶν δ' ἐβιαζόμεν, ἐπιθυμία τῶν αἰεὶ πρὸς σοῦ λεχθησομένου ἐλκόμενος. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἠσθόμην, ἔφη ὁ Καλάσιρις, τάχα μὲν που καὶ δι' ἡλικίαν νωρρότερος ὢν τὴν ἀκοήν, (νόσος γάρ ἄλλων τε καὶ ὧτων τὸ γῆρας) ἴσως δὲ καὶ πρὸς τὴν διήγησιν ἠσυχολημένος. Ἔοικε δὲ μοι Ναυσικλῆς ἔχειν ὁ τῆς οἰκίας δεσπότης, ἀλλὰ τί ἄρα ποτὲ, ὦ θεοί, διαπεπραγμένος; Ἄπαντα, ὡς ἠθουλόμην, ἔφη ὁ Ναυσικλῆς, ἀθρόον αὐτοῖς ἐπιφανείς, οὐ γάρ μ' ἔλαθες, ὦ ἰαθὲ Καλάσιρι, φροντίζων τὰς ἐμὰς πράξεις καὶ ὡσπερ τῇ διανοίᾳ συνεκδημῶν. Ἀλλὰ σε ἐφώρασα τῆ τ' ἄλλω σου περὶ ἐμὲ τρόπῳ καὶ ὡς ἐνταῦθ' εἰσιῶν κατέιληθα διαλεγόμενον. Ἀλλὰ τίς ὅδ' ὁ ξένος; Ἐλλην, ἔφη ὁ Καλάσιρις, τὰ δ' ἄλλα εἰσαυθῆς ἀκούσῃ. Σὺ δ' εἰ τί σοι κατώρθωται δεξιὸν, ἀπάγγελλε θᾶπτον, ὡς ἂν τοῦ χαιρέιν γ' ἔχοις κοινωνοῦντας. Ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς, εἶπεν ὁ Ναυσικλῆς, εἰς ἐμὴ μαθήσεσθε· τὸ δὲ παρὸν ὑμῖν, ὅτι βελτίονα Θίσβην ἐκτησάμην, ἀπόχρη μαθεῖν, ἐμοὶ γάρ τὴν τ' ἐκ τῆς ὀδοπορίας καὶ τῶν ἄλλων φροντῖδων κάκωσιν, ὕπνῳ βραχεῖ γούν ἐστι παραμυθητέον.

Β'. Ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν ἀπέτρεχεν, ὡς εἰρήκει ποιήσων. Ὁ δὲ Κνήμων αἴος ἐγεγόνει πρὸς τὴν ἀκοήν τῆς Θίσβης, ὑπὸ τ' ἀμηχανίας πᾶσαν ἔνοιαν διαπορῶν ἀνέστρεψε, βαρῦ τε καὶ συνεχῆς ἐπιστένων, τὸ λειπόμενον ἐταλαιπώρει τῆς νυκτός· ὥστ' οὐδὲ τὸν Καλάσιριν ἐλάτθανε τελευταῖον, ὕπνῳ καὶ ταῦτα βαθεῖ κατεσχημένον· ἀλλ' ἀναστῶν αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος κατὰ τοῦ ἀγχιῶνος ἐρέισας, ὃ τι πεπόνθοι διηρώτα καὶ δι' ἦν αἰτίαν οὕτως ἐκτόπως ἀλούσι σχεδὸν τι τῶν μεμνησμένων οὐκ ἀποδέειν. Εἶτ' οὐ μὴ μανῶ, πρὸς αὐτὸν ὁ Κνήμων, Θίσβην ὅτι περίεστιν ἀχχοῦσι; Καὶ τίς ἡ Θίσβη, ἔφη ὁ Καλάσιρις, καὶ πόθεν γνωρίζεις τ' ἀκούσας καὶ ζῶσαν ἀγγελλομένην φροντίζεις; Καὶ δεῖ, τῶν μὲν ἄλλων ἀκούσῃ μετὰ ταῦτα, ὅταν ποτὲ καὶ τὰμαυτοῦ σοι διηγήσομαι· ἐκείνην δ' ἀνηρημένην τουτοισὶ ἐγὼ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐγνωρίσα καὶ παρὰ τοῖς βουκόλοις χερεὶ ταυταισὶ [ταῖς ἐμαῖς] κατέσασα. Κάθευδε, εἶπεν ὁ Καλάσιρις, ταῦτα δ' ὅπη ποτ' ἔσχεν οὐκ εἰς μακρὰν εἰσόμεθα. Οὐκ ἂν δυναίμην, ἔφη, ἀλλὰ σὺ μὲν ἀτρέμας ἔχε σαυτὸν, ἐγὼ δ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν βιώην, εἰ μὴ θᾶπτον ὑπεξελθὼν, τρόπον ὃν τινα δὴ (ποτε) πολυπραγμονήσομαι, τίς ποτε πλάνη τὸν Ναυσικλέα κατέιληπεν καὶ ὅπως παρὰ μόνους Αἰγυπτίοις οἱ τεθνεώτες ἀναβιοῦσιν. Ἐμειδίασε πρὸς ταῦτα μικρὸν ὁ Καλάσιρις καὶ αὐθῆς ὑπηνέχθη τῇ ὕπνῳ.

noctem produxerim. Et me alioqui, fili, cum senectus gravat, tum calamitatum recordatio, mentem conturbans, in somnum defert. Cohibe, dixit Cnemon, pater, non tanquam me narrationem aversante: nam mihi quidem, etiamsi multas noctes et dies plures conjungas, id accidere non posse videtur, adeo insatiabili quadam suavitate et Sireniis illecebris condita est. Sed me jam pridem murmur quoddam et sonitus tumultus cujusdam circa aedes circumsonat. Et quidem non eram perturbatione vacuus, sed repressi me, cupiditate a te dicendorum illectus. Ego quidem non sensi, inquit Calasiris, tum quod sim vel ob aetatem hebetiori ac languidiori auditu, (senectus enim cum aliarum partium, tum aurium praecipue morbus est) tum fortassis eo quod narrationi animo vacarim. Videtur autem mihi Nausicles venire, aedum dominus, sed quid tandem, o dii, efficit? Omnia, ut volebam, inquit Nausicles, cum subito illis apparuisset. Neque enim me latuit, bone Calasiri, quod sollicitus esses de mea expeditione et tanquam animo una esses. Sed te perspexi, cum alias ex tua erga me observantia et voluntate, tum ex his, de quibus te hic colloquentem ingressus deprehendi. Sed quis est hic hospes? Graecus, inquit Calasiris: caetera vero deinceps audies. Tu vero, si quid a te dextere confectum est, nuntia citius, ut habeas quoque gaudii participes. Sed et vos, inquit Nausicles, diluculo audietis: in praesentia autem vobis, quod meliorem Thisben acquisiverim, scire sufficere; mihi enim cum ex itinere, tum ex aliis cogitationibus molestia somno brevi utique est lenienda.

II. Illic quidem cum haec dixisset, discedebat facturus, quae dixerat. Cnemon autem contristatus, audito Thisbes nomine, praequae sollicitudine exsanguis stetit et graviter continueque ingemiscens, reliquum noctis sese discrucians traducebat; ut neque Calasiridem ad extremum lateret, quamvis arcitore somno detentum; sed erigens se senex et cubito innixus, quid illi accidisset interrogabat et quam ob causam tantopere inquietus esset, non multum distans ab insanis. An non merito insaniam, ad ipsum Cnemon, cum, quod Thisbe sit superstes, audierim? Quae autem est haec Thisbe, inquit Calasiris, et unde auditam agnoscis et nuntio allato, quod vivat, sollicitus es? Et ille: Alia quidem audies postea, quando tibi et meas res exponam: ceterum illam interfectam hisce oculis ego agnovi, et apud hubulcos hisce melis manibus sepelivi. Dormi, dixit Calasiris; haec autem quomodo se habeant, non ita multo post cognoscemus. Non potero, inquit. Sed tu quidem quiesce immotus, ego autem haud scio an possim vivere, nisi quamprimum clam egressus, aliquo modo curiosius inquisivero, in quo errore Nausicles versetur et quomodo apud solos Aegyptios mortui reviviscant. Arrisit ad haec leniter Calasiris et rursus lapsus est in somnum. Cnemon autem

Ὁ δὲ Κνήμων τοῦ δωματίου προήκων ἔπασχε μὲν ὡς εἰκὸς ἦν τὸν νύκτωρ καὶ σκότους καὶ κατ' οἴκIAN ἀγνωστον ἀλύοντα, πλὴν ἀλλὰ πάντα γ' ὑπέμενε τὸ δεῖμα τὸ ἐκ τῆς Θίσβης καὶ τὴν ὑπόνοιαν ἀποδύσασθαι σπεύδων· ἕως ὅψε ποτε καὶ πολλὰκίς τοὺς αὐτοὺς ὡς ἄλλοτ' ἄλλους ἀνελλίτων τόπους, ἤσθετο γυναικὸς λαθρατῶν τι καὶ γοερὸν, ὄϊον ἤρινθης ἀηδόνας αἴλιον ὦδῶν ἐν νυκτὶ μυρομένης, ἐπὶ τε τὸ δωμάτιον ὑπὸ τοῦ θρήνου χειραγωγούμενος ὄρμησε καὶ ταῖς θύραις, καθ' ὃ συνέπιπτον ἀλλήλαις, τὸ οὖς παραθέμενος, ἐπικραῶτο καὶ τοιάδε κατελάμβανεν ἔτι θρηνοῦσαν· Ἐγὼ δ' ἡ παναθλία, χεῖρα ληστρικὴν ἐκπεφευγῆναι καὶ μαισιόρον ὤομην θάνατον ἐλπισθέντα διαδεδραχέαι, βιώσεσθαι τε τὸ λειπόμενον ἅμα τῷ φιλάτῳ, ξένον μὲν καὶ ἀλήτην βίον ἀλλὰ μετ' ἐκείνου γιγνόμενον ἤδιστον. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐμοὶ χαλεπὸν, ὃ μὴ μετ' ἐκείνου φορητόν. Νυνὶ δὲ μηδέπω κεκορησμένος (ὃ) ἐμὲ ἐξαρχῆς εἰληχῶς δαίμων, μικρὸν τῶν ἡδέων ὑποθέμενος εἶτ' ἠπάτησε. Δουλείαν ὤμην ἐκπεφευγῆναι, καὶ δουλεύω δὲ πάλιν· δεσμοτήριον, καὶ φρουροῦμαι· νῆσος εἶχ' ἐμὲ καὶ σκότος, ὅμοια τὰ νῦν ἐκείνοις, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν καὶ μικρότερα, τοῦ καὶ βουλομένου καὶ δυναμένου ταῦτα παραμθεῖσθαι χεχωρισμένου· σπήλαιον ἦν μοι ληστρικὸν εἰς τὴν παρελθούσαν καταγῶγιον, ἄδυτον καὶ βράθρον καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ τάφος ἡ οἰκησις; Ἐπεκοῦφιζε καὶ ταῦτα πᾶρων ὃ πάντων ἐμοὶ φίλτατος. Ἐκεῖ μὲν καὶ ζῶσαν ἐθρήνησε καὶ θενωῖσαν, ὡς ἦετο, ἐδάχρυσεν· ὡς ἀνηρημένην ἐπένησεν. Ἀπεστέρημαι νυνὶ καὶ τούτων. Οἴχεται ὃ κοινῶν τῶν δυστυχημάτων καὶ ὡς ἄχθη τὰ πάθη πρὸς με νεμόμενος. Ἐγὼ δὲ μόνη καὶ ἔρημος, αἰχμαλώτος καὶ πολύθρηνος, τύχης βουκολήμασι πικρᾶς ἐκχειμένη καὶ ζῆν τέως ἀνασχομένη, διότι μοι περιεῖναι τὸν γλυκύτατον ἐλπίζω. Ἄλλ', ὦ ψυχὴ ἐμῆ, ποῦ ποτ' ἄρα τυγχάνεις; τίς δέ σε διεδέξεται τύχη; Ἄρα μὴ καὶ αὐτός, οἴμοι, δουλεύεις, τὸ μόνον ἐλευθέρον καὶ ἀδούλωτον, πλὴν ἔρωτος, φρόνημα; Ἄλλὰ σώζοιό γε μόνον καὶ θεάσαιό ποτε Θίσβην τὴν σὴν τοῦτο γὰρ με καλέσεις καὶ μὴ βουλόμενος.

Γ'. Οὐκ ἔτι κατέχειν αὐτὸν ἐκατέρησεν ὃ Κνήμων, ὡς τούτων ἤκουσεν, οὐδ' ὑπέμεινε τὴν τῶν ὑπολοίπων ἀχροάσιν, ἀλλ' ἐκ τῶν πρώτων ἕτερα ὑπονόησας, ἐκ τῶν ἐπὶ τέλους τὴν Θίσβην εἶναι τῷ ὄντι πιστεύσας, ὀλίγον μὲν ἐδέησε κατενεχθῆναι παρ' αὐταῖς σχεδόν τι ταῖς θύραις. Ἄντισχον δὲ χαλεπῶς καὶ δέει τοῦ μὴ πρὸς τινος ἀλῶναι, (καὶ γὰρ καὶ ἀλεκτρονέες ἦδη τὸ δεύτερον ἦδον), ἀπέτρεψε σφαλόμενος καὶ νῦν μὲν τὸ πόδε προσπταίων, νῦν δὲ τοῖς τοίχοις ἀθρόον ἐμπίπτων καὶ ἄρτι μὲν ὑπερθύροις, ἄρτι δὲ σκεύεσιν εἰ πῆ τι τῆς ὀροφῆς ἤρητο τὴν κεφαλὴν προσαράσσω, ἐπὶ τὸ δωμάτιον οὗ κατήγοντο μετὰ πολλὴν τὴν πλάνην ἀφικόμενος, ἀθρόον ἐπὶ τὴν εὐνὴν καταφέρεται· καὶ αὐτῷ τὸ μὲν σῶμα παλμὸς εἶχε, τῶν δ' ὁδόντων ἄραβος πολλὴς ἐρίγνετο. Καὶ τάχ' ἂν καὶ εἰς ἔσχατον ἤλαθε κινδύνου, εἰ μὴ θᾶπτον ὃ Κελάσιρις αἰσθόμενος,

egressus ex conelavi, passus est utique, quæ consentanea erant, ut qui noctu et in tenebris in ignota domo oberraret, attamen omnia sustinebat, metu propter Thisben et suspicione exonerare se quamprimum properans: donec sero tandem et sæpius iisdem locis tanquam in aliis sese volvens, sensit mulierem clam et lugubriter tanquam venam lusciniæ, lugubri et miserabili cantilena lamentantem, et ad domunculam luctu quasi manu ductus contendit et foribus, qua parte inter se committebantur, aurem admovens, audiebat, talique modo adhuc lamentantem deprehendit: Ego vero misera, ex manibus prædonum me elapsam esse et mortem cruentam expectatam effugisse arbitrabar et acturam me deinceps cum carissimo erraticam quidem in peregrina terra vitam, sed cum illo suavissimam futuram. Nihil enim mihi tam molestum, aut grave, quod non cum illo sit tolerabile. Nunc autem nondum satiatum, quod ab initio sortitus sum, numen, cum parum jucundi proposuisset, rursus decepit. Servitutem me effugisse existimabam, at servio rursus; carcerem, et in custodia detineor. Insula me habuit antea et tenebræ: præsens status illi jam est similis, vel, ut verius dicam, etiam acerbior, eo qui hæc consolatione lenire et voluisset et potuisset separato a me et avulso. Antrum prædonum die, qui præcessit, diversorium mihi fuit: infernum et barathrum, denique quid aliud quam sepulcrum illa habitatio? Ceterum et hæc omnium mihi carissimus præsens levabat. Illic et viventem luxit et propter mortuam, ut rebatur, lacrimas profudit et tanquam interfectam deploravit. Nunc et his sum orbata. Perit particeps mearum calamitatum, necum dolores tanquam onera partiri solitus. Ego autem sola et deserta et captiva et multis modis deploranda relinquitur, acerbæ fortunæ arbitrio exposita, et eo tantum vitam retinens, quod superstitem esse carissimum spero. Sed, o anima mea, ubi tandem es? aut quæ te exceperit fortuna? An et ipse, heu mihi! servis, libero animo et servitutis impatiente, præter amoris, præditus? Sed superstes sis tantum et conspicias aliquando Thisben tuam. Ita enim me vocabis etiam nolens. X

III. Non amplius se continere potuit Cnemon, ut hæc audivit, neque expectabat, ut reliqua audiret, sed ex primis alia suspicatus, ex his autem quæ sub finem audierat, Thisben esse prorsus statuens, parum aberat quin collaberetur apud ipsas propemodum fores. Ceterum cum vix restitisset, metu ne ab aliquo deprehenderetur, (jam enim galli secundo oecinebant) aufugit lapsans, et nunc pedes offendens, nunc vero in parietes subito incidens et jam liminibus superis, jam vasis, sicubi forte laqueari dependebant, caput impingens. Cum autem ad domunculam, ubi diverterant, longum tandem post errorem venisset, continuo in lectum corruit: et ipsius quidem corpus tremor invadebat, dentium autem multa collisio existebat. Et fortasse ad extremum periculum devenisset, nisi statim Calasiris, postquam id sensit, assidue illum fovisset et

ἔθαλπε τε συνέγων καὶ λόγῳ παντοίως ἀνελάμβανεν. Ἐπεὶ δὲ μικρὸν ἀνέπνευσε, τὴν αἰτίαν ἐξεμάνθανεν. Ὁ δὲ, Ἀπόλωλα ἔφη, ζῆ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ κακίστη Θίσβη. Καὶ εἰπὼν, αὐτὸς ἐξέθανε.

5 Δ'. Καὶ ὁ Καλάσιρις αὐτὸς πράγματα εἶχεν, ἐπιρρωννύναι πειρούμενος. Ἐπαίξε δ' ἄρα τι τὸν Κνήμιωνα δαιμόνιον, ὃ καὶ τὰλλα γλεύτην ὡς ἐπίπαν τὰ ἀνθρώπεια καὶ παιδιὰν πεποιήται καὶ οὐδὲ τῶν ἡδίστων ἀλύτους μετέχειν ἐπέτρεπεν, ἀλλ' ὅτι μετ' ὀλίγον ἡσθήσεται ἔμελλεν, ἥδη τὸ ἀλγεινὸν ἐπέπλεκε· τάχα μὲν οὕτως ἔθος ὃν αὐτῶ καὶ νῦν ἐπιδεικνύμενον, τάχα δὲ 10 που καὶ τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἀμιγῆς καὶ καθαρὸν τὸ χαίρον οὐκ ἐπιδεχομένης. Ὡς δὲ καὶ τότε ὁ Κνήμιων ἔφευγε τε τὰ πάντων μᾶλλον αἰρετὰ καὶ φοβερά τὰ ἥδιστα ὑπελάμβανεν. Ἦν γὰρ οὐ Θίσβη τὸ θρηνοῦν γύναιον ἀλλὰ Χαρίκλεια. Γεγονοίη δὲ τὰ περὶ αὐτὴν ὡδε. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Θυάμις ἄλοος ἐξώρητο καὶ εἶχετο αἰγυμάλωτος, ἡ δὲ νῆσος ἐνεπέπρηστο καὶ τῶν ἐνοίκων κεκένωτο βουκόλων, ὃ μὲν Κνήμιων καὶ Θέρμουθις ὁ τοῦ Θυάμιδος ὑπασπιστής, ἔφωι τὴν λίμνην 20 διέπλευσαν, ὃ τι ποτε τὸν λήσταρχον ἔδρασαν οἱ πολέμιοι κατασκοπήσοντες. Ἔσχε τε τὰ κατ' αὐτοὺς ὡς δὴ καὶ εἶρηται. Μόνοι δὲ Θεαγένης καὶ Χαρίκλεια κατὰ τὸ σπήλαιον ὑπελείποντο, τὸ ὑπερβάλλον τῶν 25 παρόντων δεινῶν ἀγαθὸν μέγιστον τιθέμενοι. Τότε γὰρ πρῶτον ἰδία καὶ παντὸς ἀπηλλαγμένοι τοῦ ὀγλήσαντος, ἀλλήλοις ἐντυχόντες, ἀπαρποδίστων καὶ δλοσχερῶν περιπλοκῶν τε καὶ φιλημάτων ἐνεπίμπλαντο καὶ πάντων ἅμ' εἰς λήθην ἐμπεσόντες, εἶχοντο ἐπι- 30 πλεῖστον ἀλλήλων οἰονεὶ συμπεφυκότες, ἀγνεύοντος μὲν ἔτι καὶ παρθενεύοντος ἔρωτος κορεννύμενοι, δάκρυσι δ' ὑγροῖς τε καὶ θερμοῖς εἰς ἀλλήλους κεραυνύμενοι καὶ καθαρῶς μόνον μινύμενοι τοῖς φιλήμασιν. Ἦ γὰρ Χαρίκλεια τὸν Θεαγένην, εἴ τι παρακινουῦντα 35 αἰσθοῖτο καὶ ἀνδρίζομενον, ὑπομνήσει τῶν ὄρκων ἀνέστέλλεν. Ὁ δ' οὐ γαλεπῶς ἐπανάγητο καὶ σωφρονῶν βραχίως ἠνείχετο, ἔρωτος μὲν ἐλάττειν ἡδονῆς δὲ κρείττων γιγνώμενος. Ἐπεὶ δ' ὄψε ποτε τῶν πρακτέων εἰς ἔνοϊαν ἐλθόντες, δόξαί κόρον ἔχειν ἐβιάσθησαν, ἀρ- 40 χεται ὁ Θεαγένης λόγων τοιῶνδε· Ἐὶ μὲν συνεῖναι ἡμᾶς ἀλλήλοις, ὡς Χαρίκλεια καὶ τοῦτ' ἔχειν ὁ πάντων τε προτιμότερον ἐποιήσάμεθα καὶ διὸ πάντα ὑπέστημεν, ἡμεῖς τ' εὐχόμεθα, θεοὶ θ' Ἑλλήνιοι παρέχοιεν. Ἐπεὶ δ' ἀστάθμητόν τι τὸ ἀνθρώπειον καὶ ἄλλοτ' ἐπ' 45 ἄλλα φερόμενον καὶ πολλὰ μὲν πεπόνθαμεν, πολλὰ δ' ἐλπίζομεν, πρόκειται δ' ἡμῖν κατὰ τὰ συγκείμενα πρὸς Κνήμιωνα πάντοσι ἐπὶ Χέμμιν τὴν κώμην ἐπείγεσθαι καὶ ἀδελφον, ἥτις ἡμᾶς διαδέξεται τύχη, πολὺ δὲ καὶ ἄπειρον, ὡς ἔοικε, διάστημα τῆς ἐλπίζομένης 50 ἡμῖν ὑπολείπεται, φέρε σύμβολά τινα ποιησώμεθα, δι' ὧν ἀπόρρητά τε γνωριούμεν παρόντες καὶ εἰ χωρισθῆναι ποτε συμβαίνοι, μαστεύσομεν ἀλλήλους. Ἀγαθὸν γὰρ πλάνης ἐφόδιον, σύνθημα φιλικὸν εἰς ἀνεύρεσιν φυλαττόμενον.

sermone omnino ut ad se rediret effecisset. Utque paululum respiravit, causam ex eo sciscitabatur. Ille autem: Actum est de me, inquit, vivit enim revera pessima Thisbe. Et cum hac dixisset, iterum emoriebatur.

IV. Calasiris autem rursus multum negotii habuit, dum bono eum animo esse juberet. Enimvero illudebat plane Cnemoni quoddam numen, quod, ut alioqui ut plurimum res humanas in ludibrii et lusus loco collocat, ita neque tum suavissimis tranquille absque molestia frui permittebat, sed quod gavisurus erat paullo post, casum adversum implicabat: vel quod ea sit ipsius consuetudo, etiam tunc ostendens; vel quod natura humana meram et non temperatam lætitiā capere non possit. Quamobrem Cnemon quoque tum fugiebat ea, quæ illi omnium maxime fuerant expetenda et suavissima formidabilia esse existimabat. Muliercula enim, quæ plorabat, non erat Thisbe, sed Chariclea. Ita autem sese res illius habebat. Postquam Thyamis vivus venerat in hostium potestatem et captivus detinebatur, insula autem incensa fuerat et incolis prædonibus vacua, Cnemon quidem et Thermuthis, scutifer Thyamidis, matulini lacum transmiserunt, qua conditione esset præfectus apud hostes, exploraturi. Talis autem fuit ratio illorum itineris, qualis antea exposita est. Porro soli Theagenes et Chariclea in antro relinquuntur, præsentium calamitatum finem maximum bonum æstimantes. Tum primum enim seorsim, et omni qui obturbare potuisset liberati, secum versantes, non impediti toti se complexibus et osculis explebant et in omnium oblivionem delapsi, in amplexu mutuo diutissime hærebant, veluti in unum corpus coaluissent, casto quidem adhuc et pudico amore se satiantes, lacrimis autem humidis et calidis, purisque tantum mixti oculis. Etenim Chariclea, si quid Theagenem molientem, et decori fines egredientem, senserat, commemoratione jurisjurandi coercerat. Ille autem haud difficulter reduci se in viam patiebatur et ad moderationem revocari, cum amore quidem inferior, voluptate autem superior esset. Ceterum cum seto tandem, quæ essent agenda, cogitarent, necessitate coacti, se satiatos esse statuerunt: et Theagenes ejusmodi orationem exorsus est: Ut mutua consuetudine præsentem fruamur, Chariclea, et hoc consequamur, quod omnibus rebus anteposuimus et propter quod omnia sustinimus, et nos optamus, et dii Græcanici præbeant. Atqui cum humanarum rerum ratio sit instabilis et alias alio inclinet et multa passi sumus et multa speramus, propositum esse nobis etiam, sicuti pacti sumus cum Cnemone, omnino ad Chemmin pagum properare, tum incertum est, quæ nos fortuna sit exceptura et magnum immensumque, ut videtur, intervallum ad terram, quæ speratur a nobis, conficiendum restat: age, notas aliquas componamus, per quas et præsentem arcana cognoscemus et si aliquando ut sejungamur acciderit, absentes nos exquiremus inuito. Bonum est enim erroris compendium, amicorum tessera, quæ inventionis causa asservatur.

Ε'. Ἐπὴναι ταῦθ' ἡ Χαρίκλεια καὶ ἐδόκει ναοῖς ἐπιγράψαι, εἰ χωρισθεῖεν, ἢ ἀγάλμασιν ἐπισημοῖς, ἐρμαῖς τε καὶ λίθοις ἐπὶ τριόδῳ, τὸν μὲν Θεαγένην, ὁ Πυθικὸς, τὴν δὲ Χαρίκλειαν, ἡ Πυθιάς, ἐπὶ δεξιᾷ ἢ ἐπ' ἀριστερὰ πεπόρευται, πόλιν ἐπὶ τὴνδε ἡ κόμην ἢ ἔθνος, ἡμέραν καὶ ὥραν προσδιορίζοντας. Εἰ δ' εἰς ταῦτὸν γίνοντο, ἀρκεῖν μὲν τῷ ἑτέρῳ τὸν ἕτερον καὶ μόνον ὀφθῆναι. Οὐδένα γὰρ χρόνον εἶναι δὲ ἀμαυρῶσαι αὐτοῖς τῶν ψυχῶν τὰ ἐρωτικά γνωρίσματα. Ὅμως δ' οὖν ἡ μὲν Χαρίκλεια τὸν συνεχεῖμενον αὐτῇ πατρίῳν ἐδείκνυ δακτύλιον οὐλὴν δ' ἐπὶ τῷ γόνατος ἐκ θήρας σῦς ὁ Θεαγένης. Ἐκ δὲ λόγων σύμβολα ἢ μὲν λαμπάδα, ὁ δὲ φοῖνικα συνετίθεντο. Ἐπὶ τούτοις αὖθις περιέβαλλον ἀλλήλους καὶ αὖθις ἔκλαιον, ὥσπερ οἶμα σπονδῶν τῶν δακρῶν ἀπάρχοντες καὶ θρια τὰ φιλήματα ποιοῦμενοι. Τούτων συγκειμένων, ἀνεδύοντο τοῦ σπηλαίου, κειμηλίων μὲν ἄλλων τῶν ἐναποκειμένων οὐδενὸς θιγόντες, τὸν γὰρ ἀπὸ σκύλων πλοῦτον βέβηλον-ἐδοκίμαζον, ἃ δ' αὐτοὶ μὲν ἐκ Δελφῶν ἐπήγοντο, οἱ λησταὶ δ' αὐτῶν ἀφείλοντο, ταῦτα συνεσκευάζοντο. Ἡ Χαρίκλεια δὲ καὶ μετημφίασεν αὐτὴν, ἐνθεμένη μὲν πηριδίῳ τινὶ τούς θ' ὄρους καὶ τὰ στέμματα καὶ τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα καὶ ὥστε λανθάνειν αὐτοὺς καὶ ἄλλα σκευὴ τῶν εὐτελῶν ἐπιβαλοῦσα, τὸ δὲ τόξον καὶ τὴν φαρέτραν Θεαγένει φέρειν ἐγχειρίσασα, φόρτον ἡδιστον καὶ θεοῦ τοῦ κρατοῦντος ἐκείνου ὄπλον οἰκειότατον. Ἄρτι δὲ τῇ λίανη πλησιάσαντες καὶ σκάφους ἐπιθήσασθαι μέλλοντες, ἐνοπλον ὁρῶσι πλήθος ἐπὶ τὴν νῆσον περαιούμενον.

30 Γ'. Ἰλιγγιάσαντες οὖν πρὸς τὴν θέαν ἐπιπλεῖστον ἀγανεῖς εἰστήκεσαν, οἷον ἀπαλγοῦντες πρὸς τὴν τύχην, οὕτως ἐπαλλήλως ἐπηρεάζουσαν. Ὅψὲ δ' οὖν ποτε καὶ μονοῦ προσορμιζομένην ἤδη τῶν ἐπιόντων, ἀποδιδράσκειν ἡ Χαρίκλεια καὶ τῷ σπηλαίῳ κρύπτειν αὐτοὺς εἴ πη διαλάθοιεν ἡξίον καὶ ἀμ' ἀπέτρεχεν.

35 Ἄλλ' ὁ Θεαγένης ἐπέειξε τε καὶ, Ἄχρι τίνος, ἔλεγε, σευξόμεθα τὴν πανταχοῦ διώκουσαν εἰμαρμένην; εἰζώμεν τῇ τύχῃ, καὶ χωρήσωμεν ὁμόσῃ τῷ φέροντι. Κερδήσωμεν ἄλῃν ἀνήνυτον καὶ πλάνητα βίον καὶ τὴν ἐπάλληλον τοῦ δαίμονος καθ' ἡμῶν πομπείαν. Οὐχ ὄρᾳς ὡς φυγαῖς ἐπισυνάπτειν πειρατήρια καὶ τοῖς ἐκ θαλάττης ἀτόποις τὰ ἐκ τῆς γῆς φιλοτιμεῖται [χαλεπώτερα]; πολέμους ἄρτι, ληστὰς μετ' ὀλίγον, αἰχμαλώτους μικρῶ πρόσθεν εἶχεν, ἐρήμους αὖθις ἀπέδειξεν

45 ἀπαλλαγὴν καὶ φυγὴν ἐλευθέραν ὑπέθετο καὶ τοὺς ἀναίρησοντας ἐπέστησε. Τοιοῦτον παίζει καθ' ἡμῶν πόλεμον, ὥσπερ σκηνὴν τὰ ἡμέτερα καὶ δρᾶμα πεποιημένος. Τί οὖν οὐχ υποτένομεν αὐτοῦ τὴν τραγικὴν ταύτην ποιήσιν καὶ τοῖς βουλομένοις ἀναίρειν ἐγχειρίζομεν; μὴ πη καὶ ὑπερόγκον τὸ τέλος τοῦ δράματος φιλοτιμούμενος καὶ αὐτόχειρας ἡμᾶς ἐαυτῶν ἐκβιάσεται γενέσθαι.

Z'. Τούτοις εἰρημένοις οὐ πᾶσιν ἡ Χαρίκλεια συνετίθετο, τὴν μὲν τύχην ἐν δίκῃ κακῆγορεῖσθαι πρὸς αὐ-

V. Collaudabat haec Chariclea et visum est, si a se invicem separarentur, ut templis aut statuis insignibus, Hermis et lapidibus in triviis, Theagenes quidem *Pythicus*, Chariclea vero, *Pythias* inscriberent, *ad dextram, aut ad sinistram abierit, ad hanc urbem, pagum, aut gentem*, diem insuper et horam exprimentes. Quod si convenirent, sufficere quidem, ut alter ab altero tantum conspiciatur: nullum enim tempus obscurare in illorum animabus amoris signa posse: attamen Chariclea paternum annulum secum expositum ostenderet; caticricem autem in genu, ex vulnere inflicto a silvestri sue, Theagenes. Porro e condito tesseras, illa quidem facem, hic autem palmam ut haberet, inter se constituerunt. Mox rursus complectebantur se invicem et rursus plorabant, lacrimas. ut existimo, tanquam libationes fundere incipientes et oscula jurisjurandi loco figentes. His ita inter se constitutis, antro egrediebantur omnino thesauros qui ibi erant reconditi non attingentes; etenim opes ex spoliis partas, impuras ducebant; sed quae secum ipsi Delphis advixerant, praedones autem eriperant, ea collecta ab iter secum apparaverant. Chariclea vero etiam vestem mutavit; imposito in sarcinulam quamdam monili et coronis et sacra veste atque, ut occultiora essent, etiam alia suppellectili viliori desuper injecta; arcu autem et pharetra Theageni ad ferendum tradita, onere illi suavissimo et armis dei imperium in illum obtinentis propriis. Quamprimum autem lacui appropinquarunt et navigium consensuri erant, multitudinem armatam ad insulam transmitentem conspiciunt.

VI. Quo formidabili spectaculo vertigine quasi correpti, diu steterunt obstupefacti, tanquam praemagnitudine doloris occalluissent ad fortunae injurias, ita sine intermissione in illos saevientis. Sero igitur tandem et propemodum applicantibus iis qui adveniebant, Chariclea ut refugerent et antro sese absconderent atque ita clam delitescere possent, petebat: simulque ipsa refugiebat. At Theagenes illam retinebat et Quousque tandem, dicebat, fingemus fatum, quod nos ubique insequitur? Cedamus fortunae neque opponamus nos impetui qui nos agit. Quid aliud, quam errorem irritum et vitam erraticam et insultum numinis, alium alii succedentem, lucrabimur? An non vides, quemadmodum exsilio conjungere piratarum latrocinia et periculis marinis longe asperiora in continenti, magno studio et contentione collare nitatur? Bella non ita pridem excitavit, praedones paullo post adduxit: captivos paullo ante delinuit, rursus desertos effecit: liberationem et fugam liberam proposuit, e vestigio interfectores admovit. Tale bellum quasi per lusum contra nos suscepit, nostras rationes non secus quam scenam aut fabulam representans. Cur non igitur praedicimus hoc tragicum ipsius inceptum et nos iis qui volunt interficere tradimus? ne, si forte intolerandum finem fabulae imponere conetur, nobis ipsis manus afferre cogat.

VII. His dictis non omnibus assentiebatur Chariclea, Fortunam quidem juste ab illo accusari dicens, ceterum

τοῦ φάσκουσα, τὸ δὲ τοῖς πολεμίοις ἐκόντας αὐτοὺς ἔγγειρίζουσι οὐκ ἐπαινοῦσα· μὴ γὰρ εἶναι πρόδηλον, ὡς ἀναιρήσουσι λαθόντες. Οὐ γὰρ οὕτω χρηστῶ τῷ δαίμονι προσπαλαίειν, ὡς ταχεῖαν τῶν συμφορῶν ἀπαλα-
 5 λαγῆν συγχωρῆσαι, ἀλλ' ἐνδεχόμενον βουληθῆναι καὶ περισώζειν αὐτοὺς εἰς δουλείαν· ὃ τίνας οὐκ ἂν γένοιτο θανάτου πικρότερον; ὀλεθρίους βαρβάρους ἐκκεῖσθαι πρὸς ὕβριν ἐπίρρητον καὶ δυσώνυμον, ἣν πάντα τρόπον καὶ ὡς δυνατὸν ἐκκλίνωμεν, ἐπιτυχίας ἐλπίδα τὴν πεί-
 10 ραν τῶν παρελθόντων ὑποθέμενοι, πολλάκις ἤδη καὶ ἐξ ἀπιστοτέρων περιγενόμενοι. Ποιῶμεν ὡς βούλει, φήσας ὁ Θεαγένης, εἴπετο ἡγουμένην, καθάπερ ἐλκόμενος. Οὐ μὴν ἔφθησάν γε πρὸς τὸ σπῆλαιον διελθόντες, ἀλλ' ἕως τοὺς κατὰ πρόσωπον ἐπιόντας περιεσχόπουν, ἔλα-
 15 θον ὑπὸ μοίρας τῶν πολεμίων ἢ κατ' ἄλλο μέρος ἀπέβη τῆς νῆσου κατόπιν σαγγευθέντες. Καὶ οἱ μὲν ἐπιλαγνέτες ἔστησαν, ὑποδραμούσης τὸν Θεαγένην τῆς Χαρικλείας, ὡς, εἰ καὶ τεθνάναι δεήσειεν, ἐν χειρὶ ταῖς ἐκείνου γίγνοιτο. Τῶν δ' ἐπελθόντων ἐπανετεί-
 20 ναντο μὲν τινες ὡς πατάζοντες, ὡς δὲ ἐπιθελήσαντες οἱ νέοι κατηύγασαν τοὺς ἐπιφερομένους, ὠκλαζεν αὐτοῖς ὁ θυμὸς καὶ περνεῖτο αἱ δεξιαί. Τοὺς γὰρ καλοὺς καὶ βάρβαροι χεῖρες, ὡς εἶοικε, δυσωποῦνται καὶ πρὸς τὴν ἐράσιμον θέαν καὶ ἀπρόσφιλος ὀφθαλμὸς ἡμεροῦται.
 25 Η'. Συλλαβόντες οὖν ἦγον ἐπὶ τὸν ἄρχοντα, λίαν ἐσπουδακότες λαφύρων τὸ κάλλιστον πρῶτοι προσαγαγεῖν. Ἐμελλον δ' ἄρα καὶ μόνον προσφέρειν ἄλλη γὰρ οὐδενὶ τῶν ἄλλων οὐδεὶς ἐπετύγχανεν, ἐκ περάτων καὶ ταῦτα εἰς πέρατα τὴν νῆσον ἐπιδραμόντες καὶ ὡς
σχεῖν ἐπαγγειλάμενος, εἰς δεῦρὸ τε ποικιλίας αἰεὶ δια-
25 ούσεσιν ὑπερρέμενος, ἐν καιρῷ λέγοις ἂν τὸ παρὸν,
Ναυσικλεῖ ὅ' ἅμα τῷδε χαρίζομενος καὶ ἡμῖν τὸν πόνον
τῆς ὀδοπορίας ἐπικουρίζω καὶ τῷ διηγήματι παρα-
πέμπω. Ἐπίθετο ὁ Κνήμων, καὶ ἔλεγεν ἅπαντα,
ἐπιτέμνων ὅσα ἤδη τῷ Θεαγένει καὶ τῇ Χαρικλείᾳ
30 προδιηγήσατο, τὴν πατρίδα ὡς Ἀθηναῖος, τὸν πατέρα
ὡς Ἀριστιππος καὶ τὴν Δημαινέτην ὅτι μητρικὰ γε-
γόνει διῆκει καὶ τὸν ἀθέμιτον ἐπ' αὐτῷ τῆς Δημαινέτης
ἔρωτα καὶ ὡς ἀποτυγχάνουσα ἐπιβουλεύσειε, διακόνον
εἰς τὴν ἐπιβουλήν καθέισα τὴν Θίσβην· προσετίθει καὶ
35 τὸν τρόπον καὶ ὅτι φυγαδευθεῖ τῆς ἐνεγκούσης ὡς πα-
τραλοῖα τοῦ δήμου ταύτην (τὴν) ζημίαν ἐπιθέντος·
καὶ ὡς διάγοντι κατὰ τὴν Αἴγινα, πρῶτα μὲν Χαρίας
τις τῶν συνεφέβων τὴν Δημαινέτην ὅτι τέθηκε καὶ
ὅπως ἐξαγγείλειε, τῆς Θίσβης κάκεινη τὴν ἐπιβουλήν
40 συνθείσης, ἔπειτ' Ἀντικλῆς, ὅπως μὲν ὁ πατὴρ δημεύ-
σει τῶν ὄντων ὑποβληθεῖη, συστάντων ἐπ' αὐτὸν τῶν
κατὰ γένος τῆς Δημαινέτης προσηκόντων καὶ πρὸς ὑπό-
νοϊαν φόνου τὸν δῆμον κατ' αὐτοῦ κινήσαντων· ὅπως
δ' ἡ Θίσβη τῶν Ἀθηνῶν ἀπέδρα σὺν τῷ ἔραστῇ τῷ ἐμ-
45 πόρῳ τῷ Ναυκρατίτῃ. Καὶ τέλος ἐπῆγεν [ὁ Κνήμων], ὅτι
σὺν τῷ Ἀντικλεῖ κατὰ ζήτησιν τῆς Θίσβης ἐκπεύσας
ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον εἰ δὴ πῶς ἀνευρών, ἀγαγὼν τ' εἰς
τὰς Ἀθήνας, λύσειε μὲν τῷ πατρὶ τὴν συκοφαντίαν,
τιμωρήσασατο δ' ἐκείνην, καὶ πολλοῖς μὲν ἄλλοις κινδύ-
50 νοις, πολλὰς δὲ τύχαις τοὺς μεταξὺ χρόνους περιπε-
σὼν, ἀλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ καταποντιστῶν, εἶτα πῶς δια-
δράς καὶ Αἴγυπτῳ προσορμισθεῖς, αὐθις ὑπὸ τῶν
βουκολίων ληφθεῖη [λυστῶν]· ἔνθα καὶ τὴν πρὸς Θεα-
γένην καὶ Χαρικλείαν αὐτῷ γενέσθαι συντυχίαν· καὶ τὴν

emoriens : ut multum negotii habuerim, illo reficiendo :
et nisi illum dolore affecturus essem, aut perterrefacturus,
et nunc dicerem, Nausicles, nomen, ut rideas magis :
simulque Thisben commemorabat.

II. Nausicles autem non amplius ridebat, sed contrista-
tus est cum audisset et diu stetit cogitabundus, hæsitans
et quærens apud animum, qua de causa Cnemoni, aut quo
commercio, aut quid a Thisbe accidisset. Tum vero mi-
ros risus edidit præ nimia lætitia Cnemon et O bone Cala-
siri, vides, dicebat, quanta sit hujus nominis vis et quod
non mihi soli est personæ instar ac terriculi, sed etiam
Nausicli nostro? Quin etiam plane mirificam affectus mu-
tationem attulit. Ego enim vicissim rideo : scio enim,
non amplius esse superstitem : generosus autem Nausicles
qui antea multo risu aliis illudebat.... Desine, inquit Nau-
sicles : satis enim nos ultus es, Cnemon. Sed per hospitii
et amicitiae custodes deos, per sales et mensam, quæ in
nostra domo experti estis, ut arbitrator, summa voluntate
vobis exhibita, unde sit Thisbes nomen, sive scitis, sive
me terretis, sive jocum in me composuistis, indicate.
Calasiris autem, Tibi jam incumbit, inquit, narratio,
Cnemon : quam cum sæpius mihi te expositurum promi-
seris et communicaturum mecum de rationibus tuis, nihilominus
tamen hactenus variis effugiis distuleris, opportune
in presentia institues, Nausicli simul gratificans et nobis
molestiam itineris levans, narrationeque amolians. Morem
illis gerebat Cnemon et narrabat omnia compendio, quæ
antea Theageni et Charicleæ exposuerat : quod patria Athe-
næ, quod pater Aristippus, quod Demæneta noverca fuisset.
Recensebatque nefandum amorem, quo se Demæneta depe-
ribat et quod, spe lapsa, insidias sibi struxisset, ministra
insidiarum Thisbe subornata. Abdebat et modum et quod
pulsus esset in exsilium e patria, populo tanquam patri-
cidæ hanc pœnam irrogante : quodque sibi in Ægina de-
genti, primum Charias unus ex synephebis Demænetam
esse mortuam et modum mortis nuntiasset, a Thisbe ipsi
quoque structis insidiis; deinde Anticles, quod pater in
calamitatem incidisset, facta bonorum publicatione, cum
ii, qui conjunctione sanguinis Demænetam attingebant, in
damnationem illius coivissent et populum in eam suspicio-
nem, quod ipse eadem perpetrasset, adduxissent. Deni-
que quo pacto Thisbe fugisset Athenis cum amatore quo-
dam, mercatore Naucratisensi. Ad extremum commemorabat
Cnemon, quod cum Anticle ad inquisitionem Thisbes
navigans in Ægyptum, ut si forte illam ibi invenisset,
reducens Athenas, liberaret patrem calumnia et de illa
pœnas sumeret; cum in multa alia pericula incidisset et
varios casus medio temporis intervallo fuisset expertus,
etiam in piratarum potestatem venisset. Deinde, quo
modo, cum effugisset et ad Ægyptum rursus appulisset, a
prædonibus iterum captus fuerit, atque ibi cum Theagene

Θίσβης ἀναίρεισιν ἄμα καταλέγων καὶ τὰπὶ τούτοις ἐξῆς, ἄχρι τῶν γνωριζομένων τῷ τε Καλασίριδι καὶ τῷ Ναυσικλέϊ πάντων.

Γ'. Ἐφ' οἷς ὁ Ναυσικλῆς μυρίας ἔστρεφε βουλὰς, νῦν μὲν ἐξεῖπειν τὰ ἀμφ' αὐτῷ τε καὶ τῇ Θίσβῃ διανοούμενος, νῦν δ' εἰσαυθὶς υπερθέσθαι κρίνων. Καὶ τέλος, μόγις ἐπέσχε, τὸ μὲν τι αὐτὸς οὕτω δοκιμάζων, τὸ δὲ καὶ ὑπὸ συντυχίας ἐτέρας ἐμποδισθεῖς. Ἄρτι γὰρ ἐξήχοντά που στάδια διανύσαντες καὶ ἤδη τῇ κώμῃ, καθ' ἣν ὁ Μιτράνης διῆγε, πλησιάζοντες, γνωρίμῳ τινὶ τῶν Ναυσικλέους ἐντυχάνοντι καὶ ὅποι προθυμοῖτο οὕτως ἐσπουδασμένους ἀνηρώτων. Ὁ δὲ, ὦ Ναυσικλεις, ἔφη, τὴν ὁραὴν ἐκπυθάνῃ τὴν ἐμὴν, ὥσπερ ἀγνοῶν ὅτι μοι τὸ παρὼν πάντα πρὸς ἓνα σπουδάζεται σκοπὸν, ὅπως ἂν Ἰσιάδι τῇ Χεμμίτιδι τὰ προσταττόμενα ὑπηρετοίμην. Ἐκείνη γεωργῶ, πάντ' ἐκείνη πορίζω· δι' ἐκείνην ἀγρυπνῶ νύκτα τε καὶ ἡμέραν, οὐδὲν ἀπαγορεύων· ἀλλὰ μοι ζημίαι καὶ μόχθος, ὃ ἂν μοι ἐπιτάτῃ μέγα ἢ μικρὸν Ἰσιὰς ἐκείνη. Καὶ νυκτὶ δὲ θέω, ὄρνιν τινὰ τοῦτον, ὡς ὄρῃς, Νειλῶον φοινικόπτερον, τῆς φιλτάτης ἐπιτάγμα, κομίζων. Ὡς εὐγνώμονι, ἔφη ὁ Ναυσικλῆς, ἐρωμένη συμπέπλεξαι καὶ ὡς μικρὰ λίαν αὐτῆς τὰ ἐπιτάγματα, εἴ γε φοινικόπτερον ἀλλ' οὐκ αὐτόν σοι τὸν φοίνικα τὸν ἐξ Αἰθιοπῶν ἢ Ἰνδῶν ὡς ἡμῶς ἀφικνούμενον ὄρνιν ἐπέταττε. Καὶ δὲ, Ταῦτα μὲν ἐκείνη, ἔφη, γλυψὴν ἐμὲ συνήθως, καὶ τὰμὰ πεποιήται. Ἀλλὰ ποῖ δὴ καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπὶ τίνα [τὴν] χρεῖαν; ὡς δὲ, ὅτι παρὰ τὸν Μιτράνην ἐσπουδάκασιν, ἀπεκρίναντο, Ἄλλὰ μάτην ὑμῖν, ἔφη, καὶ εἰς κενὸν ἢ σπουδῇ, Μιτράνου τὰ νῦν κατὰ χῶρον οὐκ ὄντος, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς Βήσσαν τὴν κώμην ἐνοικοῦντας βουκόλους ταύτης τῆς νυκτὸς ἐκστρατεύσαντος, ὅτι δὴ τίνα νεανίσκον αἰχμάλωτον Ἑλλῆνα πρὸς Ὀροονδάτην εἰς τὴν Μέμφιν ἀπεσταλκός, ὡς ἂν ἐκείθεν, οἶμαι, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ δῶρον ἀναχθεῖν, Βησσαεὶς καὶ ὁ τούτων ἑναγγὸς ἀποδειχθεὶς ἕξαρχὸς Θύαμης, ἐξ ἐπιδρομῆς ἐλόντες ἔχουσι.

Δ'. Καὶ ὁ μὲν ἔτι λέγων ἀπέτρεχεν, Ἐμοὶ δ' ἐπὶ τὴν Ἰσιάδα σπευστέον, εἰπὼν, ἢ ποῦ με νῦν πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ, μὴ δὴ τί μοι καὶ πρόσκρουσμα ἐρωτικὸν ἢ βραδύτης ἐνέγκῃ. Δεινὴ δ' ἐκείνη ἀπροσάσιτος αἰτία, ἐγκλήματά τε καὶ ἀκκισμοὺς ἀναπλάσαι κατ' ἑμοῦ. Οἱ δὲ, ὡς τούτων ἤκουσαν, ἀχανεὶς ἐπιπλεῖστον εἰστήκεσαν, πρὸς τοῦ ἀνεπίστου τῆς ἀποτυχίας τῶν προσδοκηθέντων. Ἄλλ' ὀψέ ποτ' αὐτοὺς ὁ Ναυσικλῆς ἀνελάμβανεν, ὡς οὐ δέοι (διὰ) τὴν ἐπ' ὀλίγον καὶ πρόσκαιρον ἀποτυχίαν τέλειον ἀπεγνωκένοι τῶν ἐν χερσὶν υποθέμενος, ἀλλὰ νῦν μὲν χρῆναι εἰς τὴν Χέμμιν ἐπανίναί, τῶν δὲ πρακτέων ἐν ἐπισκέψει γενομένων καὶ ὡς πρὸς ἐκδημίαν πλείονα συνεσκευασμένους πρὸς τὴν τοῦ Θεαγένους ἐπιζήτησιν, εἴτε παρὰ τοῖς βουκόλοις εἴτε παρ' ἄλλοις τισὶ [πυθάνοιτρο] τρέπεσθαι, ἀγαθὴν τῆς ἀνευρέσεως ἐλπίδα πανταχοῦ προβαλλομένους. Ὡς καὶ νῦν οὐκ ἀθεεῖ γενέσθαι δο-

Charicleaque familiaritatem inierit. Simul etiam Thisbes interitum attexebat et reliqua deinceps ordine, usque ad ea quæ erant Calasiridi et Nausicli nota omnia.

III. Quibus auditis, Nausicles multa versabat animo, nunc aperire suas et Thisbes rationes cogitans et rursus differre statuens. Postremo vix sese continuit, partim ipse commodius esse judicans, partim alio casu impeditus. Cum enim circiter sexaginta stadia fuissent emensi et ad pagum, in quo Mitranes habitabat, propius accederent, cuidam, qui fuit Nausicli notus, fiunt obviam et quo contenderet tanto studio rogabant. Ille autem, O Nausicles, inquit, quæris, quo properem? tanquam ignores, quid mihi in præsentia incumbat. A me omnia studia ad unum diriguntur scopum, ut Isiadis Chemmitensis imperata faciam. Illi colo agrum, illius causa comparo omnia, propter illam noctes diesque insomnes duco, nihil omnino recusans, (quamquam inde nihil præter mulctam et laboris molestiam reportem) quod mihi imperarit, seu magnum, seu parvum fnerit, Isias illa. Et nunc accelero, avem quamdam hanc, ut vides, Niloticam phœnicopterum carissimæ mandato ferens. Quam facilem es, inquit Nausicles, amasiam consecutus et quam exigua sunt illius imperia, quod tibi phœnicopterum et non ipsam phœnicem potius, quæ avis ab Æthiopicibus aut Indis huc ad nos pervenit, afferre jusserit! Et ille rursus: Illa quidem, inquit, more solito ex me meisque rationibus lusum facit. Ceterum quo vos vicissim et quam ob causam, iter instituitis? Postquam autem, quod ad Mitranem contenderent, responderunt: Inane est, inquit, et irritum vestrum studium, quod Mitranes in præsentia hic non sit, sed contra incolas Bessæ prædones hac nocte exercitum duxerit. Adolescentem enim quemdam captivum, quem ille Memphim ad Oroondatem miserat, ut inde, uti arbitror, ad regem magnum muneris loco perveniret, Bessaenses et eorum dux declaratus Thyamis, incursione facta, ereptum detinent.

IV. Et ille quidem his dictis abibat, Mihi vero ad Isiadem est properandum, inquiens, quæ me nunc forsitan suis acerbis oculis circumspicit, ne mihi aliquam offensam in amore cunctatio afferat. Est autem nimium callida in accusationibus etiam sine causa et criminibus atque insimulationibus contra me fingendis. Illi vero, ut hæc audiverunt, taciti et stupentes diu steterunt, quod præter opinionem spe et expectatione sua frustrati essent: donec sero tandem ipsos Nausicles revocavit ad sese, admonens, non oportere brevis frustrationis causa et quæ ad tempus tantum acciderit, omnem spem eorum, quæ præ manibus essent, abjicere; sed nunc quidem Chemmin redeundum esse et cum consilium gerendæ rei capere, tum peregrinationem, majore viatico instructos, ad inquirendum Theagenem, sive apud prædones, sive apud alios quoscunque illum esse audiverint, suscipere, bonam spem inventionis ubique sibi proponendo. Nam neque nunc absque numine deorum videri factum esse, quod cum in

κεῖν, τὸ δὴ τινι τῶν γνωρίμων ἐντυχόντας, χειραγω-
γηθῆναι πρὸς τῶν ἀγγελθέντων, ὅπου δεήσει τὸν Θεα-
γένην μαστεύειν, τὴν ὁρμὴν τῆς πορείας, ὅσον ἐπὶ
σκοπὸν τὴν βουκολικὴν κώμην τείνοντας.

5 Ε'. Ταῦτα λέγων, οὐ χυλεπῶς ἐπειθεν ἅμα τε,
οἶμαι, καὶ ἑτέρας ἐλπίδος τοῖς ἀγγελλέοις συναναφαινο-
μένης καὶ τοῦ Κνήμιονος πρὸς τὸν Καλάσιριν ἰδίᾳ πά-
νου θαρσεῖν ὡς ὁ Θυάμις περιώσσειε τὸν Θεαγένην
διΰσχυριζόμενον. Ἐδόκει οὖν ἐπανεῖναι, καὶ ἐπανήγε-
10 σαν τὴν τε Χαρίκλειαν ἐπὶ τοῖς προθύροις καταλαμβά-
νουσι, πόρρωθεν αὐτοὺς καὶ ἐκ πάντων κλιμάτων περι-
σκοποῦσαν. Καὶ ὡς οὐδαμοῦ τὸν Θεαγένην εἴωρα
σὺν αὐτοῖς, διωλύγιόν τι ἀνακωκύσασα, Ἄλλ' ἢ μόνοι
μοί, πάτερ, ἔφη, καὶ οἶοί περ ἐντεῦθεν ἐξωρμήκατε,
15 πάλιν ἐπάνιτε; Θεαγένης δ' ἄρ' ὡς εἶοικε τέθνηκεν; εἰ
τι φράζειν ἔχετε, θάττον ἐξείπατε, πρὸς θεῶν, μηδ'
ἐπιτείνητέ μοι τὴν συμφορὰν παρολκῆ τῆς ἀγγελίας.
Ἔχει τι φιλόφρων ὁμοῦ δυστυχημάτων δήλωσις,
τὴν ὁμοῦ χώρησιν πρὸς τὸ δεινὸν τῆ ψυχῆ καὶ ταχέειαν
20 ἀπάληγσιν παρασκευάζουσα. Ὑποτεινόμενος δὲ δυσ-
φοροῦσαν ἄγαν ὁ Κνήμιον, Ὡς ἐργῶδες σου τοῦτο, ἔφη,
ὦ Χαρίκλεια, ἐπιφορὸς πως αἰεὶ τυγχάνεις τὰ χεῖρονα
μαντεύεσθαι καὶ ψεύδη γ' ἅμα, καλῶς κατὰ τοῦτο
ποιούσα. Θεαγένης γοῦν ἔστι καὶ σώζεται θεῶν βου-
25 λόμενον· καὶ ὅπως καὶ παρὰ τίσιν, ἐπιτεμῶν ἔλεγε.
Καὶ ὁ Καλάσιρις, Οὐπω ποτ' εἶπεν, ἡράσθης ἐξ ὧν
λέγεις, ὦ Κνήμιον. Ἡ γὰρ ἂν ἔγνω, ὡς καὶ τὰ ἀδεῶ
φοβερά τοῖς ἔρωσι καὶ μόνοις ὀφθαλμοῖς μάρτυσι κατα-
πιστεύουσιν ὑπὲρ τῶν παιδικῶν, ἢ δ' ἐκείνων ἀπουσία,
30 δειλία τοῦτ' ἤδη καὶ ἀγωνία ψυχῆς ἐρωτικῆς γίνε-
ται. Αἴτιον δέ, πεπεῖκασιν αὐτοὺς, οὐκ ἄλλως πώ-
ποτε σφῶν ἀπολείπεσθαι τοὺς φιλάτους, μὴ οὐχὶ κωλύ-
ματος ἀηδοῦς ἐμποδίζοντος. Ὡστε, ὦ φίλος, Χαρι-
κλεία μὲν συγγιγνώσκωμεν, εὖ τὰ ἐρώτιον πάθη καὶ
35 ἀκριβῶς νοσοῦση, αὐτοὶ δ' ἐντός θυρῶν γενόμενοι, τῶν
πρακτέων φροντίζωμεν.

Γ'. Καὶ ἅμα λαβόμενος τῆς χειρὸς μετὰ δὴ τινος
πατρικῆς θεραπεΐας εἰσῆγε τὴν Χαρίκλειαν. Ὁ δὲ
Ναυσικλῆς τοῦντεῦθεν ἀνεῖναι τῶν φροντῶν αὐτοὺς
40 βουλόμενος καὶ τι καὶ ἕτερον πραγματευόμενος, ἐστία-
σιν τε λαμπροτέραν ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς παρεσκευάσε καὶ
μόνοις σὺν τῇ θυγατρὶ τὸ συμπόσιον ἀφῆκεν, ἀβροτέ-
ραν τε τοῦ εἰωθότος ὀρθῶναι τὴν παῖδα καλλωπίσας,
καὶ πολυτελέστερον κοσμήσας. Κάπετιδὲ τῆς εὐωχίας
45 ἱκανῶς ἔχειν ἐδόκει, λόγων πρὸς αὐτοὺς ἀρχεται τοῖων-
δε· Ἐμοί, λέγων, ὦ ξένοι, καὶ θεοὶ μάρτυρες τῶν λε-
θησομένων, ἦδὲ μὲν καὶ εἶπερ αὐτοῦ [τῆδε] καὶ παρ'
ἑμοὶ μένοντες ἐθέλοιτε τὸν πάντα διάγειν χρόνον, ἐπὶ
κοινῶν μὲν τοῖς οὔσι, κοινῶς δὲ τοῖς φιλάτοις. Οὐ
50 γὰρ ὡς ἐπιδήμιους ξένους, ἀλλὰ φίλους λοιπὸν, εὔνοος
τ' ἑμοί καὶ γνησίους νενομικῶς, βάρος οὐδ' ὀτιοῦν ἄπαν
τὸ εἰς ὑμᾶς ἐσόμενον ἡγήσομαι, ἔτοιμος δὲ καὶ τοὺς
οἰκείους ἀναζητεῖν ὑμῖν βουλομένοις, τὰ εἰς δύναμιν,
ἕως ἂν παρεῖναι με συμβάλῃ, συμπράττειν. Ἄλλ'

quemdam ex notis incidissent, iis, quæ nuntiata sunt,
quasi manu ducantur eo, ubi Theagenem inquirere oportebit,
iter ad prædonum pagum tanquam ad scopum dirigentes.

V. Hæc cum dixisset, haud difficulter illis persuasit,
simul, ut existimo, alia spe ex iis, quæ nuntiata fuerant,
elucete et Cnemone seorsim etiam Calasirim bono animo
esse, quod Thyamis Theagenem servaturus esset, jubente.
Placuit igitur, ut redirent. Reversi Charicleam in vesti-
bulo deprehendunt, procul et in omnes regiones illorum
causa circumspectantem. Cum vero nusquam cum illis
Theagenem cerneret, lugubri ploratu edito, An soli, inquit,
pater et quemadmodum hinc existis, rursus revertimini?
Theagenes vero procul dubio, ut conjicere licet, occubuit?
Exponite, per deos, quamprimum, si quid habetis, neque
augeatis mihi calamitatem nuntii dilatione. Cum huma-
nitate quadam conjunctum est festinum adversæ fortunæ
indiciium, ut quod animum ad resistendum magnitudini
mali præparet et satietatem doloris cito afferat. Præci-
dens igitur ejus mœrorem, admodum agræ animo, Cne-
mon: Quæ, malum, est, inquit, ista consuetudo, Chariclea?
Proclivis es quodammodo in augurium deteriorum,
sed falsorum utique: qua quidem in parte recte facis.
Theagenes enim est, et diis volentibus, manet incolumis:
et quomodo et apud quos brevier referebat. Calasiris
autem, Apparet, te nondum amorem expertum esse, Cne-
mon, ex iis quæ locutus es, dicebat. Scires enim profecto,
quod et ea, quæ nihil habent periculi, formidolosa aman-
tibus existunt: solisque oculis, in iis, quæ ad amasios
pertinent, fidem habent. Illorum vero absentia, metum
semper et sollicitudinem in animabus amore captis efficit.
Porro in causa est, quod sibi persuaserunt uterque alteri
carissimum, nunquam se relicturos esse, nisi illorum con-
junctioni aliquod triste obstet impedimentum. Quare, mi
Cnemon, Charicleæ quidem veniam demus, quæ vere
exacti amoris affectu laboret: ipsi vero, ingressi ostium,
de iis quæ sunt agenda cogitemus.

VI. His dictis, prehensam manu Charicleam, cum qua-
dam observantia paterna in aedes introduxit. Nausicles
autem, recreare illos a curis volens, atque etiam aliquid
aliud moliens, convivium splendidius quam solebat, in-
struxit et solis cum filia symposium concessit, ut delicatior
et comptior solito appareret, illam instruens et sumptuo-
sius exornans. Cum autem convivio satis esse oblectatos
existimaret, ita ad illos est locutus, Mihi, inquit, hos-
pites, (dii sunt testes eorum, quæ a me dicentur) præ-
sentia vestra est jucunda, etiamsi hic apud me totum ves-
titis degere tempus, communi jure facultatum et eorum
quæ mihi carissima sunt. Cumque vos non in advenarum
hospitum loco, sed amicorum in posterum, amantium mei
et verorum, habeam, nihil erit mihi oneri, quod in vos
collatum fuerit. Quin etiam vobis necessarios vestros in-
quirere volentibus paratus sum, quoad fieri poterit, quan-
tumque in me situm erit, opem ferre. Ceterum haud
dubie ipsi scitis, quod mihi ratio vitæ ad mercaturam est

ἴστε που καὶ αὐτοὶ πάντως, ὅτι μοι βίος ἐστὶν ἐμπορικὸς καὶ ταύτην γεωργῶ τὴν τέχνην καὶ ὡς λαμπροὶ ζέφυροι πάλα καταπνέοντες, ἀνέφξαν μὲν εἰς ναυτιλίαν τὴν θάλατταν, τὰ πλοῖμα δὲ τοῖς ἐμπόροις εὐαγγελίζονται. Καί με καθάπερ κήρυγμα ἡ χρεία καλεῖ πρὸς τὴν εἰς Ἑλλάσας ἐκδημίαν. Δίκαια τοίνυν ἂν ποιοῖτε, τί ποτε καὶ ὑμῖν βουλομένοις ἐστί, κοινούμενοι, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν ἡμέτερον σκοπὸν, τὰ κατ' ἐμαυτὸν διαθοίμην.

10 Ζ'. Μικρὸν δ' ἐφησυχάσας τοῖς εἰρημένοις ὁ Καλάσιρις, Ὡ Ναυσικλεις, ἔφη, σοὶ μὲν ἐπ' αἰσίοις ὁ ἔκπλους στέλλοιτο, καὶ Ἐρυθῆς μὲν Κερειῶς, Ποσειδῶν δὲ Ἀσφαλείος, συνέμποροι καὶ πομποὶ γίνονται, πᾶν μὲν ἐπὶ πέλαιος εὐρουν καὶ εὐήμερον παραπέμποντες, 15 πάντα δ' ὄρμον εὐλίμενον καὶ πᾶσαν πόλιν εὐπρόσοδον καὶ φιλέμπορον ἀποφαίνοντες, οὕτως ἡμᾶς καὶ παρόντας περιέποντι καὶ ἀπιέιναι βουλομένους πέμποντι καὶ τοὺς ξενίους τε καὶ φιλίους θεσμούς ἀκριβοῦντι. Ἄλλ' ἡμῖν ἀλγεινὸν μὲν ἴσως τὸ χωρίζεσθαι σοῦ καὶ οἰκίας 20 τῆς σῆς, ἣν ἰδίαν ἡμῶν ἠγείσθαι παρεσκευάσας, ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἀπαραίτητον τῆς τῶν φιλάτων ἀνευρέσεως παντοίως ἀντιλαμβάνεσθαι. Ἐμοὶ μὲν οὕτω καὶ Χαρικλείᾳ ταύτῃ, Κνήμῳ δὲ τίς ποτε ἡ γνώμη καὶ εἴτε συναληθεύειν ἡμῖν καὶ χαρίζεσθαι ἔτοιμος, εἴτ' 25 ἄλλη πῃ εἰσγνώσκων, αὐτὸς ἂν λέγοι παρών. Βουλόμενος δὲ ὁ Κνήμων πρὸς ταῦτ' ἀποκρίνασθαι καὶ μέλλοντι τι ἤδη καὶ φθέγγεσθαι, ἔλυξέ τ' αἰφνίδιον καὶ ἄθρόον αὐτῷ δάκρυ θερμὸν προχυθὲν ἔπεστομίμζε τὴν γλῶτταν· ἕως ὅψε ποτε τὸ πνεῦμα συλλεξάμενος καὶ 30 ἐπιστενάξας, Ὡ πάσης, ἔφη, τροπῆς ἀνάμεστον καὶ ἀσταθμητότατον τύχης ἀνθρωπίνης κίνημα· ὅσῃν παλλήροισιν κακῶν, ἐπὶ τ' ἄλλων δὲ πολλῶν πολλάκις καὶ κατ' ἐμοῦ πεφιλοτίμησαι· γένους μὲν καὶ οἰκίας πατρῴας ἐστέρησας, πατρίδος δὲ καὶ πόλεως καὶ τῶν φιλάτων ἐξένωσας· Αἰγυπτίᾳ με γῆ (πολλὰ τὰ μεταξὺ σιωπῶντα) προσώκειλας· [λησταίς] βουκόλοις παρέδωκας, μικρὰν τινὰ χρηστήν ἑλπίδα ὑπέφηνας, ἀνδρῶν συντυχίαν, δυστυχῶν μὲν καὶ τούτων, πλὴν ἄλλ' Ἑλλήνων, πρυτανεύσασα, μεθ' ὧν τὸ λειπόμενον τοῦ 40 χρόνου βιώσεσθαι ἠλπίζον· καὶ ταύτην, ὡς εἶπεν, ὑποτέμνη τὴν παραμυθίαν. Ποῖ γὰρ τράπωμαι; τί δέ με καὶ χρῆ πράττειν; καταλίπω Χαρικλείαν, οὕτω Θεαγένῃν εὐρηκυῖαν; ἀλλὰ δεινὸν, ὦ γῆ, καὶ ἀθέμιτον. Ἄλλ' ἔπεσθαί με χρῆ καὶ συναναζητεῖν; εἰ μὲν ἐπὶ 45 προδήλω τῇ εὐρέσει, καλὸν τὸ μοχθεῖν ἐπ' ἑλπίδι τοῦ κατορθώσειν, εἰ δ' ἄδηλον τὸ μέλλον καὶ πλεόν τὸ δυσχερὲς, ἄδηλον ποῖ ποτε καὶ στήσεται μοι τὰ τῆς ἀλγῆς. Τί δ' οὐχὶ συγγνώμην παρ' ὑμῶν τε καὶ θεῶν Φιλίων αἰτήσας, νῦν γοῦν ποτε τῆς ἐπὶ τὴν πατρίδα 50 καὶ τὸ γένος ἐπανόδου μνησθήσομαι, καιροῦ καὶ ταῦτα εἰς καλὸν ἔκ του θεῶν, ὡς εἶπεν, παρεμπεπτωκότος; καὶ τουτοῦ Ναυσικλέους, ὡς ἔφη, εἰς Ἑλλάσας ἀφήσειν μέλλοντος, μὴ δὴ μοί τι καὶ τοῦ πατρὸς ἐν τούτῳ παθόντος, ἔρημος εἰς τὸ παντελὲς διαδόχου καὶ ἀκλήρος

instituta et hanc artem exerceo tanquam agrum. Cum itaque jam Zephyri egregie flantes, ut navigationi mare pateat efficiant et navigandi commoditatem mercatoribus promittant, me quoque negotium tanquam praekonium quoddam ad peregrinationem in Graeciam evocat. Recte igitur feceritis, si mecum vicissim vestram sententiam communicaveritis, ut et ipse ad scopum vobis propositum, meas rationes constituere possim.

VII. Post haec dicta paululum quiescens Calasiris, O Nausicles, inquit, Tu quidem bonis avibus navigationem pares, Mercuriusque lucrum praestans et Neptunus tranquillitatis effector, comites et deductores tibi adsint, teque in omne pelagus latum et tranquillum deducant: omnem portum tutum et omnem urbem accessu facilem et mercatorum studiosam efficiant, quod et praesentes nos tanta benevolentia complexus es et discedere volentes dimittis, hospitii et amicitiae leges exacte servans. Nobis autem etsi grave et molestum est, a te et domo tua, quam ut nostram esse existimemus effecisti, separari; necessarium est tamen et irrecusabile, ad inquisitionem carissimorum omnino aggredi. Et haec quidem mea est et Charicleae sententia. Cnemon autem quid habeat in animo, et sive nobiscum una oberrare et gratificari nobis, sive aliud quidpiam facere statuit, ipse dicat in praesentia. Volens igitur ad haec respondere Cnemon, et jam jam aliquid prolocuturus, singultivit subito et repente illi calidae lacrimae profusae linguam obstruxere: donec sero tandem spiritu collecto et gemitu edito, O fortunae, inquit, humanae omnis mutationis plena et instabilissima ratio, quantum malorum refluxum, cum in aliis multis saepius, tum in me declarasti! Genere et domo paterna me privasti, patria et urbe, et mihi carissimis, extorrem egisti: ad Aegyptiam terram (ut multos intercapedinis casus faceam) impogisti, praedonibus tradidisti. Paululum quidem bonae spei ostenderas, familiaritatem virorum, etsi calamitosorum, Graecorum tamen, concilians: cum quibus ego me reliquum tempus vitae transactionum putabam. Sed et hanc, ut videtur, praecidis consolationem. Quo enim vertar? quidve mihi faciendum est? An relinquam Charicleam, quae nondum Theagenem invenit? Sed intolerandum, o terra, et nefas factu est. An sequar et una inquiram? Si quidem certa est inventio, praecclarum est subire laborem spe felicitis exitus: sin inexplorata est futurorum ratio, et major molestia nos excipiet, incertum est, quem tandem finem consequetur hic meus error. Quid si a vobis et diis amicitiae praesidibus, veniam deprecatus, nunc tandem in familiam et patriam reditus mentionem faciam? praesertim cum occasio opportune divina providentia, ut videtur, incidit, et Nausicles hic, ut ait, in Graeciam sit soluturus, ne, vel interim si patri aliquid acciderit, omnino successore orba

ὁ οἶκος ἀπολειφθεῖη. Καὶ γὰρ καὶ εἰ πένεσθαι μέλλοιμι, σώξασθαι γούν τι λείψανον δι' ἐμοῦ τῷ γένει καλὸν καὶ αὐταρκες. Ἄλλ', ὦ Χαρίκλεια, σοὶ γὰρ προηγουμένως ἀπολογούμαι καὶ συγγνώμην αἰτῶ καὶ δέομαι, ὅς· ἄχρι μὲν τῶν βουκόλων ἔβρομαι, μικρὸν ἐπιμείναι Ναυσικλέα, κὰν σφόδρα ἐπείγεται, παρακαλέσας· εἰ πῶς σε Θεαγένει παρὶον ἐγγεῖρσας, χρηστὸς μὲν παρακαταθήκης φύλαξ ἀποδειχθεῖην, ἐπὶ ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος χωριζοίμην. Εἰ δ' ἀποτύγοιμεν, ὁ μὴ γένοιτο, καὶ οὕτω συγγνωστός, ὅτι γε δὴ μόνην σε οὐδὲ τότε κατέλιπον ἀλλ' ἀγαθὸν σοὶ φύλακα καὶ πατέρα Καλάσιριν τουτονὶ παρακαταστήσας. Ἡ δὲ Χαρίκλεια τὸν τε Κνήμιωνα ἐκ πολλῶν ἤδη συμβαλοῦσα τοῦ Ναυσικλέους ἐπὶ τὸ θυγάτριον ἐποτημένον, (ὄξυς γὰρ ὁ ἐρῶν φωράσαι τὸν ἀπὸ τῶν ἴσων παθῶν κεκρατημένον) καὶ τὸν Ναυσικλέα πρὸς τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγθέντων συνείσα, ὡς ἀσμένω γένοιτ' ἂν τὸ κῆδος καὶ πάλαι τοῦτο πραγματεύεται καὶ τὸν Κνήμιωνα ἐμπορεύεται ποικίλως ἐφελκόμενος, καὶ ἅμα οὐδ' εὐπροσπῆλοιπὸν τῆς ἑδοῦ κοινωὸν, οὐδ' ἀνύποπτον ἡγουμένη τὸν Κνήμιωνα· Ὡς δὴ σοὶ φίλον, ἔφη, τῆς μὲν ἐπὶ τοῖς προὔπηργμένοις παρὰ σοῦ χρηστοῖς εἰς ἡμᾶς χάριτος κεχρηωστημένης καὶ ὁμολογουμένης, ἐπὶ δὲ τοῖς λειπομένοις, οὐ πάντως ἐπούσης ἀνάγκης τὰ ἡμέτερα ἐκφροντίζειν, οὐδ' ἄλλοτρίαις τύχαις καὶ ἄκοντα συναποκινδυνεύειν. Ἀλλὰ σὺ μὲν Ἀθήνας τε τὰς σὰς καὶ γένος καὶ οἶκον τὸν σὸν κομισαίω, Ναυσικλέα τουτονὶ καὶ τὴν δι' αὐτοῦ παραπεσοῦσαν, ὡς φῆς, πρόφρασιν μηδ' αὐτῶς παρωσάμενος. Ἐγὼ δὲ καὶ Καλάσιριν πρὸς τὰ συμπίπτοντα μαχεσόμεθα, ἕως ἂν τὸ τέλος τῆς πάλης εὕρωμεν· εἰ καὶ ἀνθρώπων μηδεὶς συνεφάπτοιο, θεοὺς συνεμπόρους ἔχειν καταπιστεύοντες.

Ἡ'. Ὑπολαβὸν δὲ πρὸς ταῦθ' ὁ Ναυσικλῆς, Χαρίκλεια μὲν, ἔφη, κατ' εὐχὰς ἀποβαίη καὶ θεοὶ συνέμποροι κατὰ τὴν αὐτῆς αἰτήσιν γίγνοιτο καὶ τοὺς οἰκείους κομίζοιτο, οὕτως οὖσα γενναία μὲν τὸ λῆμα, συνετὴ δὲ τὸ φρόνημα. Σὺ δὲ, ὦ Κνήμιων, μήτε, εἰ Θίσθην οὐκ ἄγεις εἰς τὰς Ἀθήνας, ἀσχαλλε καὶ ταῦτ' ἔχων ὑπόδικον ἐμὲ τουτονὶ τῆς κατ' ἐκείνην ἀρπαγῆς, καὶ τῆς ἐκ τῶν Ἀθηναίων ὑπεξαγωγῆς. Ὁ γὰρ ἔμπορος ὁ Ναυκρατίτης, ὁ Θίσθης ἐραστής, οὗτος ἐγώ. Μῆτε πενίαν δούρου, πτωχεύσειν ἔτι προσδοκῆσας. Εἰ γὰρ σοὶ φίλον, ὡς καὶ ἐμοὶ, φανείη, χρημάτων τ' εὐπορήσεις συγγῶν, οἷόν τ' ἀπολήψει καὶ πατρίδα τὴν σὴν, ἐμοῦ κατάγοντος· γῆμαί τε βουλομένω, θυγατέρα ταυτηνὴν τὴν ἐμὴν ἀρμόζω Ναυσικλείαν, προῖκα ἐπιδοὺς αὐτὸς μὲν πλείστην ὄσσην, τὴν παρὰ σοῦ δὲ πάλαι εἰληπνέαι κρῖνον, ἐξ οὗ γένος καὶ οἶκον καὶ ἔθνος τὸ σὸν ἐγνώρισα. Πρὸς ταῦτ' οὐδὲ πρὸς βραχὺ διαμελλήσας ὁ Κνήμιων, ἀλλ' ἂ πάλαι δι' εὐχῆς τε καὶ ἐπιθυμίας ἔχων, οὐκ ἤλπικε, ταῦθ' ὑπὲρ εὐχῆν καὶ ἀπροσδόκητα λαμβάνων, Ἄπαντα, ἔφη, δέχομαι, ἂ καταγγέλλεις, ἄσμενος. Καὶ ἅμα τὴν δεξιάν προτείναντι τὸ θυγά-

et exheres domus relinquatur. Etenim, etiamsi in inopia victurus sim, servari tamen per me aliquas reliquias generis honestum est et propter se expetendum. Sed, o Chariclea, tibi enim me præcipue excusatum velim et a te veniam peto ac deprecor, da mihi hoc beneficium : usque ad priedones sequar, a Nausicle, ut parumper exspectet, etsi nimium properet, impetrans : ut si te forte tradidero in manus Theageni, sedulus depositi custos fuisse declarer : bona quoque spe futurarum rerum, cum bona conscientia factorum, a vobis separer. Sin autem, quod absit, spe lapsi fuerimus, sic quoque veniam merear, neque te solum tum relinquens, sed adhibens tibi Calasirim tunc bonum et custodem et patrem. Chariclea vero, et Cnemonem multis argumentis conjiciens erga Nausicles filiam commotum esse, (acris enim est amans in deprehendendo eo, qui simili affectui succubuit) et Nausiclem, ex iis, quæ ab eo dicta fuerant, ut affinitas contraheretur jampridem moliri, et Cnemonem variis illecebris allicere, intelligens, simulque ne convenientem quidem itineri comitem, et suspensionem vacantem, in posterum futurum Cnemonem existimans, Quemadmodum lubet, inquit. Ac pro officiis quidem antea nobis præstitis habeo tibi gratiam, et debere confiteor : quod autem ad consequens tempus attinet, non omnino incumbit necessitas, ut nostrarum rerum curam suscipias et in aliena fortuna vel invitus una pericliteris. Sed tu quidem Athenas tuas et familiam et domum tuam recuperes, Nausiclem hunc, et occasionem, quæ cum ipso offertur, nequiquam negligens. Ego vero et Calasiris cum iis, quæ acciderint, pugnabimus tandiu, quoad finem erroris invenerimus; etiamsi nemo hominum adjuvet, deos comites nos habituros esse confidentes.

VIII. Hæc verba Nausicles excipiens, Charicleæ quidem, inquit, ex animi sententia, quæ vult, eveniant et dii comites juxta illius preces adsint et propinquos recuperet, quandoquidem tam excelso animo et prudentia singulari prædita est. Tu vero, Cnemon, quod Thisben Athenas non reducas, non amplius agre feras, præsertim cum me habeas reum raptus illius et clandestinæ Athenis avectionis. Ille enim mercator Naucratis, Thisbes amator, ego sum. Nec de paupertate queraris, putans fore aliquando tempus ut mendices; nam si tibi perinde atque mihi placebit, et pecuniæ magnam copiam consequeris, et domum et patriam tuam recuperabis, reducente me, denique, si uxorem ducere volueris, hanc meam Nausicleam tibi conjungente et maximam dotem addente et illam, quod a te vicissim expectandum est, accepisse statnente, postquam genus et familiam tuam cognovi. Ad hæc ne paullulum quidem cumctatus Cnemon, sed, quæ optans antea et expetens non sperabat, ea tum præter spem oblata arripiens, Omnia, inquit, lubens accipio, quæ pro-

τριον ὁ Ναυσικλῆς ἐνεχείριζε καὶ κατηγγύα καὶ τὸν
 ὑμέναιον ἄδεσθαι πρὸς τῶν οἰκείων ἐγκλευσάμενος,
 χορείας ἐν πρώτοις ἐξῆρχεν, εἰς αὐτοσχέδιον γάμον τὸ
 παρὸν συμπόσιον ἀναδείξας. Οἱ μὲν δὲ ἄλλοι πρὸς
 5 χοροῖς ἦσαν καὶ τὸν ὑμέναιον ἀπρόσκλητον ἐπὶ τοῖς
 θαλάμοις ἐκόμαζον καὶ γαμήλιος παννυχίς τὴν οἰκίαν
 κατέλαμπεν, ἡ Χαρίκλεια δὲ χωρισθεῖσα μόνη τῶν
 ἄλλων, ἐπὶ τὸ σῦνηθες ἔρχεται δωμάτιον καὶ τὰς θύρας
 εἰς τὰσφαλὲς ἐπικλεισαμένη, πρὸς οὐδενός τ' ὄχλεισθαι
 10 καταπιστεύουσα, βάχχιόν τι οἰστρηθεῖσα, τὰς τε κό-
 μας ἀφειδῶς λύεται, καὶ θοιμάτιον περιρρηξάμενη,
 Φέρε, ἔφη, καὶ ἡμεῖς δαίμονι τῷ εἰληχρῷ χορευόμεν
 κατὰ τὸν ἐκεῖνον τρόπον· ἄσωμεν αὐτῷ θρήνους καὶ
 γόους ὑπορχησώμεθα, ζόφος δ' ἐπηγείτω καὶ νύξ ἀλαμ-
 15 πῆς ἡγείσθω τῶν δρωμένων, τοῦδε τοῦ λύχνου τῆ γῆ
 προσραχθέντος. Οἷας γὰρ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῖν τὰς πα-
 στάδας ἐπήξατο; οἷον τὸν θάλαμον ἀνέδειξε. Μόνην
 μὲν ἔχει με καὶ ἀνύμφευτον, τοῦ δὲ μέχρις ὀνόματος
 νυμφίου Θεαγένους, οἴμοι, χηρεύει. Κνήμων γαμεῖ,
 20 Θεαγένης δ' ἀλητεύει καὶ ταῦτ' αἰχμάλωτος ἡ τάχα
 καὶ δέσμιος. Καὶ ταῦτ' ἂν εἴη τὰ εὐτυχέστερα· σώ-
 ζοιτο μόνον. Ναυσικλεια νυμφεύεται κάμοῦ διέξουκται
 ἡ μέχρι τῆς παρελθούσης θυμόκοιτος· Χαρίκλεια δὲ
 μόνη καὶ ἔρημος. Καὶ οὐ τῶν ἐπ' ἐκεῖνοις ἡμῖν μέμ-
 25 ψις, ὧ τύχη καὶ δαίμονες, ἀλλὰ πράττειεν κατὰ γνώ-
 μην, τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς οἷτι μὴ τούτοις ἡμῖν ἐξ ἴσου
 κέχρησθε. Οὕτω τὸ δρᾶμα τὸ περὶ ἡμᾶς εἰς ἀπειρον
 ἐμηχύνετε καὶ πᾶσαν λοιπὸν σκηνὴν ὑπερφέγγεται.
 Ἄλλὰ τί ταῦτ' ἄωρι θεηλατοῦμαι; τελεείσω καὶ τὰ
 30 ἐξῆς ὅπη τοῖς θεοῖς φίλον. Ἄλλ', ὧ Θεάγενης, ὧ μόνη
 μοι γλυκεῖα φροντίς, εἰ μὲν τέθνηκας καὶ τοῦτο πει-
 σθείην, (ὃ μὴ ποτε γνοίην), τότε μέν σοι συνεῖναι οὐχ
 ὑπερθήσομαι. Τὸ παρὸν δέ σοι τάσδε ἐπιφέρω χόας·
 καὶ ἄμ' ἔτιλλε τὰς τρίχας καὶ ἐπὶ κλίνης ἐπέβαλλε· καὶ
 35 τάσδε ἐπιγέω τὰς σπονδάς ἐκ τῶν σοι φίλων ὀφθαλμῶν
 καὶ αὐτίκα διάβροχος ἦν ἡ στρωμνὴ τοῖς δάκρυσιν.
 Εἰ δέ μοι περισούζῃ καλῶς γε ποῖω, δεῦρο συνανάπαυ-
 σαι, φίλος, ὄναρ γοῦν ὀφθείς. Φεῖδου δὲ καὶ τότε, ὧ γαθὲ,
 καὶ φύλαττε νομίμω γάμω τὴν σὴν παρθένον. Ἴδου σε
 40 καὶ περιπτύσσομαι, παρῖναι καὶ ὄραν ὑποτιθεμένην.
 Θ'. Καὶ ἄμα λέγουσα, ῥίπτει κατὰ τῆς κλίνης ἐπὶ
 πρόσωπον αὐτὴν ἀθρόον καὶ περιχυθεῖσα περιέβαλλε,
 λύζουσα τε καὶ βρύχιον ἀναστένουσα, ἕως αὐτὴν ὑπὸ
 τῆς ἄγαν λύπης, ἀχλὺς τε καὶ ἱλιγος ὑποδραμῶν καὶ
 45 τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ζοφώσας πρὸς ὕπνον ἔλαθεν ὑπο-
 φέρων καὶ εἰς ἡμέραν ἤδη λαμπρὰν κατέχων. Ὡστε
 καὶ ὁ Καλάσιρις θαυμάζων καὶ παρά γε τὸ εἰωθὸς οὐχ
 δρωμένην ἐπιζητῶν, ἐπὶ τὸν θάλαμον ἀφικόμενος,
 ἐπαίε τε σφοδρότερον τὰς θύρας, καὶ ὀνομαστὶ συνεχῶς
 50 Χαρίκλειαν ἀνακαλῶν, ἀφύπνιζεν. Ἡ δὲ πρὸς τὸ
 αἰφνίδιον τῆς κλήσεως διεταράχθη τε καὶ ὡς κατελήφθη
 σχήματος ἐπὶ τὰς θύρας ὀρήσασα, τὸν τε μοχλὸν πα-
 ρήνεγκε, καὶ πρὸς εἴσοδον τῷ πρεσβύτῃ δίστελλεν.
 Ὁ δὲ, ὡς εἶδε τῆς τε κόμης τὸ ἄτακτον καὶ τὸν χιτῶνα

mittis. Simulque dextram porrigenti, filiam Nausicles
 tradebat et despondebat; et hymenæum cani a suis jubens,
 choream primus incipiebat, subitas nuptias ex præsentī
 convivio efficiens. Alii igitur in cœtu relicto erant et
 hymenæum non denuntiatum in thalamis cum saltationi-
 bus et cantu celebrabant et nuptiali face tota nocte domus
 collucebat; Chariclea vero, separata ab aliis, consuetum
 ingreditur conclave, atque ostium claudens ac muniens, a
 nulloque se impeditum iri confidens, quasi furore quodam
 Bacchico percita, capillos, nihil omnino sibi parcells,
 solvit et turbat, et, veste scissa, Age, inquit, et nos nu-
 mini, quod res nostras sortitum est, qua postulat ratione,
 choreas ducamus. Canamus illi ploratus et lamentis tri-
 puidemus: tenebræ autem resonent et nox obscura, hac
 face terræ impacta, iis quæ agentur præsit. Quem enim
 etiam nostra causa thalamum extruxit? qualemve nobis
 comparavit? Solam et orbatam sponso me iste habet,
 Theagene, inquam, hei mihi miseræ! qui nomine tantum
 est sponsus. Cnemem conjugium contrahit, Theagenes
 vero errat, atque adeo captivus fortassis et vinctus. Atque
 hic quidem esset benignioris fortunæ casus, si modo man-
 neret incolumis. Nausiclea nubit et a me disjuncta est,
 quæ usque ad præteritam noctem una enubarat: Chariclea
 vero sola et deserta. Nec invidemus illorum fortunæ, æ
 fors et numina; quin etiam, ut illis ex animi sententiâ suc-
 cedat, optamus; sed ob nostra accusamus vos, quod non
 æque nobis hæc impertiamini. Sic hunc actum nostrum
 in immensum produxistis, ut ultra omnes scenas repræsen-
 tetur. Sed quid importune de calamitatibus divinitus im-
 missis queror? Perficiantur et reliqua, quousque diis pla-
 cet. Sed, o Theagenes, o sola mihi cura suavis, si qui-
 dem mortuus es et hoc audivero, (quod utinam nunquam
 resciam!) neque ipsa differam, quin una sim tecum fu-
 tura. In præsentia vero has tibi perago inferias, (simul-
 que vellebat crines et in lectum imponebat) et has tibi
 desuper fundo libationes ex oculis, qui tibi cari sunt;
 (moxque humectabatur stratum lacrimis.) Si manes in-
 columis, sicuti merito debes, huc ades, et una requiesce,
 carissime, in somnis saltem mihi apparens. Parce tamen
 tum quoque, mi Theagenes, et custodi connubiali lege
 tuam virginem. Ecce te et amplector adesse te et me in-
 tueri existimans.

IX. Atque hæc elocuta, dejecit sese in lectum repente
 pronam, et circumfusa hærebat in amplexu singultiens
 atque vehementius ingemiscens: donec illam præ nimio
 dolore stupor et vertigo subiens et parti animæ intelligenti
 caliginem quamdam offundens, clam in somnum deduxit
 et ad diem usque claram detinuit. Quamobrem Calasiris
 mirans et quod nusquam præter consuetudinem appareret
 inquirens, ad thalamum venit, pulsansque fores vehemen-
 tius et nominatim continuo Charicleam compellans, exci-
 tavit e somno. Illa vero subita vocatione turbata est et eo
 habitu in quo deprehensa fuerat, ad ostium sese pro-
 priens, vectem removit et ad ingressum senis fores aperuit.
 Ille vero ut vidit capillos turbatos et vestem scissam circa
 pectus, adspectumque adhuc fluctuantem, et quo furore,

κατερωγότα περὶ τοῖς στήθεσι καὶ ὄμμα ἔτι κυμαῖνον,
 [καὶ τὸ πρὸ τῶν ὕπνων ἐμμανὲς ἐπισημαῖνον] συνήσι
 μὲν τὴν αἰτίαν, ἀγαθῶν δ' αὖθις ἐπὶ τὴν κλίνην καὶ
 καθίσας, ἔρεστριδά τε ἐπέβαλε καὶ πρὸς τὸ εὐσχημον
 5 περιστείλας, Τί ταῦτα, ἔφη, Χαρίκλεια; τί λίαν οὕτω
 καὶ ἄμετρα δυσφορεῖς; τί δ' οὕτως ἐκφρόνως ἤττων
 γίγνη τῶν προσπιπτόντων; οὐδὲ σε γνωρίζω τὸ παρὸν,
 ἀεὶ γενναίαν καὶ σώφρονα τύχας ἐνεγκεῖν τὸ πρόσθεν
 ἐγνωκώς. Οὐ παύση τῆς ἄγαν ταύτης ἀνοίας; οὐκ
 10 ἐννοήσεις, ἄνθρωπος οὖσα, πρᾶγμα ἀστάθμητον καὶ
 ὀξείας ῥοπᾶς ἐφ' ἑκάτερα λαμβάνον; τί σαυτὴν προα-
 ναιρεῖς βελτιόνων ἴσως ἐλπίδων; Φεῖσαι καὶ ἡμῶν,
 ὧ τέκνον, φεῖσαι, εἰ μήγε σαυτῆς ἀλλά γε Θεαγένους,
 ὧ βίος ὁ σὺν σοὶ μόνος αἰρετός καὶ ἐπὶ σοὶ σωζομένη
 15 τὸ εἶναι κέρδος. Ἡρυθρία τούτων ἀκούσασα ἡ Χαρί-
 κλεια καὶ πλέον ἐν οἷσις κατελιπτο ἐννοοῦσα, σιωπή-
 σασά τ' ἐπιπλεῖστον, ὡς ἐνέκειτο πρὸς τὴν ἀπόκρισιν
 ὁ Καλάσιρις· Ἀληθῶς μὲν, ἔφη, ἐπιτιμᾷς, ἀλλ' ἴσως
 ἐμοὶ συγγνωστά, ὧ πάτερ. Οὐ γὰρ με δημόδης,
 20 οὐδὲ νεωτερίζουσά τις ἐπιθυμία πρὸς ταῦτ' ἐξάγει τὴν
 ἀθλίαν, ἀλλὰ καθαρὸς τε καὶ σωφρονῶν, ἀπειράτου
 μὲν, ἀλλ' ἐμοὶ γ' ἀνδρὸς πόθος καὶ τούτου Θεαγένους
 λυποῦντος μὲν καὶ ὅτι μὴ σύνεστι, πλέον δ' εἰ περιεστί-
 νη μὴ, φοβοῦντος. Ἀλλὰ τούτου γ' ἔνεκα θάρσει,
 25 ἔλεγεν ὁ Καλάσιρις, ὡς ὄντος ἐκείνου καὶ σοὶ συνεσο-
 μένου, θεῶν νευόντων, εἴπερ τι χρῆ τοῖς τε προθεσι-
 σθεῖσι περὶ ὑμῶν πιστεύειν καὶ τῷ διαγγελίαντι χθι-
 ζῶν, ὡς εἰληπταὶ ὑπὸ Θυάμιδος, εἰς τὴν Μέμφιν ἀνα-
 πεμπομένους. Εἰ δ' εἰληπται, ὄηλον ὡς καὶ σώζεται,
 30 φιλίας αὐτῷ πρὸς τὸν Θύαμιν καὶ γνώσεως ὑπαρχού-
 σης. Καίρως δὲ, μὴ μέλλειν, ἀλλὰ σπευστέον ὡς
 ἔνεστιν ἡμῖν τάχους ἐπὶ Βήσσαν τὴν κόμην καὶ ἀνα-
 ζητητέον, σοὶ μὲν τὸν Θεαγένην, ἐμοὶ δὲ πρὸς τούτῳ
 καὶ τὸν υἱόν. Οἴσθ᾽ αὖ πᾶντοια προακχοῦσα, παῖδα
 35 ἔμὸν εἶναι τὸν Θύαμιν. Καὶ ἡ Χαρίκλεια γενομένη
 σύννοος, Εἰ μὲν δὲ, ἔφη, πᾶσις ἐστί σοι Θύαμις καὶ
 ἐστί ὁ σὸς, ἀλλὰ μὴ ἐτέρου καὶ ἄλλου, νῦν μὲν δὲ τὰ
 ἡμέτερα πρὸς κίνδυνον ἐλαύνει τὸν μέγιστον. Θαυμά-
 σαντος δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἐρομένου τοῦ Καλασίριδος·
 40 Οἴσθ᾽ αὖ, εἶπεν, ὡς αἰγμάλωτος ἐλήφθη ὑπὸ τῶν βουκό-
 λων. Ἴκεῖ τὸν καὶ τὸν Θύαμιν ὑπηγάγετο πρὸς
 τὸν κατ' ἐμοῦ πόθον ἢ δυστυχῶς μοι προσεῖναι δοκοῦσα
 τῶν ὀφεινῶν ὄρα· καὶ δέος, εἰ ἀναζητοῦντες ἐκτύχοιμεν,
 μὴ ὀφθεῖσαν ἐκείνην εἶναι με ταύτην ὑπομνησθεῖς, τὸν
 45 γάμον, ὃν τότε μοι προτεινόμενον παρ' αὐτοῦ διεκρου-
 σάμην ἐπινοίας, εἰς ἔργον ἄγειν βιάσθεται. Καὶ ὁ
 Καλάσιρις, Μὴ οὕτω μὲν ποτε, φησί, ἐπιθυμία κρα-
 τήσειεν, ὡς καὶ τὴν πατρίαν ὄψιν δρωμένην ὑπεροφ-
 θῆναι καὶ ὄμματα τοῦ φύντος μὴ καταιδέσθαι τὸν παῖδα,
 50 (μηδὲ) κολάσαι τὴν, εἴπερ καὶ ἔστιν, οὐκ ἐννομον ὄρε-
 ζιν. Ὅμως δ' οὖν, κωλύει γὰρ οὐδὲν, τί οὐχὶ καὶ
 μηχανήν τινα πρὸς περιγραφὴν τῶν φοβούτων ἐπι-
 νοεῖς; Δεινὴ δὲ τις ἔοικας εἶναι σοφιστεῦσαι κατὰ τῶν
 ἐπιχειρούντων διαδύσεις τε καὶ ὑπερθέσεις.

antequam in somnum laboraret, agitata esset, satis indi-
 cantem, causam intellexit. Cumque illum ad lectum re-
 duxisset et collocatam exornasset, palliumque illi impo-
 suisset: Quid hæc, matum, inquit, Chariclea? Cur tam
 graviter et absque modo te excrucias? Cur ita, omni
 abjecta ratione, succumbis casibus? In presentia te non
 agnosco, quam semper generosam et modestam antea
 cognovi. An non ab hac ingenti amentia desines? An non
 cogitabis, hominem te esse natam, rem instabilem, et le-
 vibus momentis ad utramque partem declinantem? Cur
 te ipsa interimis ante spes fortasse meliores? Parce nobis,
 nata, parce, inquam, si non tua ipsius causa, saltem Thea-
 genis, cui vita tecum tantum est optabilis, et te superstitute
 in lucro ponitur. Erubuit his auditis Chariclea, maxime
 cum reputaret ea, in quibus deprehensa fuerat. Cumque
 diu tacuisset, Calasiride responsionem flagitante: Veras
 quidem ob causas, inquit, objurgas, pater, sed tamen mihi
 fortasse condonandas. Neque enim me pervulgata aut
 nova quaedam cupiditas ad hæc impulit miseram, sed
 purum et castum utique, quamquam me non attigerit,
 desiderium, atque hoc ipsum Theagenis, qui me mærore
 afficit, quod una mecum non est: ac magis etiam terret,
 quod, utrum vivat, an non, scire non possim. Quod ad
 hanc rem attinet, bono animo esto, dicebat Calasiris,
 tanquam illo superstitute et tecum una victuro, diis annun-
 tiatus: siquidem oportet iis, quæ sunt de vobis oraculo
 prædicta, fidem habere atque etiam ei, qui heri, quod a
 Thyamide, cum Memphim duceretur, captus esset, nun-
 tiavit. Quod si captus est, hand dubie quoque servatur
 incolomis, cum illi jam amicitia et familiaritas cum Thya-
 mide intercedat. Quocirca non est cunctandum, sed pro-
 perandum, quantum fieri potest, ad Bessam pagum, et
 inquirendi, tibi quidem Theagenes, mihi vero insuper
 filius. Audivisti enim omnino antea, filium meum esse
 Thyamidem. Tum Chariclea cogitabunda, Siquidem,
 inquit, filius tibi est Thyamis et est tuus, et non alterius
 cujuscumque et alius, nunc res nostræ in summum discrimen
 adducuntur. Mirante et causam quærente Calasiri: Scis,
 inquit, quod veneram in potestatem prædonum captiva.
 Ibi igitur et Thyamidem impulerat in amorem mei infausta,
 qua prædita esse videor, forma: et periculum est, ne, si
 inquirentes in eum incidimus, conspectam me, illam
 ipsam esse recordatus, nuptias, quas aliquando mihi ab
 illo propositas fallaciis eluseram, ad rem deduci cogat.
 Calasiris autem: Absit, ut tanta sit vis cupiditatis, ut
 etiam paternum vultum conspectum audeat contemnere
 et oculos patris non revereat filius et non reprimat, si
 quæ est, pravam cupiditatem. Sed tamen quid prohibet,
 quominus aliquam machinam ad cludenda ea, quæ tibi
 sunt formidabilla, excogites? Videris autem esse callida,
 ad excogitanda contra eos, qui te adoriuntur, effugia et
 dilationes.

Ι'. Ἀνεῖθῃ πρὸς ταῦτα μικρὸν ἢ Χαρίκλεια καὶ Εἰ
 μὲν ἀληθεύεις, εἶπεν, ἢ παιδιὰν με πεποίησαι, παρεί-
 σθω τὸ παρόν. Ἐγὼ δὲ τέχνην ἅμα τῷ Θεαγένει μὲν
 καὶ πρότερον ἐπιχειρηθεῖσαν, ὑπὸ δὲ τῆς τότε τύχης
 5 διακοπεῖσαν, εἰσηγήσομαι καὶ νῦν ἐπ' ἀμείνοσι ταῖς
 τύχαις. Τῆς γὰρ νήσου τῆς βουκολικῆς ἀποδρᾶναι
 διανοηθεῖσιν, ἐδόκει τὴν ἐσθῆτα μεταμφιασαμένους ἐς
 τὸ λυπρότατον καὶ πτωχοῖς αὐτοὺς ἀπεικᾶσαντας,
 οὕτως ἐπιμίγνυσθαι κώμαις τε καὶ πόλεσιν. Εἰ δὲ
 10 συναρέσκει, πλαττώμεθα τὸ σχῆμα καὶ πτωχεύομεν.
 Οὕτω γὰρ ἤτιόν τ' ἐπιβουλεύσομεθα πρὸς τῶν ἐντυγ-
 χανόντων· ἀσφάλεια γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἢ εὐτέλεια,
 καὶ οἴκτου τε μᾶλλον ἢ φθόνου πέλας ἢ πενία, τῆς τε
 καθημέραν ἀναγκαίου τροφῆς βῆρον εὐπορήσομεν, ζένη
 15 γὰρ ἐν γῆ, τὸ μὲν ὄνιον σπάνιον τοῖς ἀγνοοῦσι, τὸ δ'
 αἰτούμενον εὐμετάδοτον τοῖς ἐλεοῦσιν.

ΙΑ'. Ἐπῆναι ταῦθ' ὁ Καλάσιρις καὶ ἔχθειαι τῆς
 ὁδοιπορίας ἐπέσπευδε· τοῖς τε περὶ τὸν Ναυσικλέα καὶ
 20 Κνήμιον ἐντυγχάνοντες, τὴν τ' ἐξόδον κοινοσάμενοι,
 εἰς τρίτην ἐξώρμησαν, οὐθ' ὑποζύγιον, καίτοι διδόμε-
 νον, οὐτ' ἀνθρώπων οὐδένα συνέμπορον ἀνασχόμενοι·
 τοῦ τε Ναυσικλέους καὶ Κνήμιος προπεμπόντων καὶ
 ἄλλου τῆς οἰκίας πλήθους. Προὔπεμπε δὲ καὶ ἡ Ναυ-
 σικήλεια, πολλὰ τὸν πατέρα ἐπιτρέψαι καθικετεύσασα,
 25 τῆς νυμφικῆς αἰδοῦς ὑπὸ φίλτρον τοῦ περὶ τὴν Χαρί-
 κλειαν ἐκνικηθείσης. Καὶ ὅσον πέντε σταδίου προελ-
 θόντες ἤσπαζον τότε ἀλλήλους τὰ τελευταῖα κατὰ γένος,
 καὶ τὰς δεξιὰς ἐνέβαλλον, ἐπιδακρῦσαντές θ' ὅσον πλεῖ-
 στον, καὶ ἐπὶ βελτίοσι χωρισθῆναι ταῖς τύχαις ἐπε-
 30 ξάμενοι, τοῦ Κνήμιος δὲ καὶ συγγνώμην αἰτούντος εἰ
 μὴ συμπορεύοιτο, νεοπήκτους ἔτι τοὺς θαλάμους ἔχων,
 ἐπικαταλήψεσθαι τ' εἰ καιρὸς γένοιτο πλαττομένου,
 διεχωρίσθησαν· οἱ μὲν ἐπὶ Χέμιον, ἢ Χαρίκλεια δὲ
 καὶ ὁ Καλάσιρις πρῶτα μὲν εἰς πτωχικὸν πλάσμα
 35 μετημφιέννυτο, βράκειν αὐτοὺς προπαρσκευασμένοις
 ἐξευτελίσαντες, ἔπειτα δ' ἡ Χαρίκλεια τὸ τε πρόσωπον
 ἐνύβριζεν, ἀσβόλου τ' ἐντρίψει καὶ πληθὺ καταχρίσει
 μολύνασα καὶ κρηδέμου ρυπῶντος τὸ κράσπεδον ἀπὸ
 μετώπου κατὰ θατέρου τοῖν ὀφθαλμοῖν εἰς ἄτακτον
 40 προκάλυμμα ἐπισοβοῦσα· πήραν γ' ὑπὸ μάλης, οὕτως
 μὲν ἰδεῖν ψυμοῖν τινων καὶ ἀκόλων δῆθεν ταμειῖον,
 χρειωδέστερον δὲ τῆς ἱερᾶς ἐκ Δελφῶν ἐσθῆτος καὶ τῶν
 στεμμάτων, τῶν τε συνεκτεθέντων μητρώων κειμηλίον
 καὶ γνωριμάτων εἰς ὑπόδοχὴν, ἐξήπτο. Ὁ δὲ Κα-
 45 λάσιρις τὴν μὲν φαρέτραν τῆς Χαρικλείας τετραχυμέ-
 νοις κωδίοις ἐνεκλήσας, ὡς δὴ τι φορτίον ἕτερον, ἐπὶ
 τῶν ὤμων ἐγκάρσιον ἔφερε· τὸ δὲ τόξον τῆς νευρᾶς
 παραλύσας, ἐπειδὴ τάχιστα πρὸς τὸ εὐθύτερον ἀνεκάμ-
 φθη, βακτηρίαν ταῖν χερσῶν ἐποιεῖτο· πολὺς τ' αὐτῇ
 50 καὶ βαρὺς ἐμπίπων καὶ εἰ πῆ τισιν ἐντευξόμενος
 προῖδι, κυφότητά τε πλέον ἐπετήδευεν ἢ τὸ γῆρας
 ἐτηνάχαζε καὶ τοῖν σκελοῖν ἥτατον παρῆσυρετο, πρὸς
 τῆς Χαρικλείας ἐσθ' ὅτε χειραγωγούμενος.

ΙΒ'. Κάπειδ' ἃ τῆς ὑποκρίσεως αὐτοῖς διηκρίβω-

X. Exhilarata est his paulum Chariclea, et Sive serio
 dicis, inquit, sive jocularis, mitte ista in praesentia. Ego
 vero artem, etiam prius cum Theagene compositam, a
 fortuna vero praecisam, et nunc, quod faustum felixque
 sit, introducam. Cum enim, ut fugerem ex insula
 praedonum, necessitas postularet, placuerat, permutato
 habitu, pannosos et ad mendicorum similitudinem, ver-
 sari in pagis et urbibus. Quamobrem, si placet, fingamus
 hunc habitum et mendicorum personam agamus. Sic et
 minus erimus obnoxii insidiatorum injuriis: securitas
 enim in hisce tenuitate comparatur, fereque commiserati-
 onis propior est paupertas quam invidiae: et quotidie
 necessarium victum facilius adipiscemur. Etenim in pe-
 regrina terra emturis, ignorantibus loci consuetudinem,
 omnia carius venduntur; mendicantibus vero dantur facili-
 us ab his qui eorum miserentur.

XI. Collaudabat haec Calasiris et quamprimum iter in-
 gredi properabat. Itaque cum Nausiclem et Cnemone-
 accessissent et exitum cum illis communicassent, perendie
 sunt egressi, neque jumentum ullum, etsi dabatur, neque
 hominem quemquam comitem sibi adesse patientes, Nau-
 sicle et Cnemone deducente et reliqua domus multitudine.
 Deducebat etiam Nausiclea, multis modis patrem, ut hoc
 sibi concederet, orans, sponsae convenientem pudorem
 amore erga Charicleam superante. Ad quinque autem
 fere stadia progressi, valedicebant sibi invicem ultimo pro
 sexu ratione et dextras jungebant. Cumque magnam vim
 lacrimarum profundissent, et ut prospere ac feliciter a se
 invicem separarentur, precati essent, atque etiam Cnemone
 veniam, quod una non iret, quod recens illi thalamus
 esset, peteret, et quod illos esset assecuturus, occasionem
 nactus, fingeret, digressi sunt a se invicem: hi quidem ad
 Chemmin; Chariclea vero et Calasiris in mendicorum
 fictum habitum se transformarunt, pannis sese antea praepa-
 ratis, vilibus admodum, operientes. Postea vero Cha-
 riclea et faciem conspurcavit, intersa fuligine et luto illito
 contaminans et fasciae veteris oram desuper a fronte de-
 missam circa oculos incomposite loco tegmenti jactari
 sinens; porro peram sub ala, eo praetextu, tanquam buc-
 cellarum et viatici promptuarium esset, re ipsa vero ad
 receptaculum sacrae vestis Delphis asportatae et coronarum
 ac monumentorum, cum illa a matre expositorum, indi-
 ciorumque suspendens. Calasiris autem, pharetram qui-
 dem Charicleae corrupto corio involvens, tanquam onus
 aliquod aliud, transversum in humeris ferebat: arcum
 vero, nervo laxato, postquam celerrime ad rectitudinem
 rediit, loco haeculi sumpsit, totus illi et magno onere in-
 cumbens. Et si forte se venturum alicui obviam praevi-
 derat, dedita opera majorem gibbum simulabat, quam
 senium cogebat, et altero pede claudicabat, a Chariclea
 interdum manu ductus.

XII. Postquam autem persona ejusmodi fuerat illis

το, μικρὰ καὶ ἐπισκώψαντες εἰς ἀλλήλους καὶ ὡς πρέ-
 ποι τὸ σχῆμα θάτερος θατέρῳ ἐπιγλευσάσας, τὸν τ' εἰ-
 ληχότα δαίμονα σῆσαι τὰ δεινὰ μέχρι γούν τούτων
 καὶ ἀρκεσθῆναι παρακαλέσαντες, ἔσπευον ἐπὶ Βῆσσαν
 5 τὴν κόμη, οὗ τὸν Θεαγένην καὶ τὸν Θύαμιν ἐλπίσαν-
 τες εὐρήσειν, ἀπετύγχανον. Ἄρτι γὰρ τῇ Βῆσση περὶ
 δύοσιν ἡλίου πλησιάζοντες, πλῆθος κειμένων νεκρῶν
 ὄρωσι νεοσφαγῶν, τῶν μὲν πλειόνων Περσῶν εἶναι τῇ
 10 ἐγγυρίων. Καὶ πολέμου μὲν εἶναι τὸ ὄραμα εἰκάζον,
 τίνων δὲ καὶ πρὸς τίνας, ἠπόρουν· ἔως ἐπιπαριόντες
 τοὺς νεκροὺς καὶ ἅμα περισκοποῦντες, μὴ πού τις κεῖ-
 ται καὶ τῶν οἰκειῶν, (δεινὰ γὰρ αἱ ψυχαὶ περὶ τοῖς
 φιλάτοις τὰ δεινότερα μαντεύεσθαι) γυναίῳ προστυγ-
 15 χάνουσι πρεσβυτικῶ, σώματι τῶν ἐγγυρίων προσπε-
 φυκότε καὶ παντοίους ἐγείροντι θρήνους. Ἐγνωσαν
 οὖν ἐπιχειρεῖν τι παρὰ τῆς πρεσβυτίδος, εἰ οἶόν τε,
 ἔκμανθάνειν. Καὶ παρακαλοῦσάμενοι, πρῶτα μὲν πα-
 ραμυθεῖσθαι τε καὶ καταστῆλαιν τὸν ἄγαν θρήνον ἐπει-
 20 ρῶντο. Ἔπειτα προσιμένης, ὅν τινα πενθοῖη, καὶ
 τίς ὁ πόλεμος ἡρώτων, τοῦ Καλασίριδος πρὸς τὸ γύ-
 ναιον αἰγυπτιαζόντος. Ἢ δ' ἔλεγεν ἅπαντα ἐπιτέμ-
 νουσα· ἐφ' οὗ μὲν εἶναι κειμένον τὸ πένθος καὶ ἐπιτε-
 τηδευκῆναι τὴν εἰς τοὺς νεκροὺς ἀφίξιν, εἰ πῆ τις διελά-
 25 σασ τοῦ ζῆν ἀπαλλάξειε, τέως μὲντοι τὰ νομιζόμενα
 τῇ παιδί ἐκ τῶν ἐόντων, δακρῦούσάν τε καὶ θρηνοῦ-
 σαν, ἐπιφέρειν.

Ἢ'. Τὸν δὲ πόλεμον ἔλεγεν ὧδε. Ἦγετο ζένος
 νεανίας τις, κάλλιε τε καὶ μεγεθεὶ διαφέρων, ὡς Ὅροον
 30 δάτην τὸν μεγάλου βασιλέως ὑπαρχον, εἰς τὴν Μέμφιν.
 Ἀπέσταλτο δ' οἶμαι παρὰ Μιτράνου τοῦ φρουράρχου
 ληφθεὶς αἰχμάλωτος, ὡς τι τῶν μεγίστων δώρων, ὡς
 φασί. Τοῦτον οἱ τῆς κόμης τῆς ἡμετέρας ταυτησί,
 δεῖξασα τὴν ἐχομένην, ἐπελθόντες ἀρείλοντο, γνωρίζειν
 35 εἶτ' οὖν ἀληθεύοντες, εἶτε καὶ πρόφασιν πλάσαντες.
 Ὁ δὲ Μιτράνης ταῦτα πυθόμενος καὶ κατὰ τὸ εἶκος
 ἀγανακτήσας, ἐπιστρατεύει τῇ κόμῃ, δυσὶ ταύταις
 πρότερον ἡμέραις. Καὶ (ἔστι γὰρ μαχιμώτατον ἡ
 κόμη γένος, βίον αἰετὴν ληστείαν πεποιημένοι, καὶ
 40 θανάτου παντὸς ὑπερόπται, πολλὰς δὲ διὰ τοῦτο πολ-
 λάκας ἄλλας τε καὶ μὲν τὸ παρὸν ἀνδρῶν τε καὶ παιδῶν
 χηρῶσαντες), ἐπειδὴ τὴν ἔσποδον ἐσομένην ἐτεχμή-
 ραντο, προλογίζουσί τέ τινας ἐνέδρας, καὶ δεξάμενοι
 τοὺς ἐναντίους, ἐπικρατέστεροι γίνονται· οἱ μὲν κατὰ
 45 στόμα καὶ ἐκ τοῦ εὐθέος μαχόμενοι, οἱ δὲ κατόπιν ἐκ
 τῶν λόγων ἀπροφύλακτοις σὺν βοῇ τοῖς Πέρσαις ἐπελ-
 θόντες· καὶ πίπτει μὲν ὁ Μιτράνης ἐν πρώτοις μαχό-
 μενος, πίπτουσι δὲ σὺν αὐτῷ σχεδὸν τι πάντες, οἳα δὲ
 κυκλωθέντες καὶ οὐδὲ φυγῆς τόπον εὐμοιρήσαντες·
 50 πίπτουσι δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων ὀλίγοι. Καὶ γίνεταί
 τῶν ὀλίγων, βαρεῖα βουλῆσει δαίμονος, καὶ παῖς οὐμὸς,
 βέλει Περσικῶ πρὸς τὰ στέρνα, ὡς ὄρατε, βληθεῖς.
 Καὶ νῦν ἡ ἀθλία τὸν μὲν θρηνοῦ κείμενον, τὸν δ' ἔτι μοι
 μόνον παῖδα λειπόμενον, εἰκοσα θρηνήσειν, ἐκστρατεύ-

prope assimilata, paucisque scomatibus sese petierunt,
 et alter alterius habitum, ut convenit, joco perstrinxit,
 a deo, illorum rationes gubernante, ut mala ibi sisteret,
 et præteritis esset contentus, deprecatus, ad Bessam pagum
 properabant: ubi cum Theagenem et Thyamim se inven-
 turos fuisse speravissent, optato eventu frustrati sunt.
 Propius enim ad Bessam circa solis occasum accedentes,
 ingentem stragem recens caesorum conspiciunt, plurimo-
 rum quidem Persarum, qui ex habitu et armatura co-
 gnoscantur, paucorum vero quorundam etiam indigena-
 rum. Et belli quidem esse representationem conjectaban-
 tur, ceterum, a quibus et cum quibus gesti, ignorabant:
 donec circumeuntes cadavera, simulque circumspicentes,
 ne forte aliquis ex propinquis alicubi jaceret, (solent enim
 animi de iis, quæ carissima sunt, facile etiam acerbiora
 augurari) inciderunt in quendam vetulam mulierem,
 corpori cuiusdam indigenæ adhærentem et multiplices
 edentem ploratus. Statuerunt igitur conari, aliquid, si
 fieri posset, ex anu cognoscere. Et cum propius assedis-
 sent, principio quidem consolari et sedare illius vehemen-
 tem luctum conabantur: deinde, cum consolationem ad-
 mitteret, quem lugeret et quodnam bellum esset gestum,
 percontabantur, Calasiride cum muliere, Ægyptiaca lin-
 gua loquente. Illa autem dicebat omnia breviter: Propter
 filium quidem jacentem se lugere et ex industria ad cada-
 vera venisse, ut aliquis armatus decurrens illam occide-
 ret: interea vero justa filio pro facultatibus, lacrimantem
 et lamentantem, solvere.

XIII. Quod ad bellum attinet, ita narrabat. Deduce-
 batur quidam peregrinus adulescens, forma et proceritate
 excellens, ad Oroonatem regis magni principem, Mem-
 phim. Missus autem fuerat a Mitrane, ut existimo, execu-
 biarum præfecto, captus, tanquam maximum quoddam
 donum, ut ipsi aiunt. Hunc nostri ex hoc pago (osten-
 dens in vicinia situm) advenientes eripuerunt: cognoscere
 se ut suum, sive revera, sive prætextum fingentes. Mitranes
 igitur cum hæc audisset, ut est consensaneum, iratus, ad-
 duxit exercitum contra pagum, ante hoc biduum. Est
 autem bellicosissimum genus hominum in hoc pago, sem-
 perque prædando vitam agunt et mortem despiciunt om-
 nino: multasque propterea sæpius alias et me in præsentia,
 viris et filiis orbas reddiderunt. Postquam igitur adven-
 tum illius certis argumentis cognoverunt, occupant insidiis
 loca quedam occultandis copiis idonea et exceptos hostes
 vincunt: pars collatis signis et a fronte prælium ineuntes,
 pars a tergo ex insidiis cum clamore incautos Persas adorti.
 Cedit igitur inter primos Mitranes prælians, cadunt et reli-
 qui propemodum omnes cum eo, tanquam circumdati,
 et neque fugæ patentem locum habentes: cadunt et nostri
 pauci. Ex quorum numero, gravi et aspera numinis vo-
 luntate, etiam filius meus hic est, qui jaculo Persico, ut
 videtis, in pectore vulnus accepit. Et nunc quidem mi-
 sera hunc jacentem lugeo: deinceps autem eum, qui milii
 est relictus, luctura videor, quod et ille heri cum reliquis
 contra Memphitarum urbem expeditionis fuerit socius.

αἰνιγμάτων εἰς τὸ συνίεναι προσβιβάζουσα· καὶ τὴν τε περὶ αὐτὸν φιλοφροσύνην τῆς δεσποίνης μεγαλύνουσα καὶ τὸ κάλλος οὐ τὸ φαινόμενον μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ ἐντὸς ἐσθῆτος μετὰ τινῶν εὐλόγων προφάσεων ὑπ' ὄψιν
 5 ἄγουσα καὶ τὸ ἦθος ὡς ἔρασμαί τε καὶ εὐόμιλος καὶ χαίρουσα τοῖς ἄθροτέροις καὶ ἀγερωχότεροις τῶν νέων καὶ ὅλως ἀτόπειραν ἐν οἷς διεξήκει λαμβάνουσα, εἰ προστρέχει τοῖς ἐπαφροδίτοις. Καὶ ὁ Θεαγένης τὸ μὲν τῆς φιλοφροσύνης καὶ ὡς φιλέλλην τὸ ἦθος καὶ ὅσα
 10 τοιαῦτα συνεπήγει καὶ χάριν ὠμολόγει, τὰ δ' ἐπαγωγὰ τῶν ἀτοπωτέρων, ὡς ἂν μηδὲ συνίεις τὴν ἀρχὴν, ἐκὼν ὑπερέβαινε. Πνιγμὸς τοίνυν εἶχε τὴν γραῦν, καὶ οἶον ἔλυε τὴν καρδίαν, στοχαζομένη μὲν ὡς συνήσι τῆς προαγωγείας, ἀπαυθαδιαζόμενον δὲ καὶ διω-
 15 θούμενον ὁρῶσα τὴν πείραν καὶ τὴν Ἀρσάκην οὐκ ἔτι φέρειν οἷά τ' ἦν δι' ὄχλου γινομένην καὶ καρτερεῖν οὐκ ἔτι δύνασθαι λέγουσαν καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἀπαιτούσαν ἦν ἄλλοτ' ἄλλαις προφάσεσιν ὑπερετίθετο ἢ Κυβέλη· νῦν μὲν βουλόμενον τὸν νεανίαν ἀποδειλιᾶν
 20 φάσκουσα, νῦν δ' ἀνωμαλίαν τινὰ προσπεπωκέναι πλαττομένη.

Κ'. Καὶ πέμπτης που λοιπὸν καὶ ἕκτης ἡμέρας παρφηγκυίας ᾗσθ, καὶ τὴν Χαρίκλειαν τῆς Ἀρσάκης ἅπαξ
 25 γένει κεχαρισμένον μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης ἐωρακυίας, ἀναγκάζεται καὶ λευκότερον διαλεχθῆναι τῷ Θεαγένει καὶ τὸν ἔρωτα ἀπαρακαλύπτως ἐξηγόρευεν [πολλὰ] καὶ μυρία ἀγαθὰ συγκατατιθεμένην διεγγυωμένη καὶ Τίς ἢ ἀτομία, προστιθεῖσα, τί δὲ τὸ ἀνα-
 30 φροδίτον; νέος οὕτω καὶ καλὸς καὶ ἀχμαῖος, γυναῖκα ὁμοίαν καὶ προστετηκυῖαν ἀπωθεῖται καὶ οὐχ ἄρπαγμα οὐδ' ἔρμαιον ποιεῖται τὸ πρᾶγμα, δέους μὲν οὐδενὸς ἐπόντος τῇ πράξει, μήτ' ἀνδρὸς παρόντος, κάμου τῆς θρεψαμένης καὶ πάντα ἀπόρρητα διὰ χειρὸς ἐχούσης,
 35 τὴν ὁμιλίαν διακονούσης, μήτε σοὶ τινος ἐπόντος κωλύματος, οὐ νύμφης, οὐ γαμετῆς παρούσης. Καὶ τοι καὶ τούτων ὑπερείδον πολλοὶ πολλᾶκις, ὅσοι δὲ νῦν ἔχοντες, τοὺς μὲν οἰκέλους ἔγνωσαν οὐδὲν ἐκ τούτου καταβλάψειν, αὐτοὺς δ' ὠφελήσειν, κτήσεως χρημάτων
 40 προσγενομένης καὶ τῶν καθ' ἡδονὴν ἀπολαύσεων. Τελευτώσα δὲ καὶ ἀπειλήν τινα κατεμίγνυ τοῖς λεγομένοις· Αἰ χρησταί, λέγουσα, καὶ φιλόνοι γυναῖκες, ἀμελιχοὶ γίνονται καὶ βαρυμήνιδες, ἀποτυγχάνουσαι καὶ τοὺς ὑπερόπτας ὡς ὕβριστὰς εἰκότως ἀμύονται.
 45 Ταύτην δὲ, ὅτι καὶ Περσὶς τὸ γένος ἐννοεῖ καὶ ὡς βασιλειον αἶμα, τοῦτο δὲ τὸ τῆς σῆς προσρήσεως καὶ ὡς πολλὴν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν περιέβληται ὑπ' ἧς αὐτῇ καὶ τιμῆσαι τὸν εὐνοῦν καὶ κολάσαι τὸν ἐναντιούμενον ἐπ' ἀδείας· σὺ δὲ καὶ ξένος καὶ ἔρῃμος καὶ ὁ προστη-
 50 σόμενος οὐδεὶς. Φείσαι τὸ μέρος καὶ σαυτοῦ, φείσαι κάκενης. Ἄξία δ' ἐστὶ παρὰ σοῦ φειδοῦς, εἰς τὰ δίκαια τῶν σῶν πόθων οὕτως ἐκμεμηνῖα. Εὐλαβήθητι καὶ μῆτιν ἐρωτικὴν, φύλαξαι καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑπερφίας νεμεσητόν· πολλοὺς οἷδα μεταμεληθέντας. Πι-

volucris tectam intelligendam relinquebat, benevolentiam dominae erga ipsum praedicans et cum pulchritudinem, non apparentem tantum, sed et eam, quae vestitu contineretur, quibusdam convenientibus occasionibus ob oculos ponens, tum mores, quod essent amabiles et cum quadam facilitate conjuncti et quod delectaretur delicatioribus et valentioribus adolescentibus. Et in summa, experimentum capiebat in iis, quae narrabat, an Veneris rebus alliceretur. Theagenes autem benevolentiam illius erga se, et quod moribus esset propensis in amorem Graecorum, et quaecunque talia praeterea, collaudabat et insuper agebat gratias. Porro illecebras absurdiorum rerum neque intelligens ab initio, sponte praeteribat. Angor igitur quidam invasit anum et quasi pungebatur dolore cordis, cum conjectaretur eum intelligere illecebras, fastidire autem et repellere omnes conatus videret et Arsacem non amplius ferre sciret, tumultuantem et non amplius se cohibere posse dicentem, et pollicita reposcentem, quae alias aliis praetextibus Cybele differebat; interdum, quamvis vellet, reformidare adolescentem dicens, interdum vero aliquid incommode cecidisse fingens.

XX. Et cum jam quintus et sextus dies praeterisset, Charicleam Arsace semel atque iterum ad se vocasset et ad gratificandum Theageni honorifice illam accepisset, benevolentiaque singulari fuisset intuita, cogebatur planius colloqui cum Theagene, amoremque aperte exponere, sexenta bona, si assentiretur, certo pollicens, et, Quae, malum, est haec tergiversatio? addens, quidve adeo alienum a rebus Veneris? adolescens tam formosus et florenti aetate, mulierem similem et amore illius contabescentem repellit, et non praedam ducit et in lucro ponit negotium: praesertim nulla formidine rem consequente, neque viro praesente, et me quae illam educavi et omnia arcana in potestate habeo, hanc consuetudinem illi procurante? neque, quod ad te attinet, ullo intercedente impedimento, non sponsa, non uxore. Atqui et haec saepius multi contemserunt, qui sana mente praediti, domesticis ea, re nihil se nocituros intellexerunt, sibi autem profuturos possessione opum et fructu voluptatis in lucro accedente. Ad extremum et minas quasdam immiscebat orationi, Comes, dicens, mulieres, et juvenum cupidae, implacabiles existunt et saevam iram concipiunt, cum sua spe labuntur et contumaces, tanquam eos, a quibus injuria sunt affectae, merito ulciscuntur. Jam de hac, quod et Persis sit genere, cogita, et regius sanguis, quod tu ipse antea tua confessione testatus es, et quod magnis viribus et potentia sit stipata, qua illi et honore afficere benevolos erga se et punire sibi obsistentes impune liceat. Tu vero et peregrinus et desertus et qui tibi opem ferat nemo est. Parce partim tibi ipsi, partim et illi. Digna vero est, cui a te paratur, quae desiderio tui, quo juste potiri debet, tam furiose sit inflammata. Vercaris et iram amatoriam: caveto quoque, quae contemptum sequitur, vindictam. Multos novi quos postea ejusmodi animi poenituit. Majorem

ραν ἔχω σου μάλλον τῶν Ἀφροδίτης. Ἡ πολὺ θριξί, ἦν ἑρῆς, αὕτη πολλοῖς τοιοῦτοις ἐνήθλησεν. Ἄλλ' οὕτως ἀτερχτον καὶ ἀνήμερον οὐκ ἔγνωκα. Καὶ ἀποστρέψασα τὸν λόγον πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, (ὕπ' ἀνάγκης γὰρ κἀκείνης εἰς ἐπήκουον ἀπεθάρσθηε τὰ τοιαῦτα διαλέγεσθαι) Συμπαράκαλεσον, ἔφη, ὦ θυγατερ, καὶ σὺ, τὸν οὐκ εἶδ' ὄν τινα προσείπω προσηκόντως ἀδελφόν σου τοῦτον. Συνοίσει καὶ σοὶ τὸ πρᾶγμα· οὐκ ἔλαττον ἀγαπηθήσῃ· πλέον τιμηθήσῃ· πλουτήσεις εἰς κόρον· γάμου σοὶ προνοήσει λαμπροῦ. Ζηλωτὰ δὲ ταῦτα καὶ εὖ πράττουσι, μήτι γε δὴ ξένοις καὶ ἐν ἐνδείᾳ τὸ παρὸν ἐξεταζομένοις.

ΚΑ'. Ἡ δὲ Χαρίκλεια σεσηρὸς τι καὶ κατεσφυγμένον ὑποβλέψασα, Εὐκτόν μὲν ἦν, ἔφη, καὶ κάλλιστον, μὴδὲν τοιοῦτον ὑποστῆναι τὴν πάντ' ἀρίστην Ἀρσάκην. Εἰ δὲ μὴ, δευτέρα γοῦν ἐγκράτεια φέρειν τὸ πάθος. Ἄλλ' ἐπειδὴ τι πέπονθεν ἀνθρώπινον καὶ νενίκηται, ὡς σὺ φῆς, καὶ ἤττων ἐστὶ τῆς ἐπιθυμίας, συμβουλεύσασαι μ' ἂν καὶ αὕτη Θεαγένει τούτῳ τὴν πρᾶξιν εἰ τὰσφאלές αὐτῷ προσείη, μὴ ἀρνεῖσθαι, μὴ δὴ τι λάθοι κακὸν αὐτός θ' αὐτὸν κἀκείνην ἐργασόμενος εἰ ταῦτ' εἰς φῶς ἔλθοι καὶ γνοίη ποθὲν τὸ παράνομον τῶν θεδρασμένων ὁ σατράπης. Ἀνήλατο πρὸς τοὺς λόγους ἡ Κυβέλη καὶ περιπτύχασα καὶ φιλήσασα πολλὰ τὴν Χαρίκλειαν, Εὐγε, ἔφη, ὦ τέκνον, ὅτι καὶ γυναῖκα ὁμοίαν σοὶ τὴν φύσιν ἠλέησας καὶ τῆς ἀσφαλείας τὰ δελφοῦ περρόντικας. Ἄλλὰ τούτου γ' ἕνεκα θάρσει, ὡς οὐδ' ὁ ἥλιος, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, γνώσεται. Πέπαυσο τὸ παρὸν, ἔφη ὁ Θεαγένης καὶ ἐνδοξοῦς ἡμῖν εἰς ἐπίσκεψιν. Ἐξελοῦσός τε παραχορῆμα τῆς Κυβέλης, ὦ Θεαγένης, ἔλεγεν ἡ Χαρίκλεια, ὁ μὲν δαίμων τοιαῦθ' ἡμῖν προξενεῖ τὰ εὐτυχήματα, ἐν οἷς πλέον ἐστὶ τὸ κακῶς πράττειν τῆς δοκούσης εὐπραγίας. Πλὴν ἀλλὰ συνετῶν γ' ἐστὶ καὶ τὰ δυστυχήματα ἐκ τῶν ἐνόνητων πρὸς τὸ βέλτιον διατιθέσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἔχεις γνώμησιν καὶ τελείως ὀρθοῦσαι τοῦρον οὐκ ἔχω λέγειν, καίτοι γ' οὐκ ἂν σφόδρα δινεχθεῖσα, εἰ πάντως ἡμῖν ἐν τούτῳ σώζεσθαι ἢ μὴ περιλείπεται. Εἰ δ' εὖ ποιῶν ἄποπον δοκιμάζεις τὸ αἰτούμενον, ἀλλὰ σὺ γε πλάττου τὸ συγκατατίθεσθαι καὶ τρέφων ἐπαγγελίας τῆς βαρβάρου τὴν ὀρεξιν, ὑπερθέσσειν ὑπόμενε τὸ πρὸς δεῦ τι καθ' ἡμῶν βουλευσασθαι, ἐφηδύνουν ἐλπίδι καὶ καταμαλάττων ὑποσχέσει τοῦ θυμοῦ τὸ φλεγμαῖνον. Εἰκός τινα καὶ λύσει θεῶν βουλῆσει τὸν μεταξὺ χρόνον ἀποτεκεῖν. Ἄλλ', ὦ Θεαγένης, ὅπως μὴ ἐκ τῆς μελέτης εἰς τὸ αἰσχρὸν τοῦ ἔργου κατολισθήσῃ. Μειδιάσας οὖν ὁ Θεαγένης, Ἄλλὰ σὺ γ' οὐδὲ ἐν τοῖς δεινοῖς, ἔφη, τὴν γυναικῶν ἔμφυτον νόσον ζηλοτυπίαν ἐκπέφυγας. Ἐμὲ δ' ἴσθι μὴδὲ πλάσασθαι τὰ τοιαῦτα δύνασθαι. Ποιεῖν γὰρ τὰ αἰσχρὰ καὶ λέγειν ὁμοίως ἀπρεπές. Καὶ ἄλλως τὸ ἀπογνῶναι τὴν Ἀρσάκην, αὐτόθεν φέρε τι χαρίεν, τὸ μηκέτι διαχλεῖν ἡμῖν. Εἰ δὲ πάσχειν τι δέοι, φέρειν τὰ προσπίπτοντα ἤδη με πολλὰκις ἢ τε τύχη καὶ ἢ γνώμη παρεσκευάσε. Μὴ

experientiam, quam tu, in rebus Venereis consecuta sum. Canus capillus ipse, quem vides, in multis ejusmodi rebus est versatus : sed usque adeo rigidum et asperum neminem unquam cognovi. Denique converso sermone ad Charicleam, (necessitate enim adducta, ausa est audiente illa talia loqui) Adhortare, inquit, filia, tu quoque, nescio quem merito appellem, istum tuum fratrem. Proderit et tibi hæc ipsa res : non pilo minus ab illa amaheris, majores consequeris honores, ditesces ad satietatem usque, de conjugio tibi prospiciet splendido. Hæc vero et felicitibus optanda sunt, medum peregrinis, et egestate in præsentia laborantibus.

XXI. Chariclea vero, torve et ardentem contuita, Optandum quidem, inquit, fuerat et pulcherrimum omni ex parte, optimam Arsacem nihil ejusmodi pati : sin minus, saltem moderate ferre affectum. Verumtamen cum quidam humanum illi acciderit, et victa est, ut tu dicis, succubuitque cupiditatis, consilium dem et ipsa Theageni huic, ut rem non recuset, si tulo id facere possit, ne et sibi per inscitiam et illi mali aliquid accersat, si hæc in lucem prodierint et alicunde cognoverit hoc flagitiosum factum satrapa. Prosiliiit ad hæc dicta Cybele, et amplexa et dissuaviata Charicleam, Recte, inquit, facis, filia, quod et mulieris natura tui similis miserta es, et securitati fratris sollicitè prospicis. Verumtamen hæc de causa non est, quod labores : quod neque sol, ut dici solet, id sit cogniturus. Desine in præsentia, inquit Theagenes et concede nobis deliberandi spatium. Cum vero illico exisset Cybele : O Theagenes, exorsa est Chariclea, numen tales successus nobis conciliat, in quibus plus inest adversæ fortunæ, quam quæ extrinsecus apparet felicitatis. Quod cum ita sit, prudentium tamen est, etiam parum prosperos casus, quatenus fieri potest, in melius convertere. An igitur habeas in animo prorsus perficere hanc rem, dicere non possum : quamvis non admodum repugnem, si omnino in hoc, ut servemur, aut non, momentum consistit. At si, ut fieri debet, ac honestum est, absurdum judicas esse id, quod petitur, finge tu quidem te assentiri et alicuius promissis barbaræ cupiditatem, dilatione præcide, ne præcipitanter durius aliquod in nos statuat, spe delinens et molliens pollicitatione iræ incendium. Consentaneum est enim, aliquod remedium, deo volente, interjectum tempus pariturum esse. Ceterum, Theagenes, vide, ut ne ex meditatione in turpitudinem rei delabaris. Arridens leniter Theagenes, Sed tu neque in adversis rebus, inquit, mulieribus innatum morbum zelotypiæ effugisti. Me vero scito neque fingere talia posse. Facere enim turpia, ac dicere, neque indecorum est. Et alioqui ut omnino desperet Arsace, hoc ipsum aliquid commodi affert, videlicet ne pergat nobis amplius molesta esse. Si vero pati aliquid oportuerit, ad ferenda ea, quæ accidunt, sapius jam me et fortuna et animi constitutio præparavit. Ne te lateat,

λάθης εἰς μέγα κακὸν ἡμᾶς ἐμβάλλων εἰποῦσα ἡ Χαρίκλεια ἐσιώπησε.

ΚΒ'. Καὶ τοῦτων ἐν ταύτῃ τῇ σκέψει διαγόντων, ἡ Κυβέλη πάλιν ἀναπτερώσασα τὴν Ἀρσάκην καὶ ὡς
 5 τὰ δεξιώτερα χρῆ προσδοκᾶν εἰποῦσα, ἐνδεδειχθαι γάρ
 τι τὸν Θεαγένην τοιοῦτον, ἐπανῆλθεν εἰς τὸ αὐτῆς δω-
 μάτιον. Κάκεινῃν διαλιποῦσα τὴν ἐσπέραν καὶ πολλὰ
 διὰ τῆς νυκτὸς δρόμοιτον οὖσαν ἐξαρχῆς τὴν Χαρί-
 κλειαν παρακαλέσασα συμπράττειν, εἰς ἕω πάλιν
 10 ἠρώτα τὸν Θεαγένην, τίνα εἶη τὰ δεδογμένα. Ἀπει-
 πόντος δὲ λαμπρῶς καὶ παντοῖως τὸ προσδοκᾶν ἀποφῆ-
 σαντος, σύνουσι ἐπὶ τὴν Ἀρσάκην ἀπέδραμεν ἡ Κυ-
 βέλη. Καὶ ὡς τὸ ἀπῆλθε παρὰ Θεαγένους ἐξήγγειλε,
 τὴν γραῦν ἐπὶ κεφαλῇν ἐξωσθῆναι προστάξασα, εἰς-
 15 δραμοῦσά τ' εἰς τὸν θάλαμον, ἔκειτο ἐπὶ τῆς εὐνῆς
 αὐτῇν σπαράττουσα. Καὶ ἄρτι τῆς γυναικωνίτιδος
 ἔκτος γενοῦσιν τὴν Κυβέλην ἰδὼν ὁ υἱὸς Ἀχαιμένης
 κατηφῆ τε καὶ δεδακρυμένῃν, Μὴ τι ἄτοπον, μὴ τι
 πονηρὸν, ὧ μῆτερ, προσπέπτωκεν, ἠρώτα, μὴ τις
 20 ἀγγελία τὴν δέσποιναν ἦνίκα; μὴ τι δυστύχημα ἀπὸ
 στρατοπέδου προσήγγελοι; μὴ τι καταπονοῦσι κατὰ
 τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον Αἰθίοπες τὸν δεσπότην Ὀροον-
 δάτην; καὶ πολλὰ τοιαῦτ' εἰπὼν ἠρώτα. Ἡ δὲ, Ἀδο-
 λεσχίς, εἰποῦσα, ἀπέτρεχεν. Ὁ δὲ οὐδέν τι μᾶλ-
 25 λον ἀνίει, ἀλλὰ παρακολουθῶν καὶ τῶν χειρῶν λαβόμε-
 νος καὶ κατασπαζόμενος ἐξαγορεύειν πρὸς παῖδα τὸν
 ἴδιον τὰ λυποῦντα ἰκέτευσεν.

ΚΓ'. Λαβοῦσα δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τι μέρος τοῦ παρα-
 δέισου χωρισθεῖσα, Ἄλλω μὲν οὐκ ἂν, ἔφη, ἐξέειπον
 30 τᾶμουτῆς τε καὶ δεσποίνης κακά. Ἐπεὶ δ' ἐκείνῃ ἐν
 τῷ παντὶ σαλεύει καγὼ τὸν περὶ τοῦ ζῆν προσδοκῶ
 κίνδυνον, (οἶδα γὰρ ὡς ἡ Ἀρσάκης ἀνία καὶ μανία εἰς
 ἐμὲ ἀποσκήψει), λέγειν ἀναγκάζομαι, εἰ δὴ τίνα ἐπι-
 κουρίαν τῇ γεννησάσῃ, καὶ εἰς φῶς παραγαγούσῃ καὶ
 35 τουτοισὶν ἐκθρεψαμένην σε τοῖς μαζοῖς ἐπινοήσεαις.
 Ἐρᾷ τοῦ νέου τοῦ παρ' ἡμῶν ἡ δέσποινα καὶ ἔρᾳ οὐ
 φορητὸν τίνα οὐδὲ νενομισμένον ἀλλ' ἀνίατον ἔρωτα,
 καὶ ὃν εἰς δεῦρο κατορθώσῃν ἐγὼ τε κάκεινῃ μάτην
 ἠπατώμεθα. Καὶ αὐταὶ ἦσαν αἱ πολλαὶ φιλοφροσύναι
 40 αἱ ποικίλαι δεξιώσεις αἱ περὶ τοὺς ζένους. Ἐπεὶ δ'
 εὐήθης τις καὶ θραυς ὢν καὶ ἀπῆλθε ὁ νεανίας ἀπεῖπε
 τὰ πρὸς ἡμᾶς, οὐδ' ἐκείνῃν οἶδα βιωσομένην, κάμαυ-
 τὴν ἀναιρησομένην, ὡς χλευάσασαν ταῖς ἐπαγγελίαις
 καὶ διαψευσαμένην. Ταῦτ' ἔστιν, ὦ παῖ. Καὶ εἰ
 45 μὲν ἔχεις τι βοηθεῖν, σύμπραττε, εἰ δὲ μὴ, τελευτή-
 σασαν τὴν μητέρα κήδευσεν. Καὶ ὃς, Μισθὸς δέ μοι
 τίς ἔσται, ἔφη, ὦ μῆτερ; Οὐ γὰρ μοι καιρὸς θρύπτε-
 σθαι πρὸς σε, οὐδ' ἐκ περιδῶν, οὐδὲ κυκλοῦμενον
 τοῖς λόγοις τὴν βοήθειαν ἐπαγγέλλεσθαι, πρὸς οὕτως
 50 ἀγωνισῶσαν καὶ ἐγγὺς λειποψυχοῦσαν. Πᾶν ὃ τι βού-
 λει, ἔφη, προσδόκα, ἡ Κυβέλη. Ἀρχαιονοχόον μὲν
 γὰρ σε καὶ νῦν εἰς ἐμὴν τιμὴν πεποίηται. Εἰ δέ τι
 μεῖζον ἀξίωμα περινοεῖς, ἀπάγγελλε. Πλούτου γὰρ
 οὐδ' ἀριθμὸς ἔσται ὅσον ἂν κομίσαιο, σωτῆρ τῆς ἀθλίας

quod in magnum malum nos conjicies, cum dixisset Chariclea, contieuit.

XXII. His autem in harum rerum consideratione versan-
 tibus, Cybele, cum rursus Arsacem in bonam spem sustu-
 lisset et quod meliora exspectare oporteret dixisset, signi-
 ficasse enim tale quiddam Theagenem, rediit rursus in
 conclave et intermissa illa vespera, ac multis modis Charic-
 leam, quam sociam lecti initio habuerat, adhortata, ut
 sibi esset auxilio, mane rursus interrogabat Theagenem,
 quid statuisset apud animum. Cum autem manifeste re-
 cusaret et omnino ne quidquam ejusmodi exspectaret, in-
 dicasset, tristis ad Arsacem recurrit Cybele. Postquam
 autem ferociam Theagenis renuntiavit, Arsace, anu in ca-
 put præcipitari jussa, incurrens in thalamum, jacebat in
 lecto se ipsam lacerans. Vixdum autem conclave muliebre
 egressam Cybelen conspicatus filius Achæmenes tristem et
 lacrimantem: Num quid importuni aut molesti, mater,
 accidit? percunctabatur. Num quod nuntium dominam
 exerceat? Num aliqua calamitas ex castris renuntiata est?
 Num hostes sunt superiores in hoc bello Æthiopum domino
 Oroonde? et multa ejusmodi quærebat. Illa vero, Nu-
 garis, cum dixisset, recurrit. At ille nihil magis inter-
 mittebat, sed affectans et manus ejus apprehendens et
 compellans, ut exponeret suo filio ea, quæ illam dolore
 afficerent, supplicabat.

XXIII. Accepto igitur illo a manu, in quamdam partem
 horti secedens, Alii quidem, inquit, non exposissem mea
 et dominæ mala. Postquam vero illa in summum discrimen
 venit et ego exspecto periculum de vita, (scio enim,
 quod Arsaces amentia ac furor in me sit redundaturus) di-
 cere cogor, si forte aliquam opem ei, quæ te genuit et in
 lucem edidit et his enutrivit uberibus, excogitare possis.
 Amat adolescentem, qui est apud nos, domina, non tole-
 rando quodam, neque usitato, sed insanabili amore, et
 quem ego et illa nobis ex sententia eventurum frustra
 vana spe sperabamus. Hinc erant illa multa humanitatis
 officia et multiplex benevolentia erga hospites. Ceterum
 postquam, ut stultus quidam et ferox et intractabilis ad-
 olescens, recusavit ea, quæ nos volebamus, neque illam
 existimo esse victuram et me interfectum iri intelligo;
 quæ promissis illam ludibrio habuerim et fefellerim. Hic
 est status præsentis temporis. Quod si quid habes, quo
 auxiliieris, adsis mihi tua ope: sin minus, mortuæ matri
 justa exsequiarum facito. Ille autem: Præmium autem
 quod mihi, inquit, erit, mater? Neque enim est tempus,
 ut apud te me jactem, aut longis ambagibus et circuitu
 orationis auxilium promittam, usque adeo consternatæ,
 et propemodum deficienti animo. Omne, quod vis, ex-
 specta, inquit Cybele. Etenim te nunc quoque summum
 pocillatorem, honoris mei causa constituit. Si vero majo-
 rem aliquam dignitatem animo complexus es, enuntia.
 Opum enim neque numerus erit, quas pro præmio feres,

γενόμενος. Πάλαι ταῦτα, ἔφη, δι' ὑποψίας ἔχων, ὃ μῆτερ, ἐγὼ καὶ συνιεις, εἰώπων τὸ μέλλον ἀπεκδεχόμενος. Ἄλλ' οὐδ' ἀξιώματος οὐδὲ πλοῦτου μεταποιούμαι. Τὴν δὲ κόρην, τὴν ἀδελφὴν λεγομένην τοῦ Θεαγένους, εἴ μοι πρὸς γάμον ἐκδοίη, πάντ' αὐτῇ κατὰ γνώμην πεπραγέται. Ἐρῶ δὲ, ὃ μῆτερ, τῆς κόρης οὐχὶ μετρίως. Ὅσ' ἐκ τῶν ἰδίων γινώσκουσα τὸ πάθος ἢ δέσποινα καὶ ὅσον τι καὶ οἶόν ἐστι, δικαίως ἂν καὶ αὐτὴ συμπράττοι τῷ ταῦτά νοσοῦντι καὶ ἄλλοις τοσοῦτον κατόρθωμα ἐπαγγελλομένη. Μηδὲν ἀμφίβαλλε, εἶπεν ἡ Κυβέλη. Ὅτι δὲ δέσποινα δώσει τὴν χάριν ἀνευδοίαστος εὐεργέτη σοὶ καὶ σωτῆρι γεγενημένῳ καὶ ἄλλως τάχ' ἂν καθ' αὐτοὺς πείσαιμεν τὴν κόρην. Ἄλλὰ τίς ὁ τρόπος, εἶπε, τῆς βοθηθείας; Οὐκ ἂν εἴποιμι, ἔφη, πρὶν ὅρκους ἐμπειρωθῆναί μοι τὴν ἐπαγγελίαν παρὰ τῆς δεσποίνης. Σὺ δὲ μὴ ἀπειραοῦς τὴν ἀρχὴν τῆς κόρης, ὁρῶ γάρ πως κακίην ἄνω τε καὶ μέγα φρονούσαν, μὴ καὶ λάθης τὸ πρᾶγμα διαστρέφουσα. Πάντα γενήσεται, εἰπούσα, εἰσέδραμεν εἰς τὸν θάλαμον ὡς τὴν Ἀρσάκην καὶ προσπεσοῦσα τοῖς γόνασιν, Εὐθύμος ἔσο, ἔφη. Πάντα σοι θεῶν βουλήσει κατορθοῦται. Τὸν παῖδα μόνον τὸν ἐμὸν Ἀχαιμένην εἰσκληθῆναι πρόσταξον. Εἰσκεκλήσθω, εἶπεν ἡ Ἀρσάκη, εἴ μὴ τί με πάλιν ἀπατᾶν μέλλοις.

ΚΔ'. Εἰσῆλθεν ὁ Ἀχαιμένης καὶ πάντα διελοῦσης τῆς πρεσβυτιδος, ἐπώμοσεν ἡ Ἀρσάκη πράξειν τὸν γάμον τῆς ἀδελφῆς Θεαγένους. Ὁ δ' Ἀχαιμένης, Δέσποινα, ἔφη, πεπαύσθω λοιπὸν Θεαγένης, δοῦλος ὢν καὶ θρυπτόμενος κατὰ δεσποίνης ἰδίας. Καὶ, Πῶς τοῦτο λέγεις, ἐρωτησάσης, ἅπαντα ἐξηγόρευσεν ὡς πολέμου νόμῳ ληρθείη καὶ γένετο αἰχμάλωτος ὁ Θεαγένης ὡς Μιτράνης ἐκπέμφθειν αὐτὸν πρὸς Ὀροονδάτην, ἀναπεμφθῆσόμενον βασιλεὶ τῷ μεγάλῳ ὡς αὐτὸς ἵνα ἄγοι παραλαβὼν, ἀπολέσειεν, ἐφοδὸν Βησσαίων καὶ Θυαμίδος κατατολησάντων ὡς μόλις αὐτὸς διαδράσειε καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γράμμα τοῦ Μιτράνου πρὸς Ὀροονδάτην προηυτρεπισμένους ἐπέδεικνυ τῇ Ἀρσάκῃ, καὶ εἰ προσδοίετο καὶ ἐτέρων ἀποδείξειεν, ἔξεν μαρτυροῦντα καὶ τὸν Θύαμιν. Ἀνέπει πρὸς ταῦθ' ἡ Ἀρσάκη. Καὶ οὐδ' ὅσον μελλήσασα, πρόεισέ τε τοῦ θάλαμου καὶ εἰς τὸν οἶκον οὗ προκαθημένη χρηματίζειν εἰσῆει παρελοῦσα, ἄγεσθαι τὸν Θεαγένην ἐκέλευσεν. Ἐπειδὴ ἤχθη, ἐπρωῶτα, εἰ γνωρίζει τὸν Ἀχαιμένην, ἐσώτα πλησίον ἐπίδεικνύσα. Τοῦ δὲ φήσαντος· Οὐκοῦν καὶ αἰχμάλωτον ἤγ' σε παραλαβὼν, αὐτὸς ἠρώτα. Συμφήσαντος δὲ καὶ τοῦτο τοῦ Θεαγένους, Δοῦλος τοίνυν ἡμέτερος ὢν ἴσθι. Καὶ σὺ μὲν πράξεις τὰ οἰκετῶν, τοὶς ἡμέτεροις νεύμασι καὶ ἄκων ἐπόμενος, ἀδελφὴν δὲ τὴν σὴν Ἀχαιμένην τῆδε πρὸς γάμον κατεγγυῶ, τὰ πρῶτα φερομένην παρ' ἡμῖν, τῆς τε μητρὸς ἕνεκα καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς εὐνοίας ὑπερθεμένη τοσοῦτον, ὅσον ἡμέραν προορίσαι καὶ τὰ πρὸς τὴν εὐωχίαν λαμπρότερον εὐτρεπισθῆναι. Ὁ δὲ Θεαγένης βέλγητο μὲν ὡς ὑπὸ τρώσεως (ὑπὸ τῶν λόγων, ἐγνώ δ' οὖν

si servator miseræ exstiteris. Jampridem hæc, inquit, mater, ego suspicans et intelligens, tacebam, id quod eventurum esset exspectans. Verum neque dignitatem ullam, neque opes curo : virginem vero, quæ soror Theagenis dicitur, si mihi dederit in uxorem, omnia illi ex animi sententia et belle cadent. Amo autem virginem haud moderate, mater. Quamobrem ex suis rationibus privatis cum cognoverit domina affectum, quantus et qualis sit, juste et ipsa erit adjuumento ei, qui eodem morbo laborat, atque adeo tantum successum promittenti. Nihil dubites, inquit Cybele. Etenim domina reddet tibi gratiam, nulla mora interposita, cum hoc beneficio illam affeceris et servator illius exstiteris. Quin etiam fortassis nos ipsi virgini privatim persuaserimus. Sed expone, quæ sit auxilii ratio. Non dicam, inquit, priusquam jurejurando fuerit mihi confirmata promissio a domina. Tu vero nihil coneris efficere principio apud virginem. Video euim quodammodo, illam quoque magnos et excelsos animos gerere, ne forte imprudens negotium pervertas. Omnia futura cum dixisset, incurrit in thalamum ad Arsacem, et provoluta ad illius genua, Bono animo esto, inquit : omnia deo volente commode cadunt ; filium tantum meum Achæmenem vocari intro jube, Accersatur, inquit Arsace, nisi mihi rursus verba datura es.

XXIV. Ingressus est Achæmenes et cum omnia narrasset anus, juravit conceptis verbis Arsace, se illum compositam facturam esse nuptiarum sororis Theagenis. Achæmenes tum, Domina, inquit, ne Theagenes amplius in posterum cum sit servus, erga suam dominam petulantius sese gerat. Quomodo hoc dieis, cum interrogasset, omnia enarrabat : Quod lege belli fuisset captus, et captivus abductus Theagenes : quod Mitrane misisset eum ad Oroondatem, mittendum deinceps regi magno : quod ipse, interducendum, illum amisisset infesto adventu Bessaensium et Thyamidis : quod ipse vix effugisset : denique præter omnia, literas Mitrane ad Oroondatem in promptu habens, ostendebat Arsacæ ; et si opus esset aliis argumentis, habiturum se vel Thyamim testem. Respiravit ad hæc Arsace et nihil cunctata, thalamo egressa est et in domum, in qua pro tribunali sedens vacare solebat explicandis constituendisque rebus, veniens, adduci Theagenem jussit. Ut est adductus, quærebat, an nosset Achæmenem, proxime illum adstantem monstrans. Hoc vero affirmante : An vero, quod et captivum te duxit, rursus interrogabat. Confitente vero et hoc Theagene : Servum igitur nostrum te esse scito et in quidem facies, quæ servi solent, nutibus nostris vel invitum obtemperans. Sororem vero tuam Achæmeni huic in uxorem despondeo, qui primas apud nos obtinet, cum matris causa, tum aliqui propter ipsius erga nos benevolentiam atque merita ; eatenus differens, quatenus ad diem præsiniendum et reliqua ad convivium splendidius apparandum instruenda pertinet. Theagenes autem ictus est quidem, tanquam vulnere, illis verbis :

μη ἁμόσε χωρεῖν ἀλλὰ καθάπερ θηρίου τὴν ὀρμὴν ἐκκλῖναι. Καί, Ὡ δέσποινα, ἔλεγε, θεοὶς χάρις, ὅτι εὐγενεῖας τὰ πρῶτα ὄντες, ταῦτα γοῦν ὡς ἐν δυστυχίμασι εὐπραγοῦμεν, τὸ μὴ ἄλλοις σοὶ δὲ δουλεύειν ἢ
 5 καὶ ἀλλοτρίους εἶναι δοκοῦντας καὶ ξένους, οὕτως ἡμέρων τε καὶ φιλοφρόνους ἑώρας. Ἄδελφῆς δὲ τῆς ἐμῆς ἔνεκεν, αἰχμαλώτου μὲν οὐκ οὔσης, οὐδὲ διὰ τοῦτο δούλης, αἰρουμένης δὲ σε θεραπεύειν καὶ κεκληθῆσθαι τὸ σοὶ καθ' ἡδονὴν βουλευσαμένης, πράττε τοῦθ' ὅπερ
 10 ἂν ἔχειν ὀρθῶς δοκιμάζης. Ἡ δ' Ἀρσάκη, Κατατάχθω, ἔφη, ἐν τοῖς τραπεζοκόμοις καὶ οἰνοχοεῖν πρὸς Ἀχαιμένους ἐκδιδασκέσθω, πρὸς τὴν βασιλικὴν διακονίαν πόρρωθεν προεπιζόμενος.

ΚΕ'. Ἐξήσσαν οὖν, σύννους μὲν ὁ Θεαγένης καὶ
 15 τῶν πρακτέων εἰς ἐπίσκεψιν τὸ βλέμμα ἐπιστρέφων, ἐγγελλῶν δ' ὁ Ἀχαιμένους καὶ τοῦ Θεαγένης καταμωκώμενος, Ὁ σοβαρὸς ἡμῖν ἀρτίως καὶ ὑπερήφανος, ὁ τὸν αὐχένα ἄκαμptos καὶ μόνος ἐλευθερός, ὁ τὴν κεφαλὴν νεύειν εἰς τὸ προσκυνεῖν οὐκ ἀνεχόμενος, νῦν που
 20 τάχα κλινεῖς, ἢ καὶ κονδύλοις ὑφῆξη ταύτην παιδαγωγούμενος. Ἡ δ' Ἀρσάκη τοὺς ἄλλους ἀποπέμψασα, πρὸς μόνην τὴν Κυβέλην, Νῦν μὲν δὴ, ἔφη, ὦ Κυβέλη, πᾶσα περιήρηται πρόφασις καὶ λέγε ἔλθοῦσα πρὸς τὸν ὑπερήφανον, ὡς πειθόμενος μὲν ἡμῖν καὶ τὰ κατὰ νοῦν
 25 τὸν ἡμέτερον πράττων, ἐλευθερίας τε μεθεξεί, καὶ ἀφθόνης ἐν εὐπορίᾳ βιώσεται, τοῖς δ' ἐναντίοις ἐπιμέμων, ἔρωμένης θ' ὑπερφρονουμένης καὶ δεσποίνης ἄμα ἀγανακτούσης αἰσθήσεται, δουλείαν μὲν τὴν ἐσχάτην καὶ ἀτιμοτάτην ὑπηρετησόμενος, κολάσεως δὲ πᾶν
 30 εἶδος ὑποστυσόμενος. Ἦλθεν ἢ Κυβέλη καὶ ἀπήγγειλε τὰ παρὰ τῆς Ἀρσάκης· πολλὰ καὶ παρ' αὐτῆς εἰς προτροπὴν τῶν φαινομένων λυσιτελεῖν προστιθεῖσα. Ὁ δὲ Θεαγένης, ὀλίγον ἐπιμεῖναι παρακλέσας, μόνος τε πρὸς τὴν Χαρίκλειαν ἰδιάσας, Οἴχεται τὰ καθ'
 35 ἡμέας, ἔφη, Χαρίκλεια. Πᾶν, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, πείσμα διέρρηχται· πᾶσα ἐλπίδος ἄγκυρα καὶ παντοίως ἀνέσπασται καὶ οὐδὲ μετ' ὀνόματος γοῦν ἐλευθεροῦ δυστυχοῦμεν ἀλλὰ δοῦλοι γεγόναμεν αὐτῆς, (καὶ ὅπως προσετίθει) καὶ βαρβαρικάις λοιπὸν ἐκκέιμεθα αἰκίαις,
 40 ἢ πράττοντες τὰ δοκοῦντα τοῖς δεσπόταις, ἢ τοῖς κατακρίτοις ἐναριθμούμενοι. Καὶ ταῦτα μὲν ἔτι φορητὰ, τὸ δὲ πάντων βαρύτερον, Ἀχαιμένει τῷ Κυβέλης υἱεῖ πρὸς γάμον ἐκδώσειν ἢ Ἀρσάκη σὲ κατεπηγγεῖλατο. Καὶ τοῦτο μὲν ὅτι μὴ ἔσται, ἢ γιγνόμενον οὐκ ὄψομαι,
 45 δῆλον, ἕως ἂν ὁ βίος ξιπῶν τε καὶ ἀμυνητρίων εὐπορῇ. Τί δὲ χρὴ πράττειν, ἢ τίνα μηχανὴν ἐπινοεῖν, ὥστε διακρούσασθαι τὴν τ' ἐμὴν πρὸς Ἀρσάκην καὶ τὴν σὴν πρὸς Ἀχαιμένην ἀπευκτὴν σύνοδον; Μίαν, ἔφη πρὸς αὐτὸν ἢ Χαρίκλεια, κατανεύσας, τὴν ἑτέραν τὴν κατ'
 50 ἐμὲ διακωλύσεις. Εὐφῆμησον, ἔφη. Μὴ γὰρ οὕτως ἢ δαίμονος τοῦ ἡμετέρου βαρύτερης ἰσχύσειν, ὥστε μετὸν Χαρίκλειας ἀπειράτον, ἄλλης οὐκ ἔστι παρανόμως μισθῆναι. Ἀλλὰ τι δραστηρίον ἐπινοουμέναι μοι δοκῶ· (εὐρέεις ἄρ' ἐστὶ λογισμῶν ἢ ἀνάγκη.) Καὶ

statuit tamen non contraire, sed tanquam bestiae impetum declinare. Et, O domina, dicebat, dis sit gratia, quod, cum alioqui simus bono genere nati, in ceteris calamitatibus hæc nobis bene cadunt, quod non aliis sed tibi servimus, quæ erga eos, qui videntur esse alieni et peregrini, tantam humanitatem et benevolentiam declarasti. Ceterum de sorore mea, quæ cum captiva non sit, proinde neque serva, parata sit tamen ad obsequia tibi præstanda et ea quæ tibi placent facere decreverit, statue id, quod rectum esse judicas. Arsace autem, Collocetur, inquit, in ordine eorum, qui sunt ab obsequiis ad mensam et pocillandi artem ab Achæmene edoceatur, ut ad regium ministerium multo ante assuefiat.

XXV. Exiverunt igitur, tristis quidem Theagenes, et vultu ad liberationem de iis, quæ agenda essent, composito; ridens vero Achæmenes et Theagenem ludibriis excipiens: Ecce, inquiens, qui nuper fuisti insolens et fastuosus, qui erecto collo et solus liber videbaris et caput submittere ad adorandum indignum judicabas, qualis jam nunc factus inclinabis illud: nisi forte paullo post etiam pugnis illud sis, dum institueris, submissurus. Arsace autem, aliis ablegatis, ad solam Cybelem, Nunc, inquit, Cybele, omnis est sublata excusatio, et dic huic superbo, conveniens illum, quod, si nobis paruerit et arbitrato nostro fecerit, libertatem consequetur et splendide in omnium rerum copia vivet: sin autem in contraria sententia permanserit, et amasiam contemtui habitam et dominam iratam sentiet, extremam servitutem et abjectissimam laturus et suppliciorum omne genus passurus. Venit Cybele, renuntiavitque mandata Arsaces: multa quoque ipsa, quæ videbantur conducere exhortationi ad ea quæ proponebantur addens. Theagenes igitur cum, ut paullulum operiretur, petiisset, solus ad Charicleam seorsim, Actum est de nostris rebus, inquit, Chariclea. Sane omnis rudens, ut dicitur, est ruptus, omnis spei ancora prorsus est evulsa, neque amplius cum nomine libero in calamitatibus versamur, sed in servitutem rursus recidimus, (et qua ratione addebat,) barbaricisque contumeliis et cruciatibus deinceps expositi sumus, vel agentes ea quæ placent his in quorum potestate sumus, vel inter damnatos connumerati. Et hæc quidem adhuc tolerabilia: ceterum, quod omnium gravissimum est, Achæmeni Cybeles filio te in uxorem daturam Arsace promisit. At id quidem, quod aut non fiet, aut a me non videbitur, manifestum est, quoad vita gladiis et armis ad propugnandum suppeditabit. Verum quid agere oportet, aut quam excogitare machinam, qua et meus cum Arsace et tuus cum Achæmene, detestandus congressus discuti possit? Unum, inquit ad eum Chariclea, cum comprobaris, alterum, qui ad me pertinet, impedies. Bona verba, inquit. Absit enim, ut tantopere numinis erga nos acerbitas invaleseat, ut ego Charicleæ expers, alia consuetudine incesta me polluam. Sed quidam præsentis consilii invenisse me puto: inventrixque

ἄμα πρὸς τὴν Κυβέλην μεταστάς, Ἀπάγγελε, εἶπε, τῇ δεσποίνῃ βούλεσθαι με μόνῃ καὶ ἰδίᾳ τῶν ἄλλων ἐντυχεῖν.

ΚΓ'. Τοῦτ' ἐκεῖνο νομίσασα εἶναι ἡ πρεσβυτίς καὶ ὑποπεπωκέναι τὸν Θεαγένην, ἀπήγγειλέ τε πρὸς τὴν Ἀρσάκην καὶ μετὰ δειπνῶν ἄγειν τὸν νεανίαν ἀκούσασα, οὕτως ἔπραττε. Καὶ ἡσυχίαν παρασχεῖν τῇ δεσποίνῃ τοὺς παρεδρεύοντας κελεύσασα καὶ μὴ παρενοχλεῖν τοῖς περὶ τὸν θάλαμον, παρεισῆγε τὸν Θεαγένην, τῶν μὲν ἄλλων ὅσα δὴ γυκτὸς ὑπὸ σκότους κατεχομένον καὶ λαθεῖν παρεχόντων, μόνον δὲ τὸν θάλαμον λύχνου καταυγάζοντος, καὶ εἰσάγουσα, ὑπέστελλεν αὐτῇ. Ἄλλ' ὁ Θεαγένης ἐπέειχε· Παρέστω καὶ Κυβέλη τὸ παρὸν, ὧ δέσποινα, εἰπὼν, ὅδ' ὡς τὸ πιστὸν ἔχει φυλακῆς τῶν ἀπορρήτων. Καὶ ἄμα τῶν χειρῶν τῆς Ἀρσάκης λαβόμενος, Ὡ δέσποινα, ἔλεγεν, οὔτε πρότερον ἀπαυθιαζαζόμενος πρὸς τὸ βούλημα τὸ σὸν ὑπερεθέμην τὸ κελευόμενον, ἀλλὰ πῶς ἂν ἀσφαλῶς γένοιτο πρυτανεύομενος, νῦν δὲ, ἐπειδὴ με καὶ δοῦλον τάχα καλῶς ποιῶσα ἡ τύχῃ ἀπέφηνε, πολὺ πλέον εἰς πᾶν ἔτοιμος εἴκειν. Ἔμοι μόνον παρασχέσθαι νεῦσον, καίτοι πολλὰ καὶ μεγάλη ὑποσχομένη, ἀπειπε τὸν γάμον Ἀχαιμένει τὸν Χαρικλείας. Τῶν γὰρ ἄλλων σιωπωμένων, τὴν εὐγενεῖα τῇ μεγίστῃ κομῶσαν, οἰκότηρι συνοικεῖν, ἀθέμιτον. Ἢ ἐπόμηνυί σοι θεῶν τὸν κάλλιστον ἥλιον καὶ θεοὺς τοὺς ἄλλους, ὡς οὐδ' ὑπεῖξω τῷ σῷ βουλήματι. Καὶ εἰ γένοιτό τι πρὸς βίαν εἰς τὴν Χαρικλείαν, ἐπόψει με πρότερον ἔμαυτὸν διαχρησάμενον. Καὶ ἡ Ἀρσάκη, Μὴ ἀπίστει, ἔφη, βούλεσθαι με πάντα σοὶ χαρίζεσθαι· ἥτις κάμαυτὴν ἔτοιμος ἐκιδιδόμαι. Ἀλλὰ προληψθεῖσα ἐπόμωσα ἐκδώσειν Ἀχαιμένει τὴν σὴν ἀδελφῆν. Ἐῦ, ἔφη, ὧ δέσποινα, τὴν ἀδελφῆν τοίνυν ἥτις ἐστίν, ἐκδίδου. Μνηστὴν δὲ τὴν ἐμὴν καὶ νύμφην καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ γαμετὴν, οὔτε θελήσεις εἰ οἶδα, οὔτε θελοῦσα ἐκδώσεις. Πῶς, ἔφη, λέγεις; ὁ δὲ, Τὰ ὄντα, ἀπεκρίνατο. Οὐ γὰρ ἀδελφὴν ἔχω τὴν Χαρικλείαν ἀλλὰ νύμφην ὥσπερ ἔλεγον, ὥστε λελῦσθαι μὲν σοὶ τὸν ὄρκον, ἐξείναι δὲ, εἰ βούλοιο, καὶ ἄλλην ἔχειν ἀπόδειξιν, τοὺς γάμους ὅταν κρίνης ἐμοῦ τε κάκεινης εὐωχοῦσα. Ὑπεκνίσθη μὲν, νύμφην οὐκ ἀδελφὴν εἶναι τὴν Χαρικλείαν οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας ἀκούσασα, πλὴν ἄλλ', Ἔσται οὕτως, εἶπεν ἡ Ἀρσάκη καὶ Ἀχαιμένην ἡμεῖς ἐτέρῳ γάμῳ παραμυθησόμεθα. Ἔσται καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ, φησὶ, πρὸς σε, ὁ Θεαγένης, τούτων διακριθέντων καὶ ἄμα προσῆει ὡς τὰς χεῖρας φιλήσων. Ἢ δὲ προκύψασα καὶ τὸ στόμα ἀντὶ τῶν χειρῶν προβαλοῦσα ἐτίλησε. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Θεαγένης φιληθείς, οὐ μὴν αὐτὸς γε φιλήσας. Καὶ τῇ Χαρικλείᾳ, καιροῦ λαβόμενος, ἅπαντ' ἐξείπεν, (οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας οὐδ' ἐκείνης ἔνια μανθανούσης καὶ τῶν ἀτόπων τῆς ἐπαγγελίας τὸν σκοπὸν προσέθηκεν, ὡς πολλὰ δι' ἑνὸς ἀνύοιτο. Ἀχαιμένει (μὲν) γὰρ διασεσῶθηται ὁ γάμος καὶ τῇ κατ' Ἀρσάκην ἐπιθυμίᾳ πρόφρασις τὸ παρὸν ὑπερθέσεως ἐπινεονόηται, καὶ τὸ δὴ κεφάλαιον, ὡς εἰκὸς τὸν

omnino consiliorum est necessitas.) Simul ad Cybelen secedens, Renuntia dominæ, dicebat, me velle solum cum sola et absque arbitris congregi.

XXVI. Illud esse putans annus et succubuisse Theagenem, recurrit ad Arsacem : et cum iussa esset, ut post carnam adduceret juvenem, ita faciebat. Nam assidentibus imperans, ut quietem dominæ concederent, et non tumultuarentur circa thalamum, clam introduxit Theagenem, cum reliqua omnia tanquam nocturno tempore tenebris continerentur et occulta esse quævis pateretur, solum autem thalamum lychnus illustraret. Cum autem introduxisset, subducebat sese. Verum Theagenes eam colibuit : Adsit et Cybele in præsentia, domina, dicens, scio enim, quod singulari fide in asservandis arcanis prædita est : et simul manus Arsaces apprehendens, O domina, dicebat, neque prius eo ut resisterem voluntati tuæ differerem id, quod mihi imperabatur, sed ut securitatem facti providerem ; nunc vero postquam me etiam servum tuum singulari quodam beneficio fortuna declaravit, longe promptior sum ad obsequendum tibi omnibus in rebus. Unum mihi tantum te largituram annue, cum quietem multa et magna promiseris : renuntia nuptias Charicleæ Achæmeni. Nam ut alia taceam, eam, quæ splendore maximo generis excellit, vernæ cohabitare fas non est. Alioqui juro tibi per deorum pulcherrimum, Solem, et reliquos deos, quod neque morem geram tuæ voluntati, et quod prius, quam aliqua Charicleæ vis allata fuerit, visura sis me mihi ipsi mortem conscivisse. Arsace autem, Haud aliter existimes, inquit, quam me velle tibi omnibus in rebus gratificari, ut quæ parata sim vel me ipsam tibi tradere : sed anticipata juravi, me elocaturam Achæmeni sororem tuam. Bene se res habet, inquit, domina. Sororem igitur meam, quæcunque est, elocato : ceterum eam, quam ego amblo et sponsam meam, denique quid aliud quam uxorem, quod neque voles elocare, satis scio ; neque, si velis elocare, poteris. Quomodo, inquit, dicis ? At ille, Rem ipsam, respondit. Neque enim sororem habeo, Charicleam, sed sponsam, ut dicebam : quamobrem jurejurando soluta es, licet vero tibi, si volueris et aliud habere argumentum, cum convivium nuptiale mihi et illi, quandoeunque tibi visum fuerit, instruxeris. Pupugit illam sane, cum sponsam esse Charicleam, non sororem, haud sine zelotypia audivisset. Verumtamen, Fiat, ut postulas, dixit Arsace. Nos autem Achæmenem aliis nuptiis consolabimur. Præstabitur et tibi a nobis, inquit Theagenes, postquam hæc irrita sunt facta et simul accedebat tanquam manus osculaturus. Illa vero inclinans sese et os pro manibus obijiciens, cum osculata est. Et exiit Theagenes, osculum referens, non vicissim ipse osculatus et Charicleæ, nactus occasionem, omnia exposuit, (non sine zelotypia quoque ipsa quedam cognoscente) et miræ promissionis scopum addidit, quod multa per unum sint confecta : Achæmenis disturbatæ nuptiæ : cupiditati Arsaces, prætextus dilationis in præsentia excogitatus : denique, quod caput est

Ἀχαιμένην ἅπαντα ταραχῆς ἐμπλήσειν, ἀνιώμενον μὲν ἐφ' οἷς ἀποτυγχάνει προσδοκῆσας, ἀγανακτοῦντα δ' ἐφ' οἷς ἡλάττωται παρὰ τῆ Ἀρσάκῃ διὰ τὴν εἰς ἐμὲ χάριν. Οὐ γὰρ δὴ λήσεται αὐτὸν οὐδὲν, τῆς μητρὸς ἕξαρουεούσης, ἣν ἐπίτηδες παρῆναι τοῖς λεγομένοις προύνοσάμην, μνησθῆναί τε ταῦτα τῷ Ἀχαιμένει βουλόμενος καὶ μάρτυρα τῆς ἄχρι λόγων πρὸς τὴν Ἀρσάκην ὀμιλίας ποιούμενος. Ἀρκεῖ μὲν γὰρ ἴσως καὶ τὸ μηδὲν αὐτῷ συνειδῶτα φαῦλον, εὐμενεῖα τῆ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐλπίζειν, καλὸν δὲ καὶ ἀνθρώπων τοὺς συνόντας πείθοντα, σὺν παρρησίᾳ τὸν ἐπίκαιρον τοῦτον βίον διάγειν. Προσετίθει κάκεινα, ὡς σφόδρα χρῆ προσδοκᾶν καὶ ἐπιβουλεύσειν τῆ Ἀρσάκῃ τὸν Ἀχαιμένην, ἄνδρα δοῦλον μὲν τὴν τύχην, (ἀντίθετον δὲ ὡς 15 ἐπίπαν τῷ κρατοῦντι τὸ κρατούμενον), ἀδικοῦμενον δὲ καὶ εἰς ὄρκους ἀθετούμενον, ὀρῶντα δὲ καὶ ἄλλους αὐτοῦ προτετιμηῆσθαι [πειθόμενον], συνειδῶτα δὲ τὰ πάντων αἴσχιστα καὶ παρανομώτατα καὶ οὐδὲν εἰς τὴν ἐπιβουλήν πλάσασθαι δεόμενον, ὅσα δὴ πολλοὶ πολλακίς 20 ἀνιαιθέντες ἐτόλμησαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἔχοντα πρόχειρον τὴν ἄμυναν.

ΚΖ'. Τοιαῦτα πολλὰ διελθὼν πρὸς τὴν Χαρίκλειαν καὶ τὰ μέτρια θαρσεῖν παρασκευάσας, εἰς τὴν ἐξῆς ὑπηρετησόμενος ταῖς τραπέζαις, ὑπὸ τοῦ Ἀχαιμένου 25 ἤγετο, προστεταγμένον τοῦτο παρὰ τῆς Ἀρσάκης καὶ ἐσθῆτα Περσικῶν τῶν πολυτελῶν ἀποστειλάσης, ταύτην μετῆμφίνυτο καὶ στρεπτοῖς σε χρυσοῖς καὶ περιαιχηνίοις λιθοκόλλοις ἐκὼν τε τὸ μέρος καὶ ἄκων ἐκοσμεῖτο. Καὶ τοῦ Ἀχαιμένου ὑποδεικνύναι τι καὶ ἀφηγεῖσθαι τῶν οἰνοχοικῶν πειρωμένου, προσδραμῶν 30 ὁ Θεαγένης ἐνὶ τῶν κυλικοφόρων τριπόδων καὶ φιάλην τῶν πολυτιμῶν ἀνελόμενος, Οὐδὲν, ἔφη, δέομαι διδασκάλων, ἀλλ' αὐτοδίδακτος ὑπουργῆσεν τῆ δεσποίνῃ, τὰ οὕτω βῆσται μὴ θρυπτόμενος. Σὲ μὲν γάρ, ὦ βέλτιστε, ἡ τύχῃ εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καταναγκάζει, ἐμὲ δὲ ἡ φύσις τὰ πρακτέα καὶ ὁ καιρὸς ὑπαγορεύει. Καὶ ἅμα προσέφερε τῆ Ἀρσάκῃ προσηγνὲς κερασάμενος, εὐρυθμόν τε τι καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐπέχων τὴν φιάλην. Ἐκεῖνη μὲν οὖν πλέον ἢ πρότερον τὸ ποτόν 40 ἕξεβάχχευσεν, ἐπιρροφουσάν θ' ἅμα καὶ ἀκλινῶς εἰς τὸν Θεαγένην ἐνατενίζουσαν καὶ τοῦ ἔρωτος πλέον ἢ τοῦ κράματος ἔλκουσαν καὶ τὴν φιάλην ἐπίτηδες οὐκ ἐκπίνουσαν ἀλλὰ σὺν τέχνῃ καὶ διὰ μικροῦ λειψάνου τῷ Θεαγένει προπίνουσαν. Ἀντιτέρωτο δ' ἐκ θατέρων 45 ὁ Ἀχαιμένης καὶ ὀργῆς ἅμα καὶ ζηλοτυπίας ἐμπλησθεὶς, ὡς μηδὲ λαμβάνειν τὴν Ἀρσάκην ὑποβλέψαντά τε, καὶ τι πρὸς τοὺς παρόντας ἡρέμα διαγογγύσαντα. Ἦδῃ δὲ διαλουμένου τοῦ συμποσίου, Πρώτην αὐτῷ χάριν, ὦ δέσποινα, ἔφη ὁ Θεαγένης, ὑπηρετοῦντά 50 με μόνον ἀμφίνυσθαι ταύτῃ τῆ στολῇ κέλευσον. Ὡς δ' ἐπένευσεν ἡ Ἀρσάκῃ, τὰ συνήθη μεταμφιεσάμενος ἐξῆει. Συνεξῆει δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἀχαιμένης, πολλὰ τῆς προτεταίας τὸν Θεαγένην ὀνειδίξων καὶ ὡς μεπρακιῶδες εἶη τὸ πρόχειρον καὶ ὡς τὴν μὲν πρώτην ἡ δέσποινα

HELIODORUS.

omnium, effectum, ut Achæmenes omnia tumultu impleat, ægre ferens, quod iis, quæ expectabat, frustretur et indignans, quod a me superetur apud Arsacem gratia. Neque enim quidquam clam illo futurum esse, matre illi omnia expositura, quæ ut adesset præsens iis quæ dicebantur, ex industria provideram, cum volens hæc Achæmeni indicari, tum testem illam consuetudinis ejuscemodi, quæ verbis tantum constaret, faciens. Quamvis enim sufficit fortasse, nullius sceleris sibi conscium, benevolentia numinis confidere: tamen honestum est, id ipsum de se hominibus, cum quibus versaris, persuadentem, tranquille vitam hanc, quæ ad tempus tantum durat, transigere. Addebat et illa, prorsus esse expectandum, etiam insidias facturum esse Arsacæ Achæmenem, virum conditione servum, (oppositum autem est propemodum in universum id, quod subjectum est, ei, qui imperium in illud obtinet,) injuria præterea affectum et jurejurando fraudatum, videntem quoque, alios sibi honore prælatos esse et conscium omnium flagitiorum ac scelerum et cui nihil ad insidias faciendas comminisci sit opus, quod sæpius multi exacerbati sunt ausi, sed ex veris liceat habere expeditam ultionis rationem.

XXVII. Talia multa cum narrasset Charicleæ et ut mediocria speraret adhortatio esset, postridie ducebatur ab Achæmene, ministraturus ad mensam: nam hoc ab Arsace imperatum fuerat: et veste pretiosa Persica, quam miserat, induebatur et aureis torquibus et monilibus gemmis distinctis, partim volens partim et invitus ornabatur. Et cum Achæmenes præmonstrare illi et exponere artem pōcillandi inciperet, accurrens Theagenes ad unum tripodem, in quo pocula disposita fuerant et phialam tollens pretiosam, Nihil, inquit, magistris indigeo, sed ipse meo Marte ministrabo dominæ, in tam facilibus rebus nugæ has rejiciens. Te enim, optime, fortunæ ratio talia scire cogit: mihi vero et natura et tempus ea quæ sint faciendæ suggerit. Et simul infundens leviter, afferebat Arsacæ, concinno quodam et apto gradu, extremis digitis sublatam tenens phialam. Et hanc quidem magis quam antea illa potio concitavit, sorbentem simul et defixis oculis Theagenem intuentem et amoris plus quam vini haurientem, ac phialam dedita opera non ebibentem, sed arte, parvisque reliquiis Theageni propinantem. Vulneris accepit vicissim altera ex parte Achæmenes, ira simul et æmulatione impletus, ut neque Arsacem id latuerit, cum torvis oculis adspexisset, et iis qui aderant presentes quiddam submisit insurrasset. Cum autem convivium dissolveretur, Primum a te peto beneficium, o domina, inquit Theagenes, inter ministrandum tantum me uti hac stola jube. Postquam annuit Arsace, consuetum habitum recipiens exiit. Exhibat una et Achæmenes, multis modis petulantiam Theageni ut probrum objiciens, et quod puerilis esset ejusmodi temeritas, quodque initio domina tanquam

τὸν ξένον καὶ ἄπειρον ὑπερεῖδεν, εἰ δ' ἐπιμένοισι βλα-
 κευόμενος, οὐ χαίρησις καὶ ὅτι φίλος ὢν ταῦτα συμ-
 βουλευοί, μᾶλλον δ' ὀλίγον ὕστερον καὶ εἰς γένος συν-
 κληθόμενος καὶ ἀδελφῆς τῆς ἐκείνου καθ' ὑπόσχεσιν
 5 τῆς δεσποίνης ἀνὴρ ἐσόμενος. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα
 ἐκείνοισι μὲν ἔλεγεν· ὁ δὲ, οὐδ' ἀκούοντι προσεικνύς,
 κάτω νεύσας, ἀντιπαρῆει, μέχρις οὗ συνέβαλεν αὐτοῖς
 ἢ Κυβέλη, κατευνάσαι τὴν δέσποιναν τὸ μεσημβρινὸν
 ἐπιγυρόμενη. Καὶ ἰδοῦσα σκυθρωπὸν τὸν υἱὸν, ἤρῳτα
 10 τὴν αἰτίαν. Ὁ δὲ, τὸ ξένον μεράχιον, ἔφη, προτε-
 τίμηται ἡμῶν καὶ χθὲς καὶ τήμερον παρεσδεδυκὸς
 οἰνογοεῖν ἐπιτέτραπται, τοῖς ἀρχιτρικλῖνοισι ἡμῖν καὶ
 ἀρχιοινογόοις πολλὰ χαίρειν φράσασιν, ὁρᾷ γε φιάλην καὶ
 παρίσταται πλησίον βασιλικῆς σώματος, τὸ μέχρις
 15 ὀνόματος ἀξίωμα ἡμῶν παραγκωνισάμενος. Καὶ τὸ
 μὲν τοῦτον τιμᾶσθαι μετέχοντα καὶ τῶν μειζόνων καὶ
 κοινωνοῦντα καὶ τῶν ἀπορρητοτέρων, εἰοίτι γε κακῶς
 ποιοῦντες ἡμεῖς σιωπῶμεν καὶ συμπράττομεν, ἥτιόν
 20 ἔστι δεινόν, καίπερ ὃν δεινόν, ἀλλ' ἐκεῖνο γ' ἔζην, ἄνευ
 ὕβρειος τῆς εἰς ἡμᾶς τοῦς ὑπουργοῦς καὶ συνεργοῦς τῶν
 καλῶν πράξεων τὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι.

ΚΗ'. Καὶ περὶ μὲν τούτων δεύτερος λόγος. Τὸ δὲ
 παρὸν, ὦ μήτηρ, τὴν μνηστὴν ἐβουλόμην τὴν τὰ
 πάντα ἐμοὶ γλυκυτάτην Χαρίκλειαν ἰδεῖν, εἰ πως τὸ
 25 δεδηγμένον τῆς ψυχῆς, τῇ θεᾷ τῇ ἐκείνης διαιτησαί
 δυναθῆναι. Καὶ ἡ Κυβέλη, Ποῖαν μνηστὴν, ὦ τέκνον;
 εἰκόσ μοι τὰ σμικρότατα τῶν κατὰ σαυτὸν ἀνανακτεῖν,
 τὰ μείζονα δ' ἀγνοῦσιν λαυθάνειν. Οὐκ ἔτι λαμβάνεις
 πρὸς γάμον τὴν Χαρίκλειαν. Ἴτι, ἔφη, λέγεις, ἀνα-
 30 σοῖσας. Οὐκ εἰμὶ ἀξίος γαμῆν διμόδουλον ἐμαυτοῦ;
 διὰ τί, ὦ μήτηρ; Δι' ἡμᾶς, ἔφη, καὶ τὴν ἡμετέραν
 παράνομον περὶ Ἀρσάκην εὐνοίαν τε καὶ πίστιν.
 Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνην καὶ τῆς αὐτῶν ἀσφαλείας προτι-
 μήσαντες καὶ τὴν ἐκείνης ἐπιθυμίαν καὶ τῆς ἡμετέρας
 35 σωτηρίας ἐπιπροσθεν ἀγαγόντες, ἅπαντα καθ' ἠδονὴν
 συνεπράξαμεν, ἅπασι ποὺ παρεισελθὼν εἰς τὸν θάλαμον
 ὁ γεννάδας οὗτος καὶ λαμπρὸς αὐτῆς ἐρώμενος, καὶ
 μόνον ὄφθεις, ἀναπέπεικε παραβῆναι μὲν τοὺς πρὸς σε
 γεγεννημένους ὄρκους, αὐτῷ δὲ κατεγγυᾶν τὴν Χαρί-
 40 κλειαν οὐκ ἀδελφὴν ἀλλὰ μνηστὴν εἶναι διατεινόμενος.
 Καὶ ἐπήγγελται ταῦτ' ἐκείνη, ὦ μήτηρ; Ἐπήγγελται,
 παιδίον, ἀπεκρίνατο ἡ Κυβέλη, παρουσίας ἐμοῦ καὶ
 ἀκουούσης καὶ τοὺς γάμους αὐτῶν ἐστιάσει λαμπρῶς
 ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις. Σοὶ δ' ἄλλην συνοικεῖν
 45 [εἶναι] ἀντὶ ταύτης ἐπήγγελο. Βαρύ τι δὴ πρὸς
 ταῦτ' ἀνομιώξας ὁ Ἰλαμίνης, καὶ τῷ χεῖρι διατρίψας,
 Ἐγὼ, ἔφη, πικρογάμους θήσω σύμπαντας· μόνον μοι
 σύμπραττε τὴν εἰς χρόνον σύμμετρον τῶν γάμων ὑπέρ-
 θεσιν. Καὶ εἰ τις ἐπιζητοῖ, κακοῦσθαι με κατ' ἀγρόν
 50 ποῦ συμπεσόντα ἀπάγγελλε. Μνηστὴν ὁ γεννάδας
 ὀνομάζει τὴν ἀδελφὴν, ὡσπερ οὐ συνιέντων ἐπὶ δια-
 χροῦσει μόνῃ τῇ ἐμῇ ταῦτα πλάττεσθαι. Εἰ γὰρ περι-
 βάλλοι, εἰ γὰρ φιλοῖη καθάπερ δὴ καὶ νῦν, εἰ καὶ συγ-
 καθεῦδοι, καθαρὸς τις ἔλεγχος ὅτι μὴ ἀδελφὴ, μνηστὴ

in peregrino et ignaro ad factum connixerit. Ceterum si
 perrexeris esse ita contumax, haudquaquam gaudebis,
 inquit : et quod ut amicus consilium daret ac paullo
 post affinitatis vinculo jungendus et sororis illius juxta
 pollicitationem dominæ maritus futurus. Et talia multa
 hic dicebat, ille autem ne audienti quidem similis, humi
 defixos oculos tenens, præteribat : usque dum forte Cybele
 supervenit, deducere cubitum dominam tempore meridiano
 accelerans. Et tristem filium conspicata, quærebat cau-
 sam. Ille autem, Peregrinus hic adolescentulus, inquit,
 prælatus est nobis, et heri et hodie, se insinuans, jussus
 esse a poculis et nobis architriclinis et summis proxi-
 matoribus valedicens porrigit phialam, et assistit proxime
 regium corpus, dignitate nostra, quæ verbo tenus tantum
 jam est dignitas, contenta. Et quod hic quidem honore-
 tur et adipiscatur etiam majora, et particeps sit vel magis
 arcanorum, quia nos ipsi perversa quadam ratione facemus
 et adjuvamus, minus acerbum est. Ceterum illud utique
 licuisset, sine contumelia erga nos ministros et socios ho-
 nestarum actionum talia fieri.

XXVIII. Ac de his quidem aliud erit sermonis tempus.
 In presentia vero, mater, sponsam mihi suavissimam
 Charicleam videre vellem, si quo modo morsum hunc
 animi illius adspectu sanare possim. Et Cybele : Qualem
 sponsam, fili? Videris mihi ob minimas molestias indi-
 gnari, porro majores offensas ignorare. Jam non accipies
 in uxorem Charicleam. Quid dicis, inquit, exclamans.
 An non sum dignus, ut ducam conservam meam? Quamob-
 rem, mater? Propter nos, inquit, et nostram illegitimam
 erga Arsacen benevolentiam et fidem. Postquam enim
 illam præferentes nostræ securitati et illius cupiditati magis
 quam nostræ saluti consulentes, omnia illius arbitratu per-
 fecimus, semel ingressus in thalamum generosus hic et
 præclarus amasius et tantum conspectus, persuasit, ut
 violaret tibi factum jusjurandum et ut sibi Chariclea de-
 sponderetur, non sororem sed sponsam suam esse asseve-
 rans. Promisit igitur hæc illa, o mater? Promisit, fili,
 respondit Cybele, præsentem me et audientem, et nuptias
 illorum splendido apparatu celebrabit paucis post diebus.
 Tibi vero aliam se in matrimonium daturam promisit.
 Vehementius ad hæc ingemiscens Achæmenes et complois
 manibus, Ego, inquit, acerbis omnibus reddam nuptias :
 tantum me adjuva in nuptiarum ad tempus conveniens di-
 latione. Et si quis inquisierit, graviter me affectum de-
 cumbere in agro renuntia. Sponsam generosus nominat
 sororem, tanquam intelligi non possit, hæc tantum ad
 discussionem eorum, quæ mihi sunt promissa, fingi.
 Quasi vero, etiamsi amplectatur, etiamsi osculetur, sicuti
 nunc facit, denique etiamsi una dormiat, manifestum sit
 indicium, quod non soror, sed sponsa est. Mihi hæc

δ' ἐστίν. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ ὄρκοις καὶ θεοῖς τοῖς παραβαθεῖσι.

ΚΘ' Ταῦτ' εἶπε καὶ ὑπ' ὀργῆς ἄμα καὶ ζήλοτυπίας καὶ ἔρωτος καὶ ἀποτυχίας οἰστροηθεῖς (ἱκανῶν καὶ ἄλλον 5 τινὰ διαταράζει [πραγμάτων,] μήτι γε δὴ βάρβαρον) τὴν προσπεσοῦσαν ἔνοιαν ἐπὶ λογισμῶν μὴ διακρίνας, ἐκ δὲ τῆς πρώτης ὀρμῆς κρατύνας, ἐσπέρας ἐπελθούσης, ἵππον τ' Ἀρμένιον, τῶν εἰς πομπὰς καὶ πανηγύρεις τῷ σατραπῆ φαντιζομένων, ὑφελέσθαι δυνηθεῖς, 10 ἀφιππάσατο ὡς τὸν Ὀροονδάτην κατὰ Θήβας τότε τὰς μεγάλας τὴν ἐπ' Αἰθίοπας συγκροτούντα στρατείαν καὶ πᾶν εἶδος πολέμου καὶ χεῖρα παντοίαν ἀθροίζοντα καὶ τὴν ἐπ' αὐτοὺς ἔξοδον ἤδη συσκευαζόμενον.

ΛΟΓΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Α'. Ὁ γὰρ δὴ βασιλεὺς ὁ Αἰθίοπων ἀπάτη περιελή- 15 λυθῶς τὸν Ὀροονδάτην καὶ θατέρου τῶν ἐπάθλων τοῦ πολέμου γεγονότος ἐγκρατῆς καὶ τὴν πόλιν ἐπιμαχόν τὰς Φίλας ἀεὶ τυγχάνουσαν ἐκ προλήψεως ὑφ' αὐτῷ πεποιημένους, εἰς πᾶσαν ἀμηχανίαν, ὥστε καὶ κατηπειγμένους ποιεῖσθαι τὴν ἐκστρατείαν αὐτὰ αυτοσχέδιον τὰ 20 πολλὰ, κατηνάγκαζεν. Ἡ γὰρ πόλις αἱ Φίλαι κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ Νείῳ, τῶν ἐλαττόνων καταρρακτῶν ἀνωτέρω μικρὸν, Συήνης δὲ καὶ Ἐλεφαντίνης ἑκατόν που τοῖς μεταξὺ σταδίοις διείργεται. Ταύτην ποτὲ φυγάδες Αἰγύπτιοι καταλαβόντες καὶ ἐνοικήσαντες, ἀμφίβολον Αἰθίοφί τε καὶ Αἰγυπτίους κατέστησαν· τῶν 25 μὲν, τοῖς καταρράχταις τὴν Αἰθιοπίαν ὀριζομένων, Αἰγυπτίων δὲ καὶ τὰς Φίλας, κατὰ τὴν προενοίκησιν τῶν παρ' αὐτῶν φυγάδων, ὡς ἂν δορυαλώτους αὐτοῖς προσνέμειν ἀξιούντων. Συνεχῶς δὲ μεταπιπούσης 30 τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀεὶ προλαβόντων καὶ ἐπικρατούντων γιγνομένης, τότε δ' ὑπὸ φρουρᾶς Αἰγυπτίων τε καὶ Περσῶν κατεχομένης, ὁ τῶν Αἰθίοπων βασιλεὺς πρεσβεῖαν ὡς τὸν Ὀροονδάτην στείλας, ἐξήτει μὲν καὶ τὰς Φίλας, ἐξήτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδεια μέταλλα καὶ πάλαι 35 περὶ τούτων ὡς εἴρηται διακρηκευσάμενος καὶ οὐ τυχῶν, ὀλίγαις τε προφθῆναι τοὺς πρεσβευτὰς ἡμέραις ἐπιτρέψας, ἐφείπετο, πάλαι προπαρσκευασμένους δῆθεν, ὡς ἐπ' ἄλλον τινὰ πόλεμον, καὶ οὐδενὴ τὴν ὀρμὴν τῆς στρατείας φράσας. Κἀπειδὴ τὰς Φίλας ὑπερβεβή- 40 κέναι τοὺς πρεσβευτὰς εἴκαζεν, ὀλιγοῖαν τοῖς τ' ἐνοικοῦσι καὶ τοῖς φρουροῖς ἐμποιήσαντας καὶ ὡς ὑπὲρ εἰρήνης καὶ φιλίας πρεσβεύοιεν ἀπαγγέιλαντας, αὐτὸς αἰφνίδιον ἐπιστάς τὴν τε φουρὰν ἐξήλασε, δύο μὲν που καὶ τριῶν ἡμερῶν ἀντισχοῦσαν, πλήθει δὲ τῶν 45 ἐναντίων καὶ μηχαναῖς τειχομάχους ἐνδοῦσαν καὶ τὴν πόλιν κατέσχεν, οὐδενὴ τῶν ἐνοικοῦντων λυμνήμενος. Διὰ ταῦτα δὴ τεταραγμένους καταλαβόν τὸν Ὀροονδάτην ὁ Ἀχαιμένης, ἅπαντα πεπυσμένον παρὰ τῶν διαδρόντων, ἔτι πλέον ἐξετάραξεν ἀπροσδόχτος τε

erunt curæ et iurijurando ac diis, quorum est religio violata.

XXIX. Hæc dixit et ira simul ac zelotypia amoreque et frustratione percitus, (quæ alioqui et ad alium, nedum ad hominem barbarum perturbandum sufficerent) cogitationem, quæ inciderat, non expendens ratione, sed primo impetu approbans, equum Armenium, qui satrapæ ad pompas et panegyres alebatur, cum illum clam subducere posset, conscendit, ad Oroondatem iter tendens, tum Tliebhis magnis contra Æthiopem exercitum colligentem et omne genus belli et varias copias congregantem atque exitum contra illum jam adornantem.

LIBER OCTAVUS.

I. Rex enim Æthiopum, cum fraude circumvenisset Oroondatem, et altero belli præmio potitus esset, ac Philas urbem, semper expugnata facilem, anticipatione sibi subjecisset, ad summam rerum penuriam eum, adeo ut raptim ac tumultuarie magna ex parte expeditionem susciperet, redigebat. Urbs enim Philæ sita est ad Nilum, paullulum supra minores cataractas : a Syene vero et Elephantina centum stadiis circiter distat. Hanc aliquando exsules Ægyptii cum occupassent et incoluissent, ut de illa inter Æthiopes et Ægyptios ambigeretur, effecerunt : illis quidem, Æthiopiam cataractis terminantibus ; Ægyptiis vero etiam Philas, quod eas exsules sui incoluissent, tanquam bello partas sibi vindicare volentibus. Cumque continue transiret ab aliis in aliorum ditionem urbs et eorum qui antevertissent ac devicissent esset, tunc vero præsidio Ægyptiorum et Persarum detineretur ; Æthiopum rex, in legatione ad Oroondatem, reposebat Philas, reposebat et smaragdi fodinas. Et cum jam pridem hæc denunciasset, ut dictum est et non obtinisset, quod postulabat, paucis diebus præcedere legatis jussis, ipse subsequeretur, cum antea omni apparatu se instruxisset tanquam ad aliud quoddam bellum et nemini quo versurus esset molem belli indicasset. Postquam autem Philas superasse legatos conjectabatur, qui negligentia et securitate incolas implebant et tanquam pacis causa et amicitia legatione fungerentur nuntiabant : ipse subito adveniens, et præsidium eiecit, quod ultra biduum triduumve multitudinem hostium et machinas, quibus muri oppugnantur, sustinere non poterat ; et urbem tenuit, nemini ex incolis ullo damno illato. Propter hæc perturbatum deprehendens Achæmenes Oroondatem et de omnibus ab his qui effugerant edoctum, adhuc magis perturbavit, cum inopinato

 enim, quod dolor ejus operi amatur magis amantem quam
 suus, excruclat. At vero modo factum hoc, consolationis

ἐξετάζεσθαι κέρδος ἐνόμιζον· εἰ ἑλαττὸν τις αὐτῶν κολασθήσεται, νενικῆσθαι ὑπὸ θατέρου καὶ μειονεκτεῖν τῶν ἔρωτικῶν οἴομενος. Προσῆν δὲ καὶ τὸ προσομιλεῖν ἀλλήλοις καὶ τὸ παρηγορεῖν τε καὶ ἐπιθαρσύνειν εὐγενῶς τε καὶ γενναίως τὰς προσπιπτούσας τύχας καὶ τοὺς ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ πίστεως τῆς εἰς ἀλλήλους φέρειν ἀγῶνας.

Γ'. Πολλὰ γοῦν μέχρι πόρρω τῶν νυκτῶν ἀλλήλοις διειλεγμένοι καὶ ὅσ' εἰκὸς τοὺς μετὰ τὴν νύκτα τὴν παροῦσαν ἐντεῦξασθαι ἀλλήλοις ἀπεγνωχότας καὶ οἷον ἀλλήλων ἐφ' ὅσον ἔξεστι κορνευμένους, τέλος καὶ περὶ τῆς κατὰ τὴν πυρκαϊᾶν θαυματουργίας ἀνεσκοποῦντο. Καὶ ὁ μὲν Θεαγένης εἰς θεῶν εὐμένειαν τὸ αἴτιον ἀνέφερε, συγχεσάντων μὲν τὴν ἄδικον Ἀρσάκης συκοφαντίαν, κατελεησάντων δὲ τὴν ἀθῶον καὶ οὐδὲν αἰτίαν, ἢ Χαρίκλεια δ' ἀμφιβάλλειν ἐφίκει. Τὸ μὲν γὰρ καινουργόν, ἔφη, τῆς σωτηρίας, δαιμονία τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ, τὸ δ' ἐν τοσοῦτοις ἐξετάζεσθαι δυστυχήμασιν ἀδιαστάτως καὶ κολάσεσιν αἰχίζεσθαι ποικίλας τε καὶ ὑπερβαλλόντως, θεηλατομένον εἶναι καὶ δυσμενεῖας κρείττους πειρωμένων· πλὴν εἰ μὴ θαυματοποιία τίς ἐστι δαίμονος, εἰς τὰ ἔσχατα μὲν ἐμβάλλοντος, ἐκ δὲ τῶν ἀπόρων διασώζοντος.

ΙΑ'. Καὶ ἔτι ταῦτα λέγουσα, τοῦ Θεαγένους εὐφημεῖν παρακαλοῦντος καὶ τοῦ εὐσεβεῖν πλέον ἢ σωφρονεῖν ἀντέχεσθαι παραινῶντος, Ἰήκοιτε, θεοί, ἀνεβόησεν. Οἷον γάρ μοι νῦν ὄναρ (εἶτε καὶ ὕπαρ ἦν) ἐνθύμιον γέγονεν, ὃ τῆς προτεραιᾶς ἰδοῦσα νυκτός, τότε μὲν, οὐκ οἶδ' ὅπως, τῆς διανοίας ἀπέβαλον, νυνὶ δέ μοι εἰς μνήμην παραγέγονε. Τὸ δὲ ὄναρ ἔπος ἦν εἰς μέτρον ἡρμοσμένον. Ἐλεγε δὲ τὸ ἔπος ὁ θεϊότατος Καλάσιρις, εἶτε καταδαρθεῖν λαθούσῃ φανείς, εἶτε καὶ ἔναργῶς ὀφθείς. Εἶχε δ' οἶμαι ὁδὲ πως·

Παντάρην φορέουσα, πυρὸς μὴ τάρβει ἔρωήν.
Ῥηϊδίως Μοίραις καὶ τὰδόκητα πέλει.

Καὶ ὁ Θεαγένης διεσεύσθη ὅ ὥσπερ οἱ κάτοχοι καὶ ἐφ' ὅσον ἐνεδίδου τὰ δεσμὰ ἀνήλατο, καὶ, Εὐμενεῖς εἴητε, θεοί, ἀνέκραγε, καὶ γὰρ τοι ποιητῆς ἐξ ὑπομνήσεως ἀναδείκνυμαι καὶ χρησμός δὴ μοι παρ' ὁμοίου τοῦ μάντεως (εἶτε Καλάσιρις ἦν, εἶτε θεὸς εἰς Καλάσιριν φαίνόμενος) πεφοίτηχε, καὶ λέγειν ἐδόκει ταῖαδε·

Αἰθιοπῶν εἰς γαῖαν ἀπίξει ἄμμιγα κούρη,
Δεσμῶν Ἀρσακέων αὐρίον ἐκπροφυγών.

Ἐμοὶ μὲν οὖν ὅπῃ τείνει τὸ γρήσιμον, ἔγω συμβάλλειν. Ἰῆν μὲν γὰρ Αἰθιοπῶν, τὴν τῶν καταχθονίων ἔοικε λέγειν, ἄμμιγα δὲ κούρη, τῇ Περσεφόρῃ με συνέσεσθαι, καὶ λύσιον δεσμῶν τὴν ἐνθὲνδε ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῆν. Σοὶ δ' ἄρα τί φράζει τὸ ἔπος, οὕτως ἐξ ἐναντίων πρὸς αὐτὸ συγκείμενον; τοῦνομα μὲν γὰρ ἢ παντάρβη πάντα φοβουμένη δηλοῖ. Τὸ παράγγελμα δὲ μὴ δεδοικέναι τὴν πυρὰν ἀξιοῖ. Καὶ ἡ Χαρίκλεια, Ὡ γλυκύτατε, ἔφη, Θεαγένης, ἢ συνήθειά σε τῶν

loco potius erat, et in similibus doloribus versari lucrum ducebant; si alteruter ex ipsis minus cruciatuum sustineret, victum se esse ab altero et quasi inferiorem ac languidiorem in amore, existimans. Licebat vero illis versari secum, et mutuo se consolari, confirmareque, ut fortiter et generose fortunam, quæ accidat, et propter pudicitiam et fidem erga se mutuam adita certamina, uterque ferrent.

X. Cum igitur multa usque ad nocturnum tempus inter se colloquerentur ejuscemodi, qualia consentaneum est eos esse locutos, qui post illam noctem amplius de colloquio desperasset et se consuetudine mutua, quoad fieri potuit, exsatiassent: ad extremum in miraculum illud, quod circa rogum acciderat, animum intenderunt. Ac Theagenes quidem deorum benevolentiae causam acceptam ferebat, qui aversati fuissent injustam Arsaces calumniam et miserti innocentis ac nihil promeritæ: Chariclea vero ambigere videbatur. Nam ista quidem inusitata ratio salutis, inquit, cælesti et divino quodam beneficio omnino contigisse videtur. Ceterum hujusmodi calamitatibus affligi sine ulla intermissione, ac tormentis cruciari variis ac supra modum, horum esse, qui divinitus affligantur et in majus odium incurrerint. Nisi forte sit aliquod miraculum dei secretius, qui in extrema pericula conjiciat, et ubi nihil spei sit reliquum servet.

XI. Hæc cum adhuc diceret, Theagene ut in bonam partem interpretaretur adhortante, et, ut magis studeret pie sentire quam casta esse, admonente: Propitii nobis estote, dii! exclamavit. Quale enim nunc mihi somnium (seu visum fuit) in mentem venit, quod cum priore nocte vidissem, tunc quidem, nescio quo modo, exciderat animo: nunc vero in memoriam illius redii. Somnium vero versus erat, in metri rationem aptatus. Versum autem exposuit divinissimus heros Calasiris sive apparens mihi dormienti sive manifesto visus; cujus talis quædam fuit structura:

Pantarben gestans, flammæ ne metuas vim:
Facilia Parcis sunt et prodigiosa.

Theagenes quoque concussus est, non secus atque ii, qui divino spiritu concitantur, quantumque concedebant vincula, prosiluit, et, Benigni sitis in nos, dii! exclamavit. Nam ego etiam poëta ex recordatione efficior, et oraculum quoddam mihi a simili vate, (seu Calasiris fuit, seu deus aliquis, Calasiridis forma apparens) editum est, videbaturque talia dicere:

Venies ad terram Æthiopum puella comitante,
Arsaces vincla cras effugiens.

Quod quidem ad me attinet, quorsum tendat oraculum, conjicere possum. Terram enim Æthiopum, eorum, qui sub terra ætatem degunt, dicere videtur. Una autem cum puella, id est, cum Proserpina, colohabitaturum: et solutionem ex vinculis, hinc ex corpore discessum. Tibi autem quidnam dicit versus, qui ex contrariis sibi constat? Nam nomen quidem Pantarbe, omnia metuens significat: ceterum promissum vult, non metuendum esse rogum. Tum Chariclea: Suavium, inquit, meum, Theagenes,

δυστυχημάτων πάντα πρὸς τὸ φαυλότατον νοεῖν τε καὶ εἰκάζειν παρεσκεύασε. Φιλεῖ γὰρ ἄνθρωπος πρὸς τὰ συμπίπτοντα τρέπειν τὴν γνώμην. Χρηστότερα δ' ἢ ὧς σοι παρίσταται μὴνύει μοὶ τὰ μαντευθέντα φαίνονται. Καὶ ἡ κόρη τάχ' ἂν εἶην ἐγὼ, μεθ' ἧς σε πατρίδος τῆς ἐμῆς Αἰθιοπίας ἐπιβήσασθαι ἐπαγγέλλεται, Ἀρσάκην καὶ δεσμὰ τὰ Ἀρσάκης ἀποφυγόντα. Τὸ δ' ὄπισ, ἡμῖν μὲν οὔτε δῆλα, οὔτ' ἄπιστα, θεοῖς δὲ καὶ δύνατὰ καὶ μελήσει τοῖς καὶ τὰ μαντεύματα φήνασιν.

Ἡ γούν εἰς ἐμὲ πρόρρησις, ἤδη, ὡς οἶσθα, βουλήματι τῶν ἐκείνων τετελεσται· καὶ ζῶ σοι τὸ παρὸν, ἢ παντοίας ἀπελπισθεῖσα καὶ σωτηρίαν ἐμαυτῆς ἐπαγομένη τότε μὲν ἠγρόνου, συνίημι δὲ τὸ παρὸν ὡς ἔοικε. Τὰ γὰρ συνεκτεθέντα μοὶ γνωρίσματα καὶ παρὰ τοὺς ἐμ-προσθεν αἰεὶ χρόνους ἐπιφέρεσθαι προνοουμένην, τότε καὶ πλέον τῆς κρίσεως μοὶ γεγενημένης, καὶ τῆς τελευταίας προσδοκωμένης, περὶ τῆ γαστρὶ ζωσαμένη κρύφα ἐτύγχανον, εἰ μὲν σωζοίμην, εὐπορίαν βίου καὶ τῶν ἀναγκαίων, εἰ δὲ τι πάσχοιμι, καλλωπίσματα ἔσχατα καὶ ἐντάρια γενησόμενα. Ἐν δὴ τούτοις, ὦ Θεάγενες, οὓσιν ὄρμους ἐριτίμοις καὶ λίθοις πολυτελέσι Ἰνδικοῖς τε καὶ Αἰθιοπικοῖς, ἔστι καὶ δακτύλιος, δῶρον μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς τῆ μητρὶ παρὰ τὴν μνηστειάν δοθείς, λίθου δὲ τῆ καλουμένη παντάρβη τὴν σφενδόνην διάδοτος, γράμμασι δ' ἱεροῖς τισιν ἀνάγραπτος καὶ τελετῆς ὡς ἔοικε θειοτέρας ἀνάμεστος, παρ' ἧς εἰκάζω δύναμιν τινὰ ἔχειν τῆ λίθου πυρὸς φυγαδευτικὴν, ἀπάθειαν τοῖς ἔχουσιν ἐν ταῖς φλογώσεσι δωρουμένην, ἣ καμὲ τυχὸν συμβουλήσει θεῶν περιέσωσε. Ταῦτα δ' ἔχω καὶ συμβάλλειν καὶ γινώσκειν, ἐξ ὧν ὁ θειότατος μοι Καλάστρις ὑπετίθετο πολλάκις, ταῦτα καὶ φράζεσθαι καὶ ἐκδιδάχθαι πρὸς τῶν ἐνεστιγμένων τῆ συνεκτεθείση μοι ταινία, νυκτὶ δὲ κατὰ γαστέρα τὴν ἐμὴν ἐνείλημμένην, διηγούμενος. Ταῦτα μὲν εἰκότα καὶ ὄντα πλέον καὶ τοῖς ὑπηρεγμένοις συμβαίνοντα, ἔφη ὁ Θεαγένης· ἐκ δὲ τῶν εἰς αὐρίον κινδύνων ποία τις ἄρα παντάρβη καὶ ἄλλη ἐξαιρήσεται; οὐ γὰρ που καὶ ἀθανασίαν, (ὡς ὄρελις) κατὰ τὴν πρὸς τὰς πυρκαϊὰς ἀντιπάθειαν ἐπαγγέλλεται, τῆς ἀλάστορος Ἀρσάκης, ὡς εἰκάζειν ἐνεστίν, ἑτερόν που καινότερον τιμωρίας τρῶπον τανῶν ἐπινοούσης. Καὶ εἶθε γ' ἅμα κατ' ἀμφοτέρων καὶ θάνατον ἕνα καὶ ἐν ὧρα μιᾷ καταδικάσειεν, ὡς οὐδὲ τελευταίην ἂν τοῦτ' ἐθέλην, ἀλλὰ πάντων κακῶν ἀνάπαυαν. Καὶ ἡ Χαρίκλεια, Θάρσει, ἔφη, παντάρβην ἑτέραν ἔχομεν τὰ μεμαντευμένα. Καὶ θεοῖς ἐπανέγοντες, σωζοίμεθά τ' ἂν ἥδιον, καὶ εἰ δέοι, πάσχοιμεν δσώτερον.

ἸΒ'. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ἀναθεωροῦντες καὶ νῦν μὲν ὀρηνοῦντες καὶ πλέον ἀνιᾶσθαι καὶ ἀγωνιᾶν ἄτερος ὑπὲρ θατέρου διεγγυώμενοι, νῦν δὲ τὰ τελευταία ἀλλήλοις ἐπισκῆπτοντες καὶ ὡς μέχρι θανάτου πιστοὶ τὰ ἑρωτικά πρὸς ἀλλήλους ἔσσονται, θεοῦς τε καὶ τὰς παρούσας τύχας ἐπομνύντες, οὕτω διῆγον. Ὁ δὲ Βαγώας καὶ οἱ σὺν αὐτῶ πεντήκοντα ἱππεῖς, νυκτὸς

consuetudo versandi in calamitatibus effecit, ut omnia in deteriorem partem accipias et conjectura interpreteris. Solent enim fere homines ad rationem eorum, quæ accidunt, accommodare animum. Ceterum meliora, quam tu existimas, indicare mihi ea, quæ vaticinio prædicta sunt, videntur, ut puella fortasse sim ego, cum qua te patriam meam Æthiopiam conscensurum esse promissum est, cum Arsacen et illius vincula effugeris. Quomodo autem id sit futurum, neque nobis manifestum est, neque incredibile: dū vero efficere id possunt et curæ erit iis, qui vaticinia reddiderunt. Nam prædicto, quæ ad me pertinet, jam, ut scis, voluntate illorum perfecta est, et vivo in præsentia, de qua jam prorsus desperatum fuerat. Atque adeo cum salutem meam revinctam mecum portarem, tunc quidem ignorabam: nunc vero, ut mihi quidem videtur, intelligo. Cum enim indicia mecum exposita, etiam temporibus quæ præterierunt, gestare ex industria solita fuisset, tunc magis, iudicio de me facto, et supremum diem jam adfore putans, occulte utero illa succinxeram, si quidem servarer, victum et res necessarias suppeditatura; sin aliquid mihi accidisset, ornamenta ultima et justa exsequiarum futura. Inter hæc, Theagenes, quæ sunt monilia magno sumtu constantia, et lapides Indici et Æthiopiæ valde pretiosi, est etiam quidam annulus, dono datus a patre meo matri, tum cum illi desponderetur, lapidem, qui vocatur Pantarbe, in pala insertum habens et literis quibusdam sacris pictus, denique caerimonia quadam, ut videtur, diviniore plenus, a qua conjector vim aliquam lapidi accedere, quæ ignem depellat, hoc iis, qui illum habent, ut nullo sensu nec detrimento in flamma afficiantur, dono dantem. Quæ et me forsitan voluntate divina servavit. Hæc et conjicere possum et scire ex eo, quod divinissimus Calasiris mihi suggessit, cum eadem et dici et doceri lis notis, quibus esset insignita exposita mecum fascia, nunc vero uterum meum obvolvens, sapius narrare solitus fuerit. Ist hæc magis probabilia sunt et vera et cum beneficio quod tibi contigit convenientia, inquit Theagenes: ceterum ex crastini diei periculis quamnam alia Pantarbe nos liberabit? Neque enim utique immortalitatem, (utinam tamen!) ut vim ex antipathia depellendis rogis, promittit; scelerata Arsace, ut conjecturam facere licet, alium quemdam et magis novum pœne modum in præsentia excogitante. Atque utinam simul ambos et uno genere mortis et eadem hora condemnaret! non mortem profecto hunc esse ducerem, sed ab omnibus malis requietem. Chariclea autem, Ades animo, inquit. Pantarben aliam habemus, ea, quæ sunt nobis vaticinio prædicta. Ac diis confidentes, servabimur jucundius et si opus fuerit majore cum pietate patiemur.

XII. Hi quidem, hæc animo secum versantes et nunc lugentes, magisque exerucari et anxium esse alterum alterius causa, quam sua, affirmantes, nunc vero ultimis obstestationibus sese mutuo obstringentes, et quod usque ad mortem servaturi essent sibi fidem in amore, per deos et præsentem fortunam jurantes, ita tempus transigebant.

ἐτι βαθείας ὑπνω πάντα ἐχούσης, ἀφικνουῦνται εἰς τὴν Μέμφιν καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν ἡσυχῇ διαναστήσαντες καὶ οἱ τινες εἶεν εἰπόντες τε καὶ γνωρισθέντες, ἐπὶ τὰ σατραπεῖα σὺν σπουδῇ καὶ ἀθουρίθως εἰσέρχονται. Καὶ τοὺς μὲν ἰππέας ὁ Βαγώας αὐτοῦ κατέλιπε τοῖς σατραπεύουσιν ἐν κύκλῳ περιστήσας, ὡς εἴ τις καὶ γένοιτο ἀντίστασις ἠδρεπίσθαι πρὸς ἄμυναν, αὐτὸς δὲ κατὰ τινὰ παραπυλῖδα τοῖς πολλοῖς ἀγνοουμένην ἀσθενεῖς τὰς θύρας ἐκμοχλεύσας καὶ τῷ κατοικοῦντι φράσας 10 θ' αὐτὸν καὶ σιωπᾶν ἐπιστείλας, ὡς τὸν Εὐφράτην ἐμπειρία καὶ γνώσει τῶν τόπων ἐσπευδεν, ἅμα τι καὶ τῆς σελήνης τότε μικρὸν ὑπαυγαζούσης. Καὶ καταλαβὼν ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἀφύπνισέ τε καὶ θορυβοῦμενον καὶ τίς οὗτος, βοᾶντα, κατέστελλε Βαγώας, ἐγὼ, λέγων, ἀλλὰ φῶς ἦκειν πρόστατε. Προσκαλεσάμενος δὲ τι παιδάριον τῶν προσεδρευόντων, λύχνον ἄψασθαι τοὺς ἄλλους ἐάσαντα καθεύδειν προσέταττεν. Ἐπειδὴ δ' ἦκεν ὁ παῖς καὶ κατὰ τὴν λυχνουῶν (τὸν λύχνον) ἐπιθεῖς, μετέστη, [τοῦτο] ἔλεγεν ὁ Εὐφράτης· 20 Τί ἄρα καινὸν ἀγγέλλει πάθος ἢ αἰφνιδίως σου καὶ ἀπροσδόκητος ἀφίξις; ὁ δὲ, Οὐ πολλῶν, ἔφη, δεῖ λόγων, ἀλλὰ τοῦτ' ἐ γράμμα ἀναγίνωσκε λαβὼν, καὶ πρό γε τούτου τῆς σφραγίδος τοῦπίσημον ἀναγνώριζε, καὶ ὡς Ὀροονδάτης ἐστὶν ὁ κελεύων πίστευε, καὶ τὰ 25 ἐπεσταλμένα πράττε, νυκτὶ καὶ τάχει συμμαχοῖς εἰς τὸ λαθεῖν ἀποχρώμενος. Εἰ δὲ καὶ τὰ πρὸς Ἀρσάκην ἐπεσταλμένα λυσitelές ἀποδοῦναι, πρότερον αὐτὸς δοκίμαζε.

II'. Ὑποδεξάμενος οὖν ὁ Εὐφράτης τὰς ἐπιστολάς, 30 καὶ ἀμφοτέρως διελθὼν, Ἀρσάκη μὲν, ἔφη, ἄλλως τ' οἰμώξει καὶ τὸ παρὸν ἐν ἐσχάτοις διάγει, πυρετοῦ τινος ὡσπερ θεηλάτου τῆς προτεραίας ἐνσκηψάντος καὶ θέρμης δξείας ὑποδραμούσης, καὶ εἰς δεῦρο κατεχούσης, ὀλίγας τοῦ περιέσεσθαι τὰς ἐλπίδας ἐνδεικνυμένην. 35 Ἐγὼ δ' ἂν ταῦτ' οὐδὲ ἐρρωμένη ἔδωκα, θάττον ἂν προαποθανούση καὶ ἡμᾶς συναπολεσάση, ἣ ἐκούση τοὺς νέους ἐκδούση. Σὺ δ' εἰς καιρὸν ἦκων ἴσθι καὶ ὑποδεξάμενος ἄγε τοὺς ξένους καὶ τὴν εἰς δύναμιν ἐπικουρίαν σύσπευδε. Καὶ κατελείπει παντοίως ἀθλίους 40 μὲν ὄντας καὶ κακοδαίμονας καὶ μυρίας αἰκίας καὶ κολάσεις, οὗτι ἐκόντος ἐμοῦ κελευομένου δὲ πρὸς Ἀρσάκης, ὑποστάντας, τᾶλλα δὲ, ὡς εἰοικεν, εὖ γεγονότας, καὶ ὡς ἡ πεῖρά μοι καὶ τὰ ἔργα παρέστήσαν τὰ πάντα σώφρονας. Καὶ ἅμα λέγων, ἦγεν ἐπὶ τὸ δεσμοτῆ- 45 ριον. Ὁ μὲν δὲ Βαγώας ἰδὼν τοὺς νέους δεσμώτας καὶ ταῦτ' ἤδη καὶ πρὸς τῶν βασιάνων τετραχωμένους, ἐκπέπληκτο τοῦ μεγέθους ἅμα καὶ κάλλους. Οἱ δὲ τοῦτ' ἐκείνου εἶναι νομίσαντες καὶ ἀωρὶ τοὺς περὶ τὸν Βαγῶαν ἦκειν τὴν ἐπὶ θανάτῳ [καὶ τὴν τελευταίαν] 50 ἀπάξοντας, εἰς βραχὺ μὲν διεταράχθησαν, εἴτ' ἀνενεγκόντες, ἰλαρῶ καὶ διακεχυμένῳ τῷ βλέμματι, ὅτι ἀφρονιστοῦσι καὶ πλέονα χαίρουσιν, ἐπίδηλοι τοῖς παροῦσιν ἐγίνοντο. Ἦδη γοῦν τῶν περὶ τὸν Εὐφράτην πλησιαζόντων καὶ ἐπιδραττομένων καὶ ἀπὸ

Bagoas autem et equites cum illo missi quinquaginta, multa nocte, somno omnia detinente, Memphim perveniunt, et cum eos, qui erant ad portam, silentio excitasent et quinam essent dixissent et cogniti essent, in aulam satrapæ propere et sine tumultu ingrediuntur. Et equites quidem Bagoas ibi relinquit, domicilia satrapica illis cingens, ut, si forte existeret aliquis resistendi conatus, ad defensionem essent parati. Ipse vero per quamdam januam vicinam portæ, ignotam multitudini, cum infirmas fores parvo negotio emolitus fuisset, et ei qui ibi habitabat se indicasset, atque ut silentio premeret imperasset, ad Euphratem consuetudine et peritia locorum accelerabat, adhuc etiam tum paullulum lucente luna. Cumque illum deprehendisset in lecto, excitavit e somno et tumultuantem et, Quis hic est, clamantem, compescuit Bagoas, Ego, dicens; sed lumen afferri jube. Advoca igitur puero, qui erat assidue circa illum, lychnum accendere, ita ut alios dormire sineret, jussit. Postea vero quam venit puer et in candelabrum imposito lychno discessit, Euphrates dicebat: Quidnam calamitatis novæ portendit tuus subitus et ἰσπινatus adventus? Ille autem, Non multis, inquit, verbis est opus, sed has literas acceptas lege et ante hoc ipsum symbolum signi cognosce, et quod Oroondates sit is, qui dat mandata, fidem habe et quæ jussa sunt exsequere, utens nocte et celeritate comitibus, quo magis lateas. An vero conveniat, ista Arsacæ declarare, prius tecum ipse voluta.

XIII. Cum itaque Euphrates accepisset epistolas, et utramque percurrisset, Arsace quidem, inquit, lugebit, et in præsentia est in extremo periculo, cum febris quadam tanquam divinitus immissa pridie tentata esset et acutus calor successisset, qui illam hactenus detinet, et exiguam spem, quod superstes esse possit, relinquit. Ego autem has ne valenti quidem darem, quæ potius ipsa moreretur et nos una perderet, quam sponte juvenes hos traderet. Tu vero scias, te per tempus advenisse et acceptos peregrinos abducas, ac pro virili parte ad auxilium illis ferendum studium tuum afferas. Ac miserere illorum omnino, qui miseri sunt et infelices et sexcentos cruciatus tormentaque, me quidem invito, ceterum ab Arsace jusso, sustinuerunt: alioqui, ut videtur, bono genere nati, et quod me res ipsa et experientia docuit omnibus in rebus modesti. Atque hoc dicto, ducebat eum ad carcerem. Ceterum Bagoas, cum vidisset juvenes captivos, quamvis jam cruciatibus exhaustos, obstupuit admiratione proceritatis et pulchritudinis. Illi autem, hoc illud esse existimantes, intempesta nocte Bagoam venire, ad mortem eos abducturum, paullulum sunt perturbati. Deinde erecti, læto et hilari vultu, quod nihil curarent et magis lætarentur, manifestum indicium iis qui aderant dabant. Jam autem Euphrate appropinquante et manus admovente et

τῶν ξύλων πρὸς οἷς κατακέκλειστο τὰ δεσμὰ ὑπεκλυόντων, ὁ Θεαγένης, Εὐγ' ἢ ἀλάτωρ Ἀρσάκη, ἀνεβόησεν, ὅτι νυκτὶ καὶ ζῶφω τὰς αὐτῆς ἀθεμίτους πράξεις ἐπικυρῶσαι οἰεταί. Δεινὸς δ' ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς, ἐλέγχων καὶ τὰ ἀμύητα κρύφια καὶ ἀθέμιτα φωτίζων. Ἄλλ' ὑμεῖς τὰ προστεταγμένα πράττετε καὶ εἴτε πῦρ, εἴτε ὕδωρ, εἴτε ξίφος ὄρισται καθ' ἡμῶν, τὸν αὐτὸν ἅμα καὶ ἓνα θάνατον χαρίσασθε ἀμφοτέροις. Συμπαρεκάλει δὲ ταῦτα καὶ ἡ Χαρίκλεια. Ἐπιδακρύσαντες οὖν οἱ εὐνοῦχοι, (συνέσαν γὰρ ἡρέμα τῶν λεγομένων) αὐτοῖς δεσμοῖς ὑπεξῆγον.

ΙΔ'. Κάπειδ' ἡ τῶν σατραπειῶν ἐκτὸς ἐγεγόνεσαν, ὁ μὲν Εὐφράτης κατὰ χώραν ἔμενον, ὁ δὲ Βαγώας καὶ οἱ ἵππεῖς τῶν πολλῶν δεσμῶν ἐπικουρίσαντες τοὺς νέους καὶ ὅσα φυλάττειν οὐ κολάζειν ἔμελλον ἐγκαταλιπόντες, ἐφ' ἵππου θ' ἑκάτερον ἀναθέμενοι καὶ μέσους εἰς κύκλον περιστοιχισάμενοι, τάχους οὐδὲν ἀνιέντες, ἐπὶ τὰς Θήβας ἤλαυον, τὸ δὲ λιπόμενον τῆς νυκτὸς ἀδιαστάτως ὀδοιπορήσαντες καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν εἰς ὦραν που τρίτην, οὐδαμοῦ γόνυ κάμψαντες, τῆς θ' ἡλιακῆς ἀκτίνος τὸν φλογμὸν, οἷα δὲ θέρους ὥρα καὶ κατ' Αἴγυπτον οὐκέτ' ἀνεχόμενοι, πειζόμενοι θ' ὑπ' ἀγρυπνίας καὶ πλῆον τὴν Χαρίκλειαν πρὸς τῆς συνεχοῦς ἱππηλασίας ἀπειρηκυῖαν ὀρῶντες, ἔγνωσαν αὐτοῦ που κατασκηνοῦσαντες, πνεῦσαι μὲν αὐτοὶ, ἀναπνεῦσαι δὲ καὶ τὴν ἵππον, ἀναψύξαι δὲ καὶ τὴν κόρην. Καὶ ἦν γὰρ τις ὄχθη καὶ ἄκρα τοῦ Νείλου, καθ' ἣν τῆς ἐπ' εὐθὺ στάθμης τὸ ὕδωρ ἀνακοπὴν, καὶ πρὸς ἕλιγμόν ἡμικυκλον ἔκτραπεν, πρὸς τε τὸ ἀντίθετον τῆς ἐκτροπῆς ἐπιστρέψαν, οἷον Ἰππειρωτικόν τινα κόλπον ἀπετέλει τὸ περιγραφόμενον, πολλοῦ μὲν λιμῶνος οἷα δὲ διαρρομένου τοῦ παντὸς ἀνάπλεων, πολλὴν δὲ πόαν καὶ χιλὸν ἄφθονον ἐνδοφιλεύσασθαι κτήνησι νομῆν ἀπαυτοματίζοντα· δένδρεσί τε Περσείαις καὶ συκομόροις καὶ ἄλλοις τοῖς Νείλου συννόμοις τε καὶ φίλοις, ἐπηρεφῆ τε καὶ κατὰσιον. Ἐνταῦθ' ὁ Βαγώας ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐνηυλίσαστο, σκηρὴν τὰ δένδρα ποιησάμενος, καὶ αὐτὸς τε σίτου μετέλαθε καὶ τοῖς περὶ τὸν Θεαγένην μετέδωκε, διωθουμένους τὰ πρῶτα ἐπαναγάσας. Καὶ ὡς περιττὸν εἶη σιτεῖσθαι τοὺς αὐτίκα τεληξομένους φάσκοντας μετέπειθεν, ὡς οὐδὲν ἔσται τοιοῦτο, διεγγυώμενος καὶ ὡς οὐκ ἐπὶ θάνατον ἄγοντο δὲ πρὸς τὸν Ὀροονδάτην ἐκδιδάσκων.

ΙΕ'. Ἦδη δὲ τῆς ἄγαν μεσημβρίας χαλῶσης οὐκέτι τὴν κορυφὴν ἡλίου, πлагία δὲ καὶ ἀπὸ τῶν δυσμικωτέρων βάλλοντος, τῶν τε περὶ τὸν Βαγῶαν εἰς τὴν πορείαν διασκευαζομένων, ἐφίσταται τις ἵππεὺς ὑπὸ συντόνου τῆς ἑλασίας, ὡς ἐδόκει, πνευστιῶν μὲν αὐτὰς, ἰδρῶτι δὲ καταρροόμενον τὸν ἵππον χαλεπῶς ἀνέχων· καὶ πρὸς τὸν Βαγῶαν ἰδίᾳ τι φράσας, ἡσύχαζεν. Ὁ δὲ, εἰς βραχὺ κατηφῆσας καὶ ἐν συννοίᾳ τῶν ἀπαγγελθέντων γεγονέναι δόξας, Ὡ ξένοι, ἔφη, ὁρασεῖτε. Δίκην ὑμῖν ὑπέσχεον ἡ πολεμία· τέθνηκεν Ἀρσάκη, βρόχον ἀγρόνης ἀψαμένη, ἐπειδὴ τὴν ὑμετέραν σὺν

ligna, quibus vincula fuerant conclusa, eximite, Theagenes, Euge piaculum Arsace! exclamavit. Nocte ac tenebris sua nefaria facinora se abscondituram putat: ceterum acris est iustitiæ oculus in redarguendo et in occultis, absconditis et nefandis rebus in lucem proferendis. Sed vos ea, quæ imperata sunt, facite et sive ignis, sive aqua, sive gladius in nos est decretus, eandem simul et unam mortem utrique largimini. Petebat hæc eadem quoque Chariclea. Illacrimantes igitur eunuchi (intellexerant enim taciti ea quæ dicta fuerant) cum ipsis vinculis eos educebant.

XIV. Postea vero quam domiciliis satrapæ sunt egressi, Euphrate eo loci mansit. Bagoas autem et equites, demto onere vinculorum juvenibus et iis tantum quæ illos custoditura non cruciatura fuerant relictis, et utroque in equum sublato, ipsos in medio collocatos in orbem stipantes, quanta celeritate potuerunt Thebas proficiscebantur. Cumque, quod superfuert noctis, sine ulla intermissione itineri tribuissent et postridie usque ad horam fere tertiam nusquam genu flexissent, radiorum solis fervorem, veluti æstivo tempore in Ægypto, non amplius ferentes et exhausti insomnia, magis vero Charicleam continua jactatione equitandi defessam videntes, statuerunt alicubi devertentes recreare sese, reficere et equos et puellæ respirandi spatium dare. Erat autem ripa quedam et promontorium Nili, circa quam a recto fluxus perpendiculari aqua reciprocata, et in gyrum semicirculi inflexa et ad oppositum locum deflexionis conversa, tanquam sinum quemdam Epiroticum efficiebat id, quod describatur, multa prati herba, ut qui totus esset irriguus, plenum, multa præterea gramina, pastionem pecudibus et pascua pinguisima, sponte ferentem, arboribus Persæis et sycomoris et aliis, quæ Nili societate et alimento gaudent, contextum et adumbratum. Ibi Bagoas una cum loco, qui cum eo erant, immoratus est, arboribus tentorii usus: cibumque ipse sumisit et Theageni cum Chariclea impartitus est; renuentes primum cogens et supervacaneum esse cibum capere statim morituros dicentibus persuadens, quod nihil ejuscemodi eventurum esset affirmando, et quod non ad mortem sed ad Oroondatem ducerentur, edocendo.

XV. Jam autem intenso æstu meridiei relaxato, sole non amplius vertici imminente, sed in latera et a partibus occidentalioribus radios conjiciente et Bagoa sese ad iter apparante, advenit quidam eques, ex celerissimo cursu, ut videbatur, anhelans ipse, ac sudore manantem equum ægre sustinens: et cum quiddam seorsim Bagoæ dixisset, quiescebat. Ille autem, aliquamdiu lumi defixo vultu et quasi cogitatione ea quæ dicta fuerant expenderet, Hospites, inquit, adeste animo: pœnas vobis dedit hostis: mortua est Arsace, laqueo se suspendens, postquam vos discessisse nobiscum audivit, et necessariam mortem

ἡμῖν ἔξουδον ἐπέυθετο καὶ τὸν ἐξ ἀνάγκης θάνατον αὐθαι-
 ρέτως προὔλαθεν, οὐκ ἂν διαδράσσατα τὴν ἐξ Ὀροον-
 δάτου καὶ βασιλείως τιμωρίαν, ἀλλ' ἢ σφαγεῖσα, ἢ τῷ
 λειπομένῳ τοῦ βίου πάντως ἂν ἀσχημονούσα. Ταυτὶ
 γὰρ φράζει καὶ ἐπιστέλλει διὰ τοῦ νῦν ἤκοντος Εὐ-
 5 φράτης. Ὡστε θαρσεῖτε πλέον καὶ θυμὸν ἔχετε ἀγα-
 θόν, αὐτοὶ μὲν οὐδὲν ἡδικηκότες, ὡς ἀκριβῶς ἔγνω-
 ν, τὴν δ' ἀδικήσασαν ἐκποδὼν ἔχοντες. Ταῦτ' ἔλεγεν
 ὁ Βαγιάς παραστησάμενος, ἀλλὰ ψελλιζόμενος τὴν
 10 Ἑλλάδα φωνὴν καὶ παράσημα τὰ πολλὰ ἐπισύρου-
 ἔλεγε δ' ἅμα μὲν καὶ αὐτὸς χαίρων, τὸ ἀκόλαστον τῆς
 Ἀρσάκης καὶ τυραννικὸν ζώσης βαρυνόμενος, ἅμα δὲ
 τοὺς νέους ἐπιρρωννύς τε καὶ παρηγορούμενος, ἐλπίζων,
 ὅπερ ἦν, ἐπὶ μέγα παρὰ τῷ Ὀροονδάτῃ καὶ λαμπρῶς
 15 εὐδοκίμησεν, εἰ περισσείει αὐτῷ νεανίαν τε, πᾶσαν
 τὴν ἄλλην τοῦ σατράπου διακονίαν ἐπισκιάσοντα καὶ
 κόρην ἀπρόσμαχόν τε τὸ κάλλος καὶ εἰς γυναῖκα, μετ'
 Ἀρσάκην ἀπελθοῦσαν, ἐσομένην. Ἐχαιρον δὲ καὶ οἱ
 περὶ τὸν Θεαγένην τῇ ἀκοῇ, θεοῦ τε μεγάλους καὶ
 20 δίκην ἀνακαλοῦντες, οὐδὲν ἐτι πείσεσθαι δεῖνδον ὑπετί-
 θεντο, κἂν εἰ τὰ χαλεπώτατα διαδέχοιτο, τῆς ἐχθίστης
 κειμένης. Οὕτως ἄρα ἡδύ τι καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι,
 ὅταν συμβαίη τοῖς ἐχθροῖς ἐπαπόλλυσθαι. Δείλης
 οὖν ὀψίας ἤδη πρὸς τὸ εὐπνοῦστερον ἀναχομένης καὶ
 25 πρὸς τὸ βᾶσιμον τὴν ὀδοπορίαν ἐπιψυχούσης, ἄραντες
 ἤλαυνον, αὐτὴν τε τὴν ἐσπέραν καὶ τὴν συνεχῆ νύκτα
 καὶ τῆς συναπτομένης ἡμέρας τὰ ὄρθρια, σπουδῆν
 ποιούμενοι κατὰ τὰς Θήβας τὸν Ὀροονδάτην εἰ δύ-
 ναιτο καταλαθεῖν. Οὐ μὲν προὔχρωι γ' αὐτοῖς.
 30 ἀλλὰ τινος τῶν ἀπὸ τῆς στρατιᾶς καθ' ὄδον ἐντυχόντος
 καὶ ὡς ἐξωρμήκοι μὲν τῶν Θηβῶν ὁ σατράπης ἀπαγ-
 γελαντος, αὐτὸς δ' ἀποσταλείη πάντα στρατιωτῆν
 ἔνοπλον, καὶ εἰ πρὸς φρουρὰν εἴη καταλελειμμένος,
 ἐπιπνεῦσαι πρὸς τὴν Συήνην κατεπειζῶν, ἐμπεπλη-
 35 σθαι γὰρ ἅπαντα θυρόβου καὶ δέος εἶναι τὴν πόλιν
 ἡλωκέναι, τοῦ μὲν σατράπου καθυστεροῦντος, τοῦ
 δ' Αἰθιοπικοῦ στρατοῦ θᾶττον ἀκοῆς ἐπιβρίσαντος,
 ἐκτραπεῖς τῶν Θηβῶν ὁ Βαγιάς ἐπὶ τὴν Συήνην
 ἤλαυνε.
 40 **ΙΓ'.** Ἦδη δὲ πλησιάζων, Αἰθιοπικῶ περιπίπτει
 λόγῳ καὶ πληθεὶ νεολαίας εὐσπλοσύης, οἱ προαπεστά-
 λησαν μὲν ὀπτηῖρές τ' ἐσόμοι, καὶ τὰσφαλὲς τῆς
 ὀδοπορίας τῇ παρὰ σφῶν ἀποπειρᾷ πρὸς τὴν ὄλην
 στρατιὰν βεβαιώσαντες, τότε δ' ὑπὸ νυκτός τε καὶ
 45 τῶν ἀπειρίας πορρουτέρῳ τῶν φίλων ἢ προσῆκον ἦν
 φθάνειν, ἀποσφαλέντες, κατὰ τινα τοῦ ποταμοῦ λόχμην
 ἐγκαταδύντες, αὐτοῖς θ' ἅμα εἰς φρουρὰν καὶ τοῖς ἐναν-
 τίοις εἰς ἐνέδραν, ἄπνοι τὴν λόχμην ἐπετείχιζον.
 Ἄρτι δ' ἡμέρας ὑποφαινούσης τὸν Βαγιάαν καὶ τὴν
 50 σὺν αὐτῷ ἵππον αἰσθόμενοι παριόντα καὶ τὸ πλῆθος
 ὡς ὀλίγοι διοπτεύσαντες, μικρόν τε παραδραμεῖν ἐν-
 δόντες καὶ ὅτι ἄλλοι μὲν ἐφέπειντο ἀκριβῶσαντες,
 ἀθρόον τοῦ ἔλους μετὰ βοῆς ἐκδύντες μετέθεον. Ὁ δὲ
 Βαγιάας καὶ τὸ ἄλλο ἵππικὸν ὑπὸ τῆς ἀπροσδοκίτου

HELIODORUS.

spontanea antevertit. Nam non effugisset ab Oroondate
 et a rege supplicium, sed aut interfecta fuisset, aut in
 reliqua vita perpetua ignominiae nota haudquaquam ca-
 ruisset. Nunc autem haec significat et nuntiat Euphrates.
 Quare confidite et bono este animo, cum nulla injuria ut
 exacte cognovi quemquam lacessiveritis, ea vero, quae
 vos injuria affectit, sublata sit. Haec dicebat Bagoas ad-
 stans, non recte quidem pronuntians linguam Graecam et
 multa adulterina parum apte coagmentans : dicebat tamen,
 cum ipse gaudens, propterea quod protervitatem Arsaces
 tyrannice viventis graviter tulisset; tum etiam juvenes
 confirmans et consolans. Sperabat enim, quod revera
 ita se habebat, se apud Oroondate in magno et amplo
 honore fore, si servasset ipsi adolescentem incolumem,
 qui omnem aliam turbam ab obsequiis adumbraturus esset,
 ac puellam invicta forma, uxorem illius post Arsaces mor-
 tem futuram. Gaudebant et Theagenes cum Chariclea
 illo nuntio, deos magnos et justitiam invocantes. Neque
 se quidquam acerbi passuros esse deinceps, etiamsi asper-
 rima fortuna illos exceperisset, arbitrabantur, inimicissima
 illis jacente. Sic omnino suave quid est vel perire,
 dummodo inimicorum internecone pereundum sit. Cum
 autem jam crepusculum ad leniorem flatum diffunderetur
 et ad projectionem commoditate aurae invitaret, profecti
 inde, iter habebant illa ipsa vespera et continua nocte et
 sequentis diei matutino tempore, accelerantes, ut Thebis
 Oroondate, si fieri posset, deprehenderent. Ceterum illis
 non successit. Sed cum quidam ex exercitu fuisset illis
 obviam et quod Thebis egressus esset satrapa nuntiasset,
 quodque ipse missus esset, ut omnes milites armatos,
 etiam si qui essent in praesidiis relictis, cogeret, et ut
 Syenen accelerarent hortaretur; omnia enim plena esse
 tumultu et metuendum ne urbs sit capta, satrapa quidem
 tardius veniente, Aethiopico autem exercitu tanta celeri-
 tate ad vim inferendam uso, ut nuntii famam adventu
 praeverterit : deflectens de itinere Thebas instituto Bagoas,
 Syenen proficiscibatur.

XVI. Jam autem appropinquans, in Aethiopicas insi-
 dias et manum juvenum armatorum incidit, qui missi
 fuerant, ut essent speculatores et securitatem itineris toti
 exercitui explorando praestarent, tunc vero propter noctem
 et inscitiam locorum cum a suis remotius quam oportebat
 aberassent, quosdam vepres ad fluvium subeuntes, simul
 et sibi praesidii et hostibus insidiarum faciendarum causa,
 insomnes ad illam veprium quasi munitionem excubabant.
 Primo itaque diluculo cum sensissent Bagoam et equites cum
 ipso praeterire, et quod pauci essent dispexissent, paullu-
 lumque eos praeterequitare sivissent et nullos alios subse-
 qui certo cognovissent, subito ex palude cum clamore
 egressi, eos insequabantur. Bagoas autem et reliquus
 equitatus, cum inopinato clamore percussi sunt, tum ut

βοῆς, πτώϊας ἐμπέπληστο καὶ ἀπὸ τῆς χροαῖς Αἰθίο-
 πας εἶναι τοὺς φανέντας γνωρίζαντες καὶ τὸ πλῆθος
 ὡς ἀπρόσμαχον ἰδόντες, (χίλιοι γὰρ εἰς τὴν κατασκο-
 πὴν ὠπλισμένοι κούφως ἐστάλησαν) οὐδ' ἀκριβῶς τὴν
 5 θῆαν ἀνασχομένοι, πρὸς φυγὴν ὤρμησαν, σχολαίτερον
 τὰ πρῶτα, ἢ ὅσον ἠδύναντο καὶ ὥστε μὴ προϋπτον
 δρασμὸν ἐμφαίνειν ἀπίοντες. Οἱ δ' ἐπεδίωκον, τοὺς
 ὅσοι Τρωγλοδῦται σφῶν (ἦσαν δ' εἰς διακοσίους) προ-
 τέρους ἐπαφέντες. Τρωγλοδῦται δὲ μοῖρα μὲν ἐστὶν
 10 Αἰθιοπικὴ, νομαδικὴ τε καὶ Ἀράβων ὁμορος, δρόμου
 τ' ἐξύτητα φύσει τ' εὐτυχοῦντες καὶ ἐκ παίδων ἀσχοῦν-
 τες. Τὴν μὲν βαρεῖαν ὅπλιαν οὐδ' ἀρχῆν ἐδιδάχθη-
 σαν, ἀπὸ σφενδόνης δὲ κατὰ τὰς μάχας ἀκροβολιζό-
 15 μενοι, ἢ δρωσί τι πρὸς δεξιὸν τοὺς ἀντισταμένους, ἢ κα-
 θυπερτέρους αἰσθόμενοι διαδιδράσκουσιν. Οἱ δὲ ἀπο-
 γιγνώσκουσιν αὐτίκα τὴν ἐπιδίωξιν, ἐπτερωμένους τῆ
 ποδωκίᾳ συνειδότες καὶ εἰς ὅπας τινὰς βραχυστόμους
 καὶ χηραμούς κρυφίους πετρῶν καταδυομένους. Οὗτοι
 δ' οὐν τότε πεζοὶ τοὺς ἵππεας ἐφθανον καὶ τινὰς τραυ-
 20 ματίας γενέσθαι σφενδονῶντες ἴσχυσαν. Οὐ μὴν ἐδέ-
 ξαντό γ' ἀνεφορμήσαντας, ἀλλὰ προτροπάδην εἰς τοὺς
 ἀπολειφθέντας τῶν φίλων πολὺ καθυστεροῦντας ἀπε-
 δίδρασκον. Ὁ δὲ καὶ σκοπήσαντες οἱ Πέρσαι καὶ
 τῆς ὀλιγοτήτος ὑπεριδόντες, τὴν ἀνεφορμήσιν ἐκθαρ-
 25 σήσαντες, ἀποσκευασάμενοί τ' εἰς βραχὺ τοὺς ἐγχει-
 μένους, τὸν δρασμὸν αὐτοῖς ἐπέσπευδον, τοῖς τε μύωμι
 τοὺς ἵππους ἐρεθίζοντες καὶ δυνάμεως ὅσον ἦν καὶ τά-
 χους, ἀνέτοις τοῖς χαλινῶς ἐφιέντες. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι
 διαδιδράσκουσιν, ἐλιγμόν τινα τοῦ Νεῖλου καθάπερ
 30 ἄχραν ὑποδραμόντες καὶ τῷ προβόλῳ τῆς ὄχθης (τὴν
 θέαν) τῶν ἐναντίων ἀποκρούσαντες. Ὁ δὲ Βαγῶας
 ἀλίσκεται προσπαίσαντι τῷ ἵππῳ συγκατανεχθεὶς καὶ
 θάτερον τοῖν σκελοῖν εἰς τὰκίνητον πηρωθεὶς· ἀλίσκον-
 35 ται δὲ (καὶ) Θεαγένης καὶ Χαρίκλεια, τὸ μὲν τι τὸν
 Βαγῶαν ἐγκαταλιπεῖν οὐκ ἐνεγκόντες, ἄνδρα φιλάν-
 θρωπον περὶ αὐτοὺς καὶ ὀφθέντα καὶ ἐπισθέντα. Πα-
 ρειστήχεσαν γοῦν ἀποβάντες τῶν ἵππων, ἴσως (οὐκ)
 ἂν [καὶ] διαφυγόντες, πλέον δ' ἐκόντες ὑποκατακλινό-
 40 μενοι, τοῦ Θεαγένους πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, τοῦτ'
 ἐκεῖν' εἶναι τὸ ὄναρ εἰπόντος καὶ τοὺς Αἰθίοπας τού-
 τους, ὧν εἰς τὴν γῆν ἀφικέσθαι πεπρωμένον εἶναι ἡμῶν
 αἰχμαλώτους ἀλόντας. Καλὸν οὖν ἐγγεῖριζειν αὐτοὺς
 καὶ ἐπιτρέπειν ἀδηλοτέρα τύχη τοῦ προδήλου παρὰ
 Ὁροονδάτῃ κινδύνου.

45 **ΙΖ'.** Καὶ ἡ Χαρίκλεια συνίει μὲν λοιπὸν ὑπὸ τῶν
 εἰμαρμένων χειραγωγουμένη καὶ εὐέλπεις ἦν τῶν βελ-
 τιόνων, φίλους μᾶλλον ἢ πολεμίους τοὺς ἐπίοντας ὑπο-
 τιθεμένη. Φράζουσα δ' οὐδὲν τῷ Θεαγένει τῶν νοου-
 μένων, ὑπὸ μόνῃς πείθεσθαι τῆς συμβουλῆς ἐνεδείκ-
 50 νυτο. Πλησιάζαντες οὖν οἱ Αἰθίοπες καὶ τὸν μὲν
 Βαγῶαν εὐνοῦχον καὶ ἀπόλεμον ἐκ τῶν ὄψεων γνωρί-
 σαντες, τοὺς δ' ἀόπλους μὲν καὶ δεσμώτας κάλλει δὲ
 καὶ εὐγενείᾳ διαπρέποντας, ἡρώτων οἱ τινες εἶεν, Αἰ-
 γυπτίον τ' ἀπὸ σφῶν ἓνα [τὸν] καὶ περσίζοντα τὴν

ex colore Æthiopes esse eos qui erupissent cognoverunt,
 et multitudini neutiquam se resistere posse viderunt,
 (mille enim fuerant ad explorandum missi, leviter armati)
 ne exacte quidem adspicuum illorum sustinentes, fugam
 fecerunt: lentius quidem initio, quam potuissent, et ita,
 ut non præcepit et effusa fuga videretur, discedentes. Hi
 autem insequabantur, primos emittentes eos, qui inter
 ipsos Troglodytæ fuerant circiter ducenti. Troglodytæ
 autem sunt natio Æthiopica, pascnis dedita et Arabibus
 contermina, qui pernicitatem eximiam et a natura conse-
 quantur et a pueritia exercent. Ad gravem quidem
 armaturam prorsus non sunt assuefacti: ceterum funda in
 preliis jacentes, aut impressione facta, detrimento aliquo
 afficiunt resistentes, aut sistentes, aut si senserunt eos
 esse superiores, refugiant. At illi statim omnem spem
 insequendi abjiciunt, valere illos pedum celeritate, et
 quasdam cavernas angusti aditus et latebras occultas saxo-
 rum subire, scientes. Hi igitur tum pedibus equites asse-
 quebantur et fundis jacientes quosdam vulnerabant; ve-
 rum ita conversorum impetum non exceperunt, sed
 celerrime ad suos longo spatio a tergo relictos refugiebant.
 Quo animadverso Persæ et contempta paucitate, ausi sunt
 acie conversa in illos impetum facere: et pulsus paullulum
 iis, qui instabant, rursus fugam accelerabant, calcaribus
 equos concitantes, et quantum illis erat virium et celeri-
 tatis, laxatis habenis omne id effundentes. Alii igitur
 effugiant, sub verticem quemdam Nili, tanquam arcem,
 cursu sese conjicientes, et tegmento ripæ, ne ab hostibus
 conspici possent, sese abscondentes. Bagoas autem cap-
 titur, cum equo offendente collapsus, altero crure, ut
 movere illud non posset, luxato. Capiuntur quoque Thea-
 genes et Chariclea, partim relinquere Bagoam indignum
 judicantes, cuius viri benevolentiam erga se jam per-
 spexerant, atque in posterum sperabant: eamque ob causam
 adstiterunt illi, desilientes de equis; partim effugere ne-
 queunt, vel magis etiam sponte se in illorum potestatem
 dedentes; Theagene ad Charicleam, Hoc illud esse som-
 nium, dicente et Æthiopes hos, in quorum terram nos
 captivos perventuros esse fati destinatum est. Consultum
 est igitur, dedere nos ipsis et committere potius incertæ
 fortunæ quam certo apud Oroondatem periculo.

XVII. Et Chariclea quidem reliquum intelligebat, cum
 in rem ipsam serie quadam fatali quasi manu duceretur:
 et melioris fortunæ spem concipiebat, amicos magis, quam
 hostes, qui advenirent, existimans; attamen nihil dicens
 Theageni eorum, quæ cogitabat, se assentiri illius senti-
 entię tantum significabat. Cum igitur appropinquasset
 illis Æthiopes et Bagoas quidem eunuchum esse et igna-
 vum de facie cognovissent, hos vero inermes et victos,
 forma et proceritate insignes viderent, quærebant quinam
 essent; Ægyptio quodam ex suorum numero, et altero.

φωνῆν εἰς τὴν πεῦσιν καθέντες, ὡς ἡ ἀμφοτέρων ἢ θα-
 σέρου πάντως συνήσουτας. Οἱ γὰρ ὀπτηῖρές τε καὶ
 σκοποὶ λεγομένον τε καὶ πραττομένων ἀποσταλέντες,
 δημογλώσσους τε καὶ δημοφώνους τοῖς τ' ἐγγυρίοις καὶ
 5 πολεμίοις ἐπάγεσθαι ὑπὸ τῆς χρείας ἐδιδάχθησαν. Ὡς
 οὖν ὁ Θεαγένης ὑπὸ τε συνδιατητήσεως ἤδη μακρὰς τῆς
 Αἰγυπτίας καὶ βραχείας τῆς πεύσεως, τὰ πρῶτα εἶναι
 τοῦ σατράπου Περσῶν Βαγῶαν ἀπεκρίνατο, αὐτὸν δὲ
 καὶ τὴν Χαρίκλειαν, Ἑλληνας τὸ γένος, Πέρσαις μὲν
 10 πρότερον αἰχμαλώτους ἀγομένους, τὸ παρὸν δ' Αἰθίοφιν
 ὑπὸ χρηστοτέρας ἴσως τύχης ἐγχειριζομένους, ἔγνωσαν
 φεῖδεσθαι καὶ ζωγραῖτα λαβόντες ἄγειν καὶ ὡς πρῶτην
 ἄγραν καὶ μεγίστην βασιλεῖ τῶ σφῶν προσάγειν, τῶν
 μὲν κτημάτων τοῦ σατράπου τὸ τιμιώτατον. Περσῶν
 15 γὰρ βασιλείαις αὐλαῖς ὀφθαλμοὶ καὶ ἄκοαι τὸ εὐνούχων
 γένος, οὐ παίδων, οὐ συγγενείας, τὸ πιστὸν τῆς εὐνοίας
 μετασπάσης ἀλλὰ μόνου τοῦ πιστεύσαντος ἀναρτώσης.
 Τοὺς δὲ νέους δῶρον τὸ κάλλιστον διακονία καὶ αὐλῆ
 τῆ τοῦ βασιλέως ἔσομένους. Ἦγον οὖν αὐτίκα τῶν
 20 ἵππων ἐπιβιβάσαντες, τὸν μὲν ὡς τραυματίαν, τοὺς
 δ' ὡς ὑπὸ τῶν δεσμῶν εἰς τὸ ἐπιστεῦδον τῆς πορείας
 ἱστοαχεῖν ἀδυνατοῦντας. Καὶ ἦν ὥσπερ ἐν δράματι
 προαναφώνησις καὶ προεισόδιον τὸ γιγνόμενον. Ξένοι
 καὶ δεσμῶται τὴν σφαγὴν ὀλίγω πρόσθεν τὴν αὐτῶν ἐν
 25 ὀφθαλμοῖς ταλαντεύσαντες, οὐκ ἤγοντο πλέον ἢ προε-
 πέμποντο, ἐν αἰχμαλώτῳ τύχῃ πρὸς τῶν ὀλίγω ὑστε-
 ρον ὑπηκόων δορυφορούμενοι. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις
 ἦσαν.

ΛΟΓΟΣ ΕΝΝΑΤΟΣ.

Α'. Ἡ δὲ Συήνη λαμπρῶς ἤδη πολιορκία περιεστοί-
 30 χιστο καὶ ὥσπερ ἄρκυσιν ἐναπειληπτο τοῖς Αἰθίοφιν.
 Ὁ μὲν γὰρ Ὅροονδάτης ὅσον οὐπω πλησιάζειν τοὺς
 Αἰθίοπας αἰσθόμενος καὶ τοὺς Καταράκτας υπερθεμέ-
 νους ἐπὶ τὴν Συήνην ἐλαύνειν, ὀλίγον ἔφη προεισελά-
 35 σας εἰς τὸ ἄστυ καὶ τὰς τε πύλας ἐπικλεισάμενος καὶ
 τὰ τεῖχη βέλεσι καὶ ὄπλοις καὶ μηχανήμασι φραζά-
 μενος, ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. Ὁ δὲ τῶν Αἰθίο-
 πων βασιλεὺς Ὑδάσπης, ἐπειδὴ πόρρωθεν εἰσελαύνειν
 μέλλοντας εἰς τὴν Συήνην τοὺς Πέρσας προκατοπ-
 τεύσας, εἴτ' ἐπιδιώξας ὥστε φθῆναι συμβαλὼν κα-
 40 θυστέρησεν, ἐπαφῆκε τῇ πόλει τὸν στρατὸν καὶ εἰς
 κύκλον τῶ τείχει περιχέας, ἀπρόσμαχον καὶ μόνῃ τῇ
 θεᾷ προσεκάθητο, μυριάσι ἀπείροις ἀνδρῶν ἰμοῦ καὶ
 δαπλῶν καὶ ζῶων τὰ Συηναίων πεδία στενοχωρῶν. Ἐνθα
 καταλαβόντες αὐτὸν οἱ κατάσκοποι τοὺς ἄλόντας προσ-
 45 ἦγον. Ὁ δ' ἤδετο μὲν καὶ τῇ ὄψει τῶν νέων, εὐμε-
 νῆς αὐτόθεν πρὸς τὰ ἴδια, καὶ οὐκ εἰδὼς, ὑπὸ τοῦ
 μαντευτοῦ τῆς ψυχῆς γενόμενος, ἐγάννυτο δὲ πλέον τῶ
 συμβόλῳ δεσμῶν προσαγομένων. Καὶ, Εὐγε, ἀνε-
 βόησε, δεσμῖους ἡμῖν οἱ θεοὶ τοὺς πολεμίους ἐκ τῶν

qui Persicam linguam callebat, ad percunctandum adhi-
 bito, tanquam aut utrumque aut alterum certe intelle-
 cturis. Etenim speculatores et exploratores ad ea quæ
 fiunt et dicuntur cognoscenda missi, ut ejusdem linguæ
 et sermonis peritos qua indigenæ et hostes utuntur secum
 5 ducant, necessitate sunt edocti. Postquam igitur Thea-
 genes longo usu linguæ, ad Ægyptiam et brevem in-
 terrogationem, respondit, Bagoam esse præcipuum ab
 obsequiis Persarum satrapæ, se autem et Charicleam
 natione Græcos, a Persis quidem primum captos, nunc
 autem Æthiopicibus, fortasse ductu melioris fortunæ, oblatos
 et traditos : statuerunt illis parcere, et captivos abducere,
 ut ita primam quasi prædam et maximam regi suo offer-
 rent, pretiosissimum quiddam ex facultatibus satrapæ.
 Persarum enim regis aulis oculi sunt et aures eunucho-
 rum genus : qui cum neque liberos neque cognatos habeant,
 quibus eorum animi devincti esse possint, pendent ex eo
 solo, qui se illis credit. Juvenes autem donum pul-
 cherrimum, ad obsequium regis, et ornamentum aulae
 futuros existimabant. Deducebant igitur eos statim equis
 impositis, illum quidem ut saucium, hos vero tanquam
 vinculis impeditos, festinationi itineris celeritate non fu-
 turos pares. Et erat tanquam in actione fabulæ prologus
 id, quod fiebat. Peregrini et captivi, qui paullo ante
 suspensi tenebantur metu cædis ob oculos versantis, non
 ducebantur amplius, sed deducebantur, in captiva fortuna,
 caterva eorum, qui illis subditi paullo post futuri erant,
 stipati. Et hi quidem in tali statu erant.

LIBER NONUS.

I. Syene autem jam prorsus obsidione cincta fuerat et
 tanquam retibus copiis Æthiopum conclusa. Oroondates
 enim, cum propemodum accedere Æthiopes sensisset et
 onmissis Cataractis ad Syenen infestis signis contendere :
 paullulum illos antevertens, ingressus fuit urbem et clau-
 sis portis et in muris missilibus et armis, et machinis dis-
 positis, exspectabat id quod futurum erat. Rex autem
 Æthiopum Hydaspes, cum procul adhuc Persas Syenen
 esse ingressuros per exploratores cognovisset, atque adeo
 ea spe, quod illos antevertere posset, in insequendo acce-
 lerasset, nihilominus tamen tardius affuisset, exercitum
 admovit ad urbem, et in orbem muro circumfundens, sine
 ullo prælio, tantum quasi in spectaculo assidebat, sexcen-
 tis myriadibus tam virorum et armorum quam animalium
 Syensium campos complens et in angustum redigens.
 Atque ibi illum speculatores deprehendentes, captivos
 adducebant. Ille autem cum delectatus est aspectu ju-
 venum, jam inde benevolentia suos, quamquam nescius,
 animi præsagio quodam complectens : tum lætus accepit
 omen illud victorum adductorum et Euge, exclamavit,
 victos nobis dii hostes ex initiis spoliolum tradunt. Atque

πρωτολειών παραδιδάσι. Καὶ οὗτοι μὲν, ἔφη, πρῶ-
 10 τοι ληφθέντες, εἰς ἀπαρχὴν τοῦ πολέμου σωζέσθωσαν
 κατὰ τὰς ἐπινικίους θυσίας, ὡς ὁ πάτριος [Αἰθιοπῶν]
 βούλεται νόμος, θεοῖς τοῖς ἐγγχωρίοις εἰς ἱεροουργίαν
 6 φυλαχθησόμενοι. Τούτους δὲ κατασκόπους ὄωροις ἀμει-
 ψάμενος, τούτους τε καὶ τοὺς αἰχμαλώτους εἰς τοὺς
 σκευοφόρους ἀπέπεμψε, μοῖραν αὐτάρχη τῶν ὁμογλώσ-
 15 σων εἰς τὴν φρουρὰν ἀποκληρώσας, τὰ τ' ἄλλα σὺν
 ἐπιμελείᾳ τῇ πάσῃ διάγειν καὶ δίαιταν ἄφθονον παρέ-
 χειν καὶ παντὸς ἄγους καθαρεύοντας φυλάττειν, ὅσον
 ἱερεῖά τινα ἤδη τρεφομένους ἐπιστείλαι καὶ τὰ δεσμὰ
 τ' ἀμείβειν καὶ χρυσᾶ ἐπιβάλλειν. Ὅσα γὰρ σίδηρος
 παρ' ἄλλοις εἰς τὰς χρεῖας, ταῦτα παρ' Αἰθίοφιν ὁ
 χρυσὸς νομίζεται.

15 Β'. Καὶ οἱ μὲν τὰ προστεταχμένα ἔπραττον καὶ ὡς
 τῶν προτέρων δεσμῶν παραλύοντες, ἐλπῖδα τε διαγω-
 γῆς ἐλευθέρως παραστήσαντες, πλέον παρείχον οὐδὲν,
 χρυσᾶς τὰς ἀλύσεις αὐθις ἐνειρόντες, τότε ἤδη γέλωσ
 20 ἐπήει τῷ Θεαγένει καὶ Βαβαί τῆς λαμπρᾶς, ἔφη, με-
 ταβολῆς. Ταῦθ' ἡμᾶς ἡ τύχη τὰ μεγάλα φιλανθρω-
 πεύεται, χρυσᾶ σιδηρῶν ἀμείβομεν· καὶ φρουρὰν πλου-
 τοῦντες ἐντιμότεροι δεσμῶνται ἐγεγόναμεν. Ἐμειοῖα
 25 δὲ καὶ ἡ Χαρίκλεια καὶ τὸν Θεαγένην μεταβάλλειν
 ἐπειρᾶτο τοῖς ἐκ θεῶν προρρηθείσι ἐπανέχουσα καὶ
 26 χρυσοτέραις ἐλπίσι κατεπέδουσα. Ὁ δ' Ὑδάσπης
 ἐπειδὴ τῇ Συήνῃ προσβαλὼν, αὐτοβοαί τε καὶ τείχεσιν
 αὐτοῖς ἀναρπάσασθαι τὴν πόλιν ἐλπίσας, εἰς μικρὸν
 ἀπεκρούσθη πρὸς τῶν ὑπερμαχούντων, ἔργῳ τε λαμ-
 30 πρῶς ἀμυναμένον καὶ λόγοις εἰς ὕβριν καὶ παροξυσμὸν
 ἐπιγλευσάντων, ὄργῃν τὸ πρᾶγμα ποιησάμενος, εἰ τὴν
 ἀρχὴν ὀλιως ἀντιστήναι διενόηθησαν, ἀλλὰ μὴ παρὰ
 τὴν πρῶτην ἔκοντι φέροντες αὐτοὺς ἐνεχείρισαν, ἔγνω
 μὴ χρονοτριβεῖν τὸν στρατὸν προσαυθήμενος, μὴ
 35 ἐλεπόσειν ἀποπειρούμενος, ἐξ ὧν οἱ μὲν ἀλώσεσθαι, οἱ
 δὲ που καὶ διαδράσεσθαι ἐμελλον, ἀλλὰ πολιορκίᾳ με-
 γαλοῦργῳ καὶ ἀφύκτῳ τὴν πόλιν εἰς ἄρδην καὶ θᾶττον
 ἐξελείν.

Γ'. Ἐπραττε δὴ οὖν οὕτως. Εἰς μοίρας κατανέμει
 τοῦ τείχους τὸν κύκλον καὶ δεκάδα ὀργυιῶν δεκάσιν
 40 ἀνδρῶν ἀποκληρώσας, εὖρος τε καὶ βάθος ὡς ὅτι πλεῖστον
 ἀφορίας ὀρῦνται εἰς τάφρον ἐκέλευσεν. Οἱ δ'
 ὄρυττον, ἄλλοι τὸν χῶν ἐξεφόρουσαν, ἕτεροι εἰς ὄφρῶν
 πρὸς ὕψος ἐσώρευον, τῷ πολιορκουμένῳ τείχεος ἕτερον
 ἀντεγείροντες. Ἐχώλυε δ' οὐδεὶς, οὐδ' ἐνίστατο πρὸς
 45 τὴν ἀποτείχισιν, ἐκδραμεῖν τε τῆς πόλεως ἐπὶ μυριο-
 πληθῇ στρατὸν οὐ θαροῦν καὶ τὰς ἐκ τῶν ἐπάλλεων
 τοξείας ἀνηγνούς δρῶν. Ὁ γὰρ Ὑδάσπης καὶ τούτου
 προὔνοησε, τὸ μεσεῦον τῶν δύο τειχῶν, ὅσον βολῆς
 50 ἐκτὸς εἶναι τοὺς ἐργασομένους συμμετρησάμενος. Ἐπεὶ
 δὲ τοῦτο καὶ λόγου θᾶττον ἤνυσεν, αἵτε δὴ μυρίας αὐτῷ
 χειρὸς τὸ ἔργον ἐπισπευδούσης, ἑτέρου τοιοῦδε ἤρ-
 χετο. Τοῦ κύκλου μέρος, πλάτος ὅσον ἡμίπλευρον,
 ἰσόπεδόν τε καὶ ἄχρωστον διαλιπὼν, κατὰ τὴν ἀπολη-
 γουσαν ἐκατέρωθεν ἄκραν σκέλος ἐκ χώματος ἐπιζευγ-

hi quidem, inquit, cum primi sint capti, ad primitias belli
 serventur, incolumes in eum finem ut in sacrificiis trium-
 phalibus sicut recepta moribus et institutis lex postulat,
 victimæ fiant diis patriis, custodiendi. Speculatores autem
 donis remuneratus, hos ipsos et captivos ad impedi-
 menta remittebat, præsidio firmo ejusdem linguæ perito-
 rum attributo et datis mandatis, cum ut omnis cura et
 diligentia in illorum rationibus adhiberetur et victus splen-
 didus illis suppeditaretur, atque ab omni contaminatione
 ac macula vacui tanquam victimæ quædam asservarentur,
 tum ut vincula permutarentur et aurea illis injicerentur.
 In quem enim usum apud alios ferrum, in eum apud
 Æthiopes aurum destinatur.

II. Et hi quidem ea quæ fuerant imperata faciebant.
 Cumque, prioribus vinculis demtis et spe libere vivendi
 rationis facta, nihil amplius præberent, et aureas catenas
 illis aptarent tunc et risus subiit Theagenem et Papæ, in-
 quit, unde tam splendida mutatio? Magnopere nobis pro-
 fecto fortuna blanditur: aurea cum ferreis permutamus et
 locupletes custodia redditi majoris pretii victi existimus.
 Arridebat quoque Chariclea, et Theagenem in aliam sen-
 tentiam traducere conabatur, tum his, quæ a diis prædicta
 fuerant, erigens, tum melioribus spebus delinens. Hy-
 daspes vero Syenen aggressus, cum antea statim se cum
 muris ipsi urbem direpturum sperasset, tum autem pro-
 pemodum a propuguatoribus rejectus esset et re ipsa strenue
 impetum hostium propulsantibus et verbis ad contume-
 liam et irritandos animos illudentibus, ira commotus
 quod prorsus resistere decrevissent et non statim ab initio
 ultro se in illius potestatem dedidissent, statuit non terere
 tempus cum exercitu otiosa cunctatione, neque ejusmodi
 oppugnationes instituere, quibus quidam capi, quidam au-
 tem effugere, possent; sed obsidione magni operis et in-
 evitabili, urbem funditus quamprimum evertere.

III. Faciebat igitur tale opus. Circulum circa murum
 in portiones divisit et denas orgyias denis attribuens, lati-
 tudinemque et profunditatem maximam designans, fodere
 fossam jussit. Illi vero fodiebant, alii materiam effossam
 efferebant, alii tumulum in altum aggerebant, alterum
 murum contra eum qui obsidebatur excitantes. Nemo
 autem impediēbat opus, nec obsistebat, quo minus muri
 ambitus perficerentur, crumpere ex urbe propter ingentem
 exercitus multitudinem non audens et missilium usum ex
 propugnaculis inutile esse videns, cum medium interval-
 lum inter duos muros Hydaspes tantum ut fieret curasset,
 ut extra teli jactum essent ii qui operas faciebant. Post-
 quam autem et hoc dicto citius perfecit, utpote ingenti-
 bus copiis operi celeriter instantibus, aliud tale incipiebat.
 Parte circuli latitudine semiplethri, plana et non accumu-
 lata relicta, desinenti ex utraque parte extremitati crus

νός, ἐπὶ τὸν Νεῖλον εἰς μῆκος ἦγεν, ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων αἰετῶν πρὸς τὰ ὄρθια καὶ μετέωρα σκέλος ἐκάτερον προβιβάζων. Εἶκασεν ἄν τις μακροῖς τείχεσι τὸ γιγνόμενον, τοῦ μὲν ἡμιπλήθρου τὸ ἴσον πλάτος διόλου φυλάττοντος, μῆκος δὲ τὸ μεταξὺ τοῦ τε Νεῖλου καὶ τῆς Συήνης ἀπολαμβάνοντος. Ἐπει δὲ συνῆψε τὸ χῶμα ταῖς ὄχθαις, ἐνταῦθα στόμιον τῷ ποταμῷ διατεμόν, εἰς τὸν ἀπὸ τῶν σκελῶν δλκὸν ἀπορορῆν εἰσωχέτευσεν. Οἷα δ' ἐξ ὑπερδεξιῶν πρὸς χθαμαλώτερον καὶ ἐξ ἀπέριου τῆς κατὰ τὸν Νεῖλον εὐρύτητος στενωῖ πορθμῷ τὸ ὕδωρ ἐμπύπτον καὶ ταῖς χειροποιήτοις ὄχθαις θλιβόμενον, πολὺν τινα καὶ ἄφραστον κατὰ μὲν τὸ στόμιον φλοῖσθον, κατὰ δὲ τὸν δλκὸν ἐξάκουστον καὶ τοῖς πορρωτάτω πάταγον ἀπέτελει. Ἄπερ ἀκούοντες, ἤδη δὲ καὶ δρῶντες οἱ κατὰ τὴν Συήνην καὶ οἱ κακῶν ἦσαν συνιέντες καὶ ὡς ἐπικλυσμός ἐστιν ὁ σκοπὸς τοῦ περιτειγίσματος, οὗτ' ἀποδρᾶναι τὴν πόλιν ἔχοντες, ἅτε τοῦ χῶματος καὶ ἡδὴ πλησιάζοντος τοῦ ὕδατος τὴν ἔξοδον ἀποκλειόντων, οὗτε τὸ μὲν εἰν ἀκίνδυνον δρῶντες, ἐκ τῶν ἐνότων πρὸς βοήθειαν τὴν αὐτῶν παρεσκευάζοντο. Καὶ πρῶτον μὲν τῶν κατὰ τὰς πύλας σανιδωμάτων τὰ διεστώτα θρυαλλίδι τε καὶ ἀσφάλτῳ διέφραττον· ἔπειτα τὸ τεῖχος πρὸς ἀσφαλεστέραν ἔδραν διήρειδον, ὃ μὲν τις χῶμα, ὃ δὲ λίθους, ὃ δὲ ξύλα καὶ τὸ προστυγὸν ἕκαστος ἐπιφέρειν. Καὶ ἦν οὐδεὶς ἡσυχάζων, ἀλλ' ὁμοίως γυνή, παῖς καὶ πρεσβύτης ἔργου ἔρχετο. Γένος γὰρ οὐδὲν οὐδ' ἡλικίαν ὃ ὑπὲρ ψυχῆς δυσωπεῖται κίνδυνος. Οἱ δυνατώτεροι δὲ καὶ τὸ ἀκμαζόν ἐν ὄπλοις, αὐθιῶνά τινα στενόνοι τε καὶ ὑπόγειον ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ χῶμα τῶν πολεμίων διῆκνούντων, δρῦττειν ἀποκεκλήρωτο.

Δ'. Καὶ δὴ ἠνύετο τοῦργον ὧδε. Φρεατίαν τοῦ τείχους πλησίον εἰς ὄργυιαις πέντε τὴν κάθετον βαθύναντες καὶ τοὺς θεμελίους ὑποδραμόντες, ἐγκάρσιοι τὸν τεῦθεν ὑπὸ πυρσῶς ἐπ' εὐθείας τινὰ φέροντα τῶν χωμάτων ὑπόνομον ἐκολλαινον, τῶν κατόπιον αἰετῶν καὶ δευτέρων παρὰ τῶν προτέρων ἐν τάξει τὸν χῶρον διαδεχομένων καὶ εἰς τι μέρος τῆς πόλεως πάλαι κηπεύομενον ἐκφορούντων καὶ εἰς κολωνὸν ἐγειρόντων. Ταῦτα δ' ἔπραττον, βήξεως ἐνδόσιμον τῷ ὕδατι κατὰ τὸ κενόν, εἴ ποτ' ἐπέλθοι, προμηθεύομενοι. Ἄλλ' ὅμως ἐφθανε τὰ δεινὰ τὴν προθυμίαν· καὶ ὁ Νεῖλος ἤδη τὸ μακρὸν χῶμα παραμείψας, ἐπιφορὸς τῶν κατὰ τὸν κύκλον ἐνέπιπτε, καὶ πανταχόθεν περιρροεῖς, τὸ μεταίχιον τῶν τειχῶν ἐλίμναζε. Καὶ νῆσος αὐτίκα ἦν ἡ Συήνη καὶ περίρρυτος ἡ μεσόγειος τῷ Νειλῶν κλύδωνι κυματομένη. Καταρχὰς μὲν δὴ καὶ χρόνον τῆς ἡμέρας ἐπ' ὀλίγον ἀντεῖχε τὸ τεῖχος· ἐπειδὴ δ' ἐπιβρίσαν τὸ ὕδωρ εἰς ὕψος τ' ἤρετο καὶ διὰ τῶν ἀραιωμάτων τῆς γῆς, οἷς μέλαινα καὶ εὐγείος οὔσα πρὸς τῆς θερινῆς ὥρας κατέσχιστο, πρὸς τὰ βάθη κατεδύετο καὶ τὴν κρηπίδα τοῦ τείχους ὑπέτρεχε, τότε ἤδη πρὸς τὸ ἄχθος ἐνεδίδου τὸ ὑποκείμενον καὶ καθ' ὃ μέρος χανούμενον εἴζειν ἐνταῦθα τὸ τεῖχος ὠκλαζε καὶ τῷ σάλῳ τὸν κίν-

aggeris conjungens, ad Nilum in longitudinem ducebat, ab humiliori structura in altiore semper et magis arduam, crus utrumque erigens. Contulisset aliquis longis muris molis illius rationem, cum æqualem latitudinem semiplethri ubique servaret, longitudine vero id quod est inter Nilum et Syenen spatii occuparet. Postquam autem junxisset ripis aggerem, deinde ostium flumini aperiens in alveum cruribus interceptum deluentem aquam derivavit. Sicuti igitur ab editiori loco in declivem et ex immensa Nili latitudine in angustum sinum aqua incidens, manuque factis ripis cohibita, ingentem quemdam et ineffabilem cum ad ostium strepitum, tum sonitum in alveo ut vel ab iis qui longissime aberant exaudiri posset, edebat. Quod cum audirent jam et viderent hi qui erant Syenæ et in quanta mala incidissent intelligerent, quod videlicet illius circumvallationis eluvio scopus esset, neque eflugere ex urbe possent, aggere et aquæ affluxu exitum intercludente, neque manere tutum esse cernerent, ad opem ferendam sibi, quantum facultatis presentis status ratio dabat, sese apparabant. Inprimis autem, ubi tabulata circa portas discesserant stupa et bitumine obturabant: deinde murum, ut firmiori in sede maneret, suffulciebat; hic humum, ille lapides, nonnemo ligna et quilibet id quod obvium fuerat aggerens. Denique nemo quiescebat, sed et mulieres et pueri, perinde ac senes, in opus incumbabant. Nullius enim sexus, nec ætatis, opem repudiat periculum de vita. Robustiori autem ætati et vegetæ quæ in armis erat cuniculi cujusdam angustii et subterranei ab urbe ad hostium aggerem agendi negotium datum fuerat.

IV. Et quidem hac ratione opus perficiebatur. Puteum prope murum, fere quinque orgyiarum, recta instar perpendiculari profunditate cum effodisset et fundamenta subliissent, transversim deinceps, facibus accensis, recta ad aggeres ducentem cuniculum agebant, iis qui subsequerentur a tergo et posterioribus semper a prioribus justo ordine humum effossam recipientibus et in quamdam partem urbis jam pridem hortis occupatam efferentibus atque in tumultum aggerentibus. Hæc vero faciebant eo consilio, ut, si aqua ad locum illum terra vacuum pervenisset, ad perruptionem occasionem et aditum haberet. Sed tamen calamitas antevertebat civium promptitudinem Nilus enim, jam longum ductum aggeris transgressus, impetu in spatium circuli delabebatur, et undiquaque circumfluens, spatium inter muros interceptum quasi stagnum quoddam efficiebat. Atque ita continuo exsistebat insula Syene et mediterranea urbs circumflua, Nili fluctibus æstuans. Initio quidem et unius diei spatio suffecit sustinentæ moli murus. Ceterum postquam ingruens vis aquæ in altum attollebatur et per fissuras terræ, quæ cum nigra et pinguis esset æstivo tempore discesserat, in profundum penetrabat et fundamenta muri subibat, tum jam ponderi cedebat subjecta moles et qua parte ob mollietatem et laxitatem terra cessisset, ibi murus inclinabat et vacillatione periculum ruinæ de-

δυνον ἐπεσήμαινεν, ἐπάλλεζόν τε κραδαιομένον καὶ τῶν ὑπερμαχομένων τῷ βρασμῷ κλονουμένων.

Ε'. Ἦδη δ' ἐσπέρας ἐπιούσης, καὶ μέρος τι τοῦ τείχους καὶ μεταπύργιον κατερείπεται· οὐ μὴν ὥστε
 λυμένοι καὶ κατεστεμμένοι, κατηφῆς μὲν, οἷα εἰκὸς,
 30 οἱ ἄλλοι, ὁ Θεαγένης δ' ἐπ' ἔλαττον, ἡ Χαρίκλεια δὲ
 καὶ φαίδρῳ τῷ προσώπῳ καὶ μειδιῶντι, συνεχῆς τε καὶ
 ἀτενὲς εἰς τὴν Περσίαν ἀφορῶσα· ὥστε κακέινῃ πα-
 οῦσιν τι πρὸς τὴν ὄψιν καὶ βύθιον στενάξασαν, ᾧ ἄνερ,
 εἰπεῖν, οἶαν κόρην εἰς τὴν θυσίαν ἐπιλέξαι, οὐκ οἶδ'
 35 ἰδοῦσα τοιοῦτον κάλλος· ὡς δὲ καὶ εὐγενὲς τὸ βλέμμα·
 ὡς δὲ καὶ μεγαλόφρων πρὸς τὴν τύχην· ὡς δ' ἔλειπνῆ
 τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς; εἰ περιεῖναι συνέβαιεν
 ἡμῖν τὸ ἀπαξ μοι κυθῆν καὶ κακῶς ἀπολωλὸς θυγά-
 τριον, ἐν ἴσοις που ταύτῃ τοῖς ἔτεσιν ἐζητάζετο. Ἄλλ'
 40 εἶθε γε, ᾧ ἄνερ, ἐντῆν πῶς ἐξελέσθαι τὴν κόρην, πολλὴν
 ἂν ἔσχον παραψυχὴν, διακονουμένης μοι τοιαύτης.
 Ἴσως δέ που καὶ Ἑλληνίς ἐστιν ἡ ἀθλία, τὸ γὰρ πρό-
 σωπον οὐκ Αἰγυπτίας. Ἑλληνίς μὲν, ἔφη πρὸς αὐτὴν
 ὁ Ὑδάσπης καὶ πατέρων οὐδὲ λέξει τὸ παρόν. Δεῖξαι
 45 γὰρ οὐκ ἂν ἔχοι ποθέν· καίτοιγε ἐπήγγελτο. Ῥυσ-
 θῆναι γε μὴν τῆς θυσίας ἀδύνατον· καίτοιγ' ἐβουλόμην
 πεπονθῶς τι καὶ αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ κατελεῶν
 τὴν κόρην. Ἄλλ' οἶσθα ὡς ἄρρενα μὲν τῷ Ἡλίῳ,
 θήλειαν δὲ τῇ Σελήναίᾳ προσάγειν τε καὶ ἱεουργεῖν
 50 ὁ νόμος βούλεται. Ταύτης δὲ πρώτης αἰχμαλώτου
 μοι προσαχθείσης καὶ εἰς τὴν νῦν θυσίαν ἀποκληρω-
 θέσις, ἀπαραίτητος ἂν γένοιτο πρὸς τὸ πλῆθος ἢ ὑπέρ-
 θεσις. Ἐν μόνον ἂν βοηθῆσειεν, εἰ τῆς ἐσχάρας ἦν
 οἶσθα ἐπιβάσα, μὴ ἀγνεύουσά πως τῆς πρὸς ἄνδρα

reprimens, ac in medium spatium ab omni tumultu vacuum
 sacrificantibus conservans. Enimvero cum pauca praefatus
 esset ad populum Hydaspes et victoriam atque ea quae
 pro republica prospere gesta essent enuntiasset, ad sacri-
 ficium aggredi, iis ad quos rei divinae faciendae cura per-
 tinebat imperabat. Porro cum tres arae in altum erectae
 essent; ac duae quidem peculiariter Soli et Lunae conjun-
 ctim, tertia vero Bacchi in altera parte separatim collocata
 esset, huic quidem omnis generis animantia mactabant,
 propter pervulgatam vim, ut existimo, numinis et omnibus
 gratificantem, variis et multiplicibus hostiis eum placantes.
 In aliis vero, Soli quidem quadrigas albas offerebant, deo
 omnium velocissimo, id quod velocissimum est sacrifican-
 tes: Lunae autem jugum boum, propter vicinitatem
 terrae, agriculturae adjutores consecrantes.

VII. Cum haec adhuc agerentur, clamor subito est su-
 blatus, mixtus ac turbulentus, qualem consentaneum est
 multitudinis hominum confertorum exstitisse, Patria sacra
 celebrentur, iis qui circumstantibus exclamantibus: moribus
 et institutis receptum sacrificium deinceps pro gente fiat,
 primitiae belli deinceps offerantur. Cum igitur intellexisset
 Hydaspes quod humanam victimam flagitarent, quam ex
 iis tantum qui in peregrinis bellis capti essent offerre con-
 sueverant: manu silentio indicato et statim id quod pe-
 tebatur consecuturum esse nutibus significatione data,
 captivos qui ad id ipsum jam pridem destinati fuerant
 duci imperabat. Ducebantur igitur cum alii, tum Thea-
 genes et Chariclea, soluti vinculis et coronati: tristes qui-
 dem, ut est consentaneum, alii, minus autem Theagenes,
 at Chariclea laeto vultu ac ridenti, perpetuo et uno obtutu
 Persinam intuens: ut et illa aliquo modo ad spectu affice-
 retur et vehementius ingemiscens, O marite, diceret,
 qualem virginem ad sacrificium delegisti? Haud scio, an
 viderim talem formam. Quam est generoso et liberali
 vultu! Quam magno et excelso animo fortunam perfert!
 Quam ob florem aetatis commiseratione sui commovet ani-
 mum! Si superesse contigisset semel ex te conceptam et
 male amissam filiolam, propemodum totidem implevisse
 annos, quot haec, deprehenderetur. Sed utinam liceret,
 marite, aliquo modo liberare hanc: magnam equidem
 haberem consolationem, hac mihi ministrante. Fortassis
 autem et Graeca est misera: neque enim est Aegyptiae fa-
 cies. Graeca quidem est, inquit, et parentibus nata quos
 in praesentia dicit: neque enim ullo modo ostendere po-
 terit, quamvis promiserit. Ut liberetur sane illa a sacri-
 ficio fieri non potest, quamvis vellem utique, cum et ipse
 aliquo modo commovear animo et miserear puellae. Sed
 scis, quod masculinum quidem Soli, feminam autem Lunae
 et offerre et sacrificare lex postulet. Cum autem haec
 mihi prima sit adducta captiva et praesenti sacrificio desti-
 nata, omnino excusationis locum non haberet apud mul-
 titudinem dilatio. Unum tantum illi adjuvamento esse pos-
 set, si postquam focum, ut scis, conscenderit, non se
 conservasse expertem consuetudinis virorum deprehensa

δμιλίας ἐλεγχείῃ, καθαρὰν εἶναι τὴν προσκομιζομένην τῇ θεῷ, καθάπερ οὖν καὶ τὸν Ἥλιον τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ Διονύσου θυσίας ἀδιαφοροῦντος. Ἄλλ' ὅρα, εἰ προσομιλήσασά τω φωραθείη πρὸς τῆς ἐσχάρας, μὴ οὐκ εὐπρεπὲς ἦ τὴν τοιάδε εἰς τὸν οἶκον εἰσδέξασθαι. Καὶ ἡ Περσίνα, Φωραθείη, ἔφη, καὶ σωθείη μόνον. Αἰχμαλωσία καὶ πόλεμος καὶ τοσοῦτος τῆς ἐνεγκούσης ἐξοικισμὸς ἀνέγκλητον ποιεῖ τὴν προαίρεσιν· καὶ πλέον ἐπὶ ταύτης, ἐν τῷ κάλλει τὴν καθ' αὐτῆς βίαν, εἰ καί τι τοιοῦτον ὑπέστη, περιαχούσης.

Ἡ'. Καὶ ἔτι τοιαῦτα λεγούσης καὶ ἅμα ὑποδαχρούσης, λαμβάνειν τε τοὺς παρόντας πειρωμένης, ἄγεσθαι τὴν ἐσχάραν δ' Ὑδάσπης ἐκέλευσε. Παιδάρια τοίνυν ἀνήθα συλλαβόντες ἐκ τοῦ πλήθους οἱ βιηρέται, (μόνοι γὰρ τοῖς τοιοῦτοις ἀβλαβῶς θιγγάνειν ἐνεστιν) ἐκομιζόν τ' ἐκ τοῦ νεῦ καὶ εἰς μέσους προὔτιθεσαν, ἐπιθαίνειν ἕκαστον τῶν αἰχμαλώτων κελεύοντες. Τῶν δὲ, ὅστις ἐπιθαίη, παρατυκὰ τὴν βάσιν ἐφλέγετο, οὐδὲ τὴν πρώτην καὶ πρὸς ὀλίγον ψαῦσιν ἐνίων υποστάντων, χρυσοῖς μὲν ὀβελίσκοις τῆς ἐσχάρας διαπελεγμένης, πρὸς τοῦτο δ' ἐνεργείας τετελεσμένης, ὥστε πάντα τὸν μὴ καθαρὸν καὶ ἄλλως ἐπιροχούοντα, καταθῆναι· τῶν δὲ ἀναγνῶν, ἀλώπων προσέσθαι τὴν βάσιν. Τούτους μὲν δὴ τῷ τε Διονύσῳ καὶ ἄλλοις θεοῖς ἀπεκλήρουν, πλην δύο που καὶ τριῶν νεανίδων, αἱ τῆς ἐσχάρας ἐπιθῆσαι παρθενεύειν ἐγνωρίσθησαν.

Θ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ Θεαγένης ἐπιθῆς καθαρῶν ἐφαίνετο, θαυμασθεὶς πρὸς ἀπάντων, τά τ' ἄλλα τοῦ μέγθους καὶ κάλλους καὶ ὅτι περ οὕτως ἀχαῖος ἀνὴρ, ἀπείρατος εἴη τῶν Ἀφροδίτης, πρὸς τὴν ἡλιακὴν ἱεροουργίαν ἠδ' ἐπρέζετο, Καλὰ, λέγων ἡρέμα πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, τὰπίχερα παρ' Αἰθίοφι τῶν καθαρῶν βιούοντων, θυσίαι καὶ σφαγαὶ τὰ ἐπαθλα τῶν σωφρονούντων. Ἄλλ', ὦ φιλάτη, τί οὐχὶ φράξεις σαυτὴν; ποῖον ἀναμενεῖς ἔτι καιρὸν, ἢ τὸν, εἰς ἃν ἀποδειροτομήσῃ τις; Λέγε, ἰκετεύω καὶ μῆνυε τὴν σαυτῆς τύχην, ἴσως μὲν καμὲ περισώσεις, ἥτις ποτ' εἴης γνωρισθεῖσα καὶ ἐξαιτήσασα. Εἰ δ' ὅρα μὴ τοῦτο, σὺ γε μὴν προδήλως διαδράσῃ τὸν κίνδυνον. Αὐταρχες δὲ τοῦτό μοι μαθόντι καὶ τελευτῶν. Ἡ δὲ, Πηλοῖον ἀγῶν, εἰποῦσα καὶ νῦν ταλαντεύει, τὰ καθ' ἡμᾶς ἢ μοῖρα, μὴδὲ κελεύσαι τοὺς ἐπιτεταγμένους ἀναμείναισα, ἐνέδωτε τὸν ἐκ Δελφῶν ἱερὸν χιτῶνα ἐκ πηριδίου τινὸς ὃ ἐπερέρετο προκομίσασα, χρυσοῦμῃ τ' ὄντα καὶ ἀκτίσι κοκκοβαφεῖσι κατάπαστον· τὴν τε κόμην ἀνεῖσα, καὶ οἶον κάτοχος φανείσα προσέδραμέ τε, καὶ ἐφῆλατο τῇ ἐσχάρᾳ καὶ εἰστήκει πολὺν χρόνον ἀπαθῆς, τῷ τε κάλλει τότε πλέον ἐκλάμποντι καταστράπτουσα, περιόπτως ἐφ' ὑψηλοῦ πᾶσι γεγεννημένη, καὶ πρὸς τοῦ σχήματος τῆς στολῆς ἀγάλλματι θεοῦ πλέον ἢ θνητῇ γυναικὶ προσεικαζομένη. Θάμβος γοῦν ἅμα πάντας κατέσχε. Καὶ βοῶν μίαν ἄσημον μὲν καὶ ἀναρθρον, δηλωτικὴν δὲ τοῦ θαύματος, ἐπήχησαν τῶν τ' ἄλλων

fuerit : cum lex mundam esse eam, quæ offertur deæ sicuti et Soli jubeat, de Bacchi vero sacrificiis sit indifferens. Ceterum vide, si commercium habuisse cum viris deprehensa fuerit, ne haud deceat talem in ædes recipere.

Tum Persina : Deprehendatur et servetur tantum. Captivitas et bellum et extorris vita a sedibus patriis tam remota vacuum a culpa facit propositum : præcipue in hac, quæ cum forma vim contra se ipsa, etiamsi quid ejusmodi passa sit, circumferat.

VIII. Hæc adhuc dicente et simul illacrimante, celareque id eos qui aderant conante, afferri focum Hydaspes jussit. Collectis igitur pueris impuberibus ex multitudine ministri (solis enim ejusmodi sine ullo detrimento attingere licet) efferebant e templo et in medio collocarunt, conscendere quemlibet captivum jubentes. Atque ex his quicumque conscenderant statim in planta adurebantur, cum ne primum quidem et ad exiguum tempus, contactum quidam sustinissent : aureis quidem veribus foco intertexto, porro ad eam efficaciam elaborato, ut quemlibet immundum et alioqui eum qui pejerasset adureret ; at contra eorum qui secus ætatem egissent, sine ullo detrimento gressum admitteret. Quamobrem hos Baccho et aliis diis destinabant, præter duas forte aut tres virgines, quæ cum focum conscendissent virginitate salva esse deprehensæ sunt.

IX. Postquam autem et Theagenes cum conscendisset mundus esse apparuit, omnium admiratione exceptus, cum propter proceritatem et pulchritudinem, tum eo quod vir adeo florenti ætate rerum venerearum expers esset, ad Solis sacrificium instruebatur. At ille submitte ad Charicleam : Pulchra apud Æthiopes præmia munde viventium, sacrificia et mactationes eorum qui castitatem servant brabia ! Sed, o mea Chariclea, cur non te jam aperis ? Quale tempus adhuc exspectabis ? An illud demum, cum aliquis jugulum feriet ? Dic, obsecro, et indica tuam fortunam. Forsitan et me, quæ sis cognita, servabis et deprecaberis : sin minus, et tu utique dubio procul periculum effugies ; quo cognito, vel mori mihi optabile est. Illa autem, Prope adest certamen, cum dixisset et sors rationum nostrarum nunc vacillat : ne imperio quidem eorum, quibus erat id negotii datum, exspectato, induit sacram vestem Delphicam, ex quadam sarcinula quam secum ferebat depromptam, intexam auro et radiis cocco tinctis variatam. Denique cum comam solvisset et tanquam furore afflata visa esset, accurrit et insiluit in focum, stetitque longo tempore illæsa, pulchritudine magis tum etiam relucente refulgens, et omnium oculis ex alto exposita, atque a figura stolæ simalacri deæ magis quam mortalis mulieris similis. Stupor igitur omnes cepit : et clamorem unum obscurum et inarticulatum, admirationis indicem, ediderunt, cum alia suspicientes, tum quod formam plus quam humanam et venustatem florentis ætatis

ἀγασθέντες καὶ πλέον ὅτι κάλλος οὕτως ὑπὲρ ἀνθρώπων
καὶ τὸ ὄριον τῆς ἀκμῆς ἀθικτὸν ἐγείρει καὶ ἔχειν ἐνε-
δεικνυτο σωφροσύνην πλέον τῆ ὄρα κοσμουμένην.
Ἐλύπει μὲν οὖν καὶ ἄλλους τῶν ὄχλων, ἀρμόδιος τῇ
5 θυσίᾳ φανεῖσα καὶ δεισιδαιμονοῦντες, ὁμοῦς ἤδιστ' ἂν
εἶδον ἐκ τίνος μηχανῆς περιωθεῖσαν. Πλέον δ' ἠγία
τὴν Περσίνην, ὥστε καὶ εἶπειν πρὸς τὸν Ὑδάσπην,
Ἦς ἀθλία καὶ δυστυχῆς ἡ κόρη σὺν πολλῶ (πόνῳ)
καὶ οὐκ εἰς καιρὸν τῇ σωφροσύνῃ σεμνυνομένη καὶ
10 θάνατον τῶν πολλῶν τούτων ἐπαίνων ἀλλαττομένη.
Ἄλλὰ τί ἂν γένοιτο, ἔφη, ὦ ἄνερ; Ὁ δὲ, Μάτην, ἔφη,
μοι ἐνοχλεῖς καὶ οἰκτιρῆς τὴν οὐ σωζομένην ἀλλὰ θεοῖς,
ὡς ἔοικε, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς φύσεως ἀρχῆθεν φυ-
λαττομένην. Καὶ ἀποστρέψας τὸν λόγον πρὸς τοὺς
15 Γυμνοσοφιστάς, Ἄλλ', ὦ σοφώτατοι, ἔφη, πάντων
ἡτρεπισμένων, τί οὐ κατάρχετε τῶν ἱερῶν; Καὶ ὁ Σι-
σιμίθρης, Εὐφύμησον, ἀπεκρίνατο (ἐλληνίζων, ὥστε
μὴ τὸ πλῆθος ἐπαῖειν,) ἰκανῶς γὰρ καὶ μέχρι τούτων
ὄψιν τε καὶ ἀκοὴν ἐχράνθημεν· ἀλλ' ἡμεῖς μὲν εἰς τὸν
20 νεῶν μεταστῆσόμεθα, θυσίαν οὕτως ἐκθεσμον τὴν δι'
ἀνθρώπων οὐτ' αὐτοὶ δοκιμάζοντες, οὕτε προσέσθαι τὸ
θεῖον νομίζοντες. Ἦς εἶθε γ' ἦν καὶ τὰς διὰ τῶν
ἄλλων ζῶων θυσίας κεκαλύσθαι, μόναις ταῖς δι' εὐγῶν
καὶ ἀρωμάτων καθ' ἡμέτερον νόμον ἀρχουμένων. Σὺ
25 δ' ἐπιμένων, (ἐπάναγκες γὰρ βασιλεῖ καὶ ἄκριτον
ἔστιν ὅτε πλῆθος ὁμῆν θεραπεύειν) ἐπιτέλει τὴν οὐκ
εὐαγῆ μὲν ταύτην θυσίαν, διὰ δὲ τὸ προκατειληθὸς
τοῦ Αἰθιοπικοῦ νόμου πάτριον, ἀπαραίτητον· καθαρ-
σίων εἰσαυθῖς δεησόμενος, ἴσως δὲ καὶ οὐ δεησόμενος.
30 Οὐ γὰρ μοι δοκεῖ πρὸς τέλος ἤξειν ἡδ' ἡ θυσία τοῖς
τ' ἄλλοις ἐκ τοῦ θεοῦ συμβολοῖς τεκμαιρομένη καὶ τῷ
περιλάμποντι φωτὶ τοὺς ξένους, ὑπερμαχεῖν τινα τῶν
κρειττόνων διασημαίνοντι.

Γ'. Καὶ ταῦτ' εἰπόν, ἅμα καὶ τοῖς ἄλλοις συνέδροις
35 ἀνίστατο, καὶ πρὸς τὴν μεταστάσασιν ἐρρυθμίζετο. Ἄλλ'
ἦ γε Χαρίκλεια καθήλατό τε τῆς ἐσχάρας καὶ προσδρα-
μοῦσα προσπίπτει τοῖς γόνασιν τοῦ Σισιμίθρου, τῶν
ὑπηρετῶν παντοίως ἐπεχόντων καὶ τὴν ἱεσῖαν παρὰ
τήσιν εἶναι τοῦ θανάτου νομίζόντων καὶ Ἦσ σοφώτατοι,
40 ἔλεγε, μικρὸν ἐπιμένετε. Δίκη γὰρ μοι καὶ κρίσις
πρόκειται πρὸς τοὺς βασιλεύοντας· ὑμᾶς δὲ μόνους
καὶ τοῖς τοσοῦτοις δικάζειν πυνθάνομαι καὶ τὸν περὶ
φυγῆς ἀγῶνά μοι διατίθεται. Σφραγισθῆναι γὰρ με
θεοῖς οὕτε δυνατόν οὕτε δίκαιον μαθήσεσθε. Προσή-
45 κωντο ἄσμενοι τὰ εἰρημένα. Καὶ Ἦσ βασιλεῦ, ἔφρασαν,
ἀκούεις τῆς προκλήσεως καὶ ἀπὸ προύχεται ἡ ξένη; Γε-
λάσας οὖν ὁ Ὑδάσπης, Καὶ ποῖα δίκη, φησιν, ἡ πόθεν
ἐμοὶ καὶ ταύτῃ; προφάσεως δ' ἐκ ποίας, ἢ ποίων ἴσων
ἀναφαινομένη; Καὶ ὁ Σισιμίθρης, Αὐτὰ, ἔφη, δηλώσει
50 τὰ λεγθησόμενα. Καὶ οὐκ ἂν δόξαιεν, ὁ Ὑδάσπης
ἔφη, τὸ πρᾶγμα οὐ κρίσις ἀλλ' ὕβρις, εἰ πρὸς τὴν
αἰχμάλωτον, βασιλεὺς ἂν, διαδικάσομαι; Τὰς ὑπερο-
χὰς, ὦ Ὑδάσπη, οὐ δυσωπεῖται τὸ δίκαιον, ἀπεκρί-
νατο πρὸς αὐτὸν ὁ Σισιμίθρης, ἀλλ' εἷς ἔστιν ὁ βασι-

intactam attolleret, ac declararet, se habere pudicitiam
forma cumprimis exornatam. Angebat igitur et alios in
turba, quod ad sacrificium aptam et idoneam esse consti-
tisset et quamvis superstitione laborarent, libentissime
tamen vidissent illam aliqua ratione servatam. Ceterum
magis exercebat Persinam, ut etiam ad Hydaspem di-
ceret: Quam misera et infelix est hæc puella, multo studio
et haud opportune pudicitiam venditans et mortem cum
hæc multis laudibus commutans! Sed quidnam fieret,
inquit, o vir? At ille, Frustra, inquit, molesta es et mise-
reris ejus quæ servari non potest; sed diis, ut videtur,
propter naturæ præstantiam inde usque ab initio custo-
ditur. Denique sermone converso ad Gymnosoplistas,
Sed, o sapientissimi, inquit, cum omnia sint parata, cur
non rem sacram incipitis? Sisimithres autem, Absit, in-
quit, (Græce loquens, ne multitudo exaudiret.) Satis
enim jam vel hæc adspicere et auditum polluimus. Sed
nos quidem in templum secedemus, sacrificium adeo ne-
fandum, quod humanis victimis constat, neque ipsi pro-
bantes, neque deum admittere existimantes. Atque utinam
licuisset et illa sacrificia quæ aliarum victimarum macta-
tione constabant prohibere, cum sola quæ precibus et
odoramentis fiunt nostro iudicio sufficiant. Tu vero ma-
nens (necesse est enim aliquando ut rex vulgi temerariis
studis serviat), fac hoc immundum quidem sacrificium,
ceterum propter inveteratam consuetudinem et Æthiopum
instituti confirmatam inexcusabile: ita tamen, ut tibi
expiatione postea sit opus futurum, aut etiam non futu-
rum. Neque enim mihi videtur ad finem perventurum
esse hoc sacrificium, cum ex aliis numinis ostentis con-
jecturam facienti et ex lumine circumfuso peregrinis ac nu-
men aliquod eos defendere significante.

X. Et hæc cum dixisset, una cum aliis assessoribus
surrexit et ad secessionem sese apparabat. Tum vero
Chariclea desiluit e foco et accurrens provoluta est ad
genua Sisimithris, ministris omnino prohibentibus et illum
supplicem habitum deprecationem esse mortis existiman-
tibus et, O sapientissimi, dicebat, paulum commemorami.
Siquidem causa mihi agenda est et iudicio decertandum
cum rege ac regina: vos vero solos etiam tantis jus dicere
audio. Adeste igitur et certaminis de vita estote iudices.
Ut macler enim diis neque fieri potest, neque justum esse
cognoscetis. Admiserunt libenter ea quæ dicta fuerunt et
O rex, dixerunt, audisne provocationem et ea quæ pere-
grina prætentis? Arridens igitur Hydaspes, At vero quale
iudicium est, inquit, aut unde mihi cum hac? denique
qua de causa, quoque jure exoritur? Tum Sisimithres:
Ea ipsa, quæ dicentur, indicabunt. Atqui, num nego-
tium hoc iudicium et non injuria potius videbitur, si cum
captiva ego qui sum rex in iudicium descendero? Fastigia
dignitatis non respicit æquitas, respondit Sisimithres: sed
is regnat in iudicio, qui probabilioribus vincit rationibus.
Sed cum indignis, inquit, et non cum peregrinis, con-

λεύων ἐν ταῖς κρίσεσιν, ὁ τοῖς εὐλογωτέροις κρατῶν. Ἄλλὰ πρὸς τοὺς ἐγχωρίους, ἔφη, καὶ οὐ πρὸς τοὺς ξένους δικάζειν ὑμᾶς τοῖς βασιλεύουσι ὁ νόμος ἐφίησι. Καὶ ὁ Σισιμίθρης, Ὁδὲ τοῖς προσώποις, ἔφη, μόνον τὰ δίκαια γίνεταί ἰσχυρὰ παρὰ τοῖς σώφροσιν, ἀλλὰ τοῖς τρῶποις. Δῆλον μὲν, εἶπεν, ὡς οὐδὲν ἔρει σπουδαῖον, ἀλλ' ὅπερ ἴδιον τῶν τὰ τελευταῖα κινδυνεύοντων, λόγων ματαίων ἔσται πλάσματα πρὸς ὑπέρθεσιν. Λεγέτω δ' οὖν ἄνω, ἐπειδὴ βούλεται ὁ Σισιμίθρης.

10 **ΙΑ'.** Ἡ δὲ Χαρίκλεια καίπερ οὔσα εὐθυμος διὰ τὴν προσδοκωμένην τῶν περιστηκῶτων λύσιν, πλεον ἐγεγόνει περιχαρῆς, ὡς τοῦ Σισιμίθρου τοῦνομα ἐπήκουσεν, ἣν γὰρ οὗτος ὁ τὴν ἀρχὴν ἐκτεθείσαν ἀνελόμενος καὶ τῷ Χαρικλεῖ παρακαταθέμενος, ἔτεσι δέκα 15 πρότερον, ἔτ' εἰς τοὺς Καταδούπους ἐστάλη τῶν σμαραγδαίων μετὰλλων ἔνεκεν ὡς τὸν Ὀροονδάτην πρεσβεύων, τότε μὲν εἰς τῶν πολλῶν Γυμνοσοφιστῶν τυγχάνων, τὸ παρὸν δὲ πρόεδρος ἀναδεδειγμένος. Τὴν μὲν οὖν ὄψιν ἀνδρὸς οὐκ ἀνέφερον ἡ Χαρίκλεια, νέα 20 κομιδῇ καὶ ἐπαέτις χωρισθεῖσα, τοῦνομα δ' ἀναγνωῖσα, περιχαρῆς ἐγεγόνει πλεον, συνήγορόν τε καὶ συνεργὸν ἔσεσθαι πρὸς τὸν ἀναγνωρισμὸν ἐλπίσασα. Τὰς δὲ χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας καὶ βοῶσα ἐξάκουστον, Ὁλίε, γενάρχα προγόνων ἐμῶν, ἔλεγε, θεοί 25 τ' ἄλλοι καὶ ἥρωες γένους ἡμετέρου καθηγεμόνες, ὑμεῖς ἐστέ μοι μάρτυρες, ὡς οὐδὲν ἐρῶ ψεῦδος· ὑμεῖς δὲ καὶ συλλήπτορες εἰς τὴν κρίσιν τὴν νυνὶ προκειμένην, εἰς ἣν τῶν προσόντων μοι δικαίων ἐντεῦθεν ἄρξομαι. Ἐένους, ὃ βασιλεῦ, ἡ ἐγχωρίους ἱεουργεῖσθαι ὁ νόμος 30 κελεύει; Τοῦ δὲ, Ἐένους, εἰπόντος· Οὐκοῦν ὦρα σοί, ἔφη, ζητεῖν ἐτέρους εἰς τὴν θυσίαν, ἐμὲ γὰρ ἡμεδαπὴν τε καὶ ἐγχώριον οὔσαν εὐρήσεις.

ΙΒ'. Τοῦ δὲ θαυμάζοντος καὶ πλάττεσθαι λέγοντος, ἡ Χαρίκλεια, Τὰ μικρότερα, ἔφη, θαυμάζεις, τὰ μέγιστα δ' ἔστιν ἕτερα. Οὐ γὰρ ἐγχωρος μόνον, ἀλλὰ καὶ 35 γένους τοῦ βασιλείου τὰ πρῶτα καὶ ἐγγύτατα. Καὶ αὐθις τοῦ Ὑδάσπου διαπτύοντος ὡς φληνάφους τοὺς λόγους, Παῦσαι, εἶπεν, ὃ πάτερ, θυγατέρα τὴν σὴν ἐκφραυρίζων. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦντεῦθεν οὐχ ὑπερορῶν τὰ λεγόμενα μόνον ἀλλ' ἤδη καὶ ἀγανακτῶν ἐφάνετο, 40 χλεῦν τὸ πρᾶγμα καὶ ὕβριν ποιούμενος. Καὶ, Ὡ Σισιμίθρη, καὶ οἱ λοιποὶ, ἔλεγεν, ὁρᾶτε ὅσον περίεστη τὰ τῆς ἀνεξικακίας; ἡ γὰρ οὐκ ἀντικρως μανίαν ἢ κόρη νοσεῖ, παρατόλμοις πλάσμασι τὸν θάνατον πειρωμένη 45 διώσασθαι; θυγατέρα ἐμὴν ὡσπερ ἐπὶ σκηνῆς ἐξ ἀπόρων αὐτὴν καὶ ὅσον ἐκ μηχανῆς ἀναφαίνουσα, τοῦ μηδεπώποτε, ὡς ἴστε, παίδων γονὴν εὐτυχῆσαντος, ἀπαξ δὲ ποῦ μόνον, ἁμοῦ τ' ἀκηκόοτος καὶ ἀποβαλόντος. Ὡστ' ἀγέτω τις, μὴδ' ἐπιπλέον ἐπινοεῖται τῇ θυσίᾳ τὴν 50 ὑπέρθεσιν. Οὐκ ἄξει οὐδεὶς, ἀνεβόησεν ἡ Χαρίκλεια, τέως ἂν μὴ τοῦτο κελεύωσιν οἱ δικάζοντες. Σὺ δὲ δικάζῃ τὸ παρὸν, οὐ ψῆφον φέρεις. Ἐενοκτονεῖν ἴσως, ὃ βασιλεῦ, ὁ νόμος ἐπιτρέπει, τεκνοκτονεῖν δ' οὐθ' οὔτος, οὐθ' ἡ φύσις σοί, πάτερ, ἐφίησι. Πατέρα γάρ

troversias regum iudicandi facultatem vobis lex dat. Sisimithres autem, Non vultu, inquit, tantum, justa apud moderatos ponderantur, sed potius iustitia. Manifestum est quidem, dixit, quod nihil dicet serii, sed quod iis qui in extremo versantur periculo peculiare est, inaniam verborum figmenta ad dilationem proferet : attamen dicat, quandoquidem ita Sisimithri placet.

XI. Porro Chariclea, cum alioqui esset fidenti animo propter liberationem ex circumstantibus periculis, quam exspectabat; tum inprimis exhilarata est, postquam Sisimithris nomen audivit. Is enim erat, qui initio expositam sustulerat et Charicli tradiderat ante decennium, cum ad Oroontatem de smaragdinis fodinis legatus mitteretur. At tum adhuc unus ex vulgo Gymnosophistarum erat : ceterum in praesentia praefectus ceterorum declaratus fuerat. Faciem igitur viri non recordabatur Chariclea, cum admodum adolescentula et annos septem nata ab illo separata esset : verum nomen agnoscent, magis laetabatur, advocatum illum sibi et adiutorem ea in parte ut agnosceretur fore sperans. Manus igitur in caelum tendens, cum exclamasset ita ut exaudiri posset, Sol, auctor generis majorum meorum, dicebat et alii dii ac heroës majores nostri, vos eritis testes quod nihil falsi dicam : vos quoque auxilio vestro mihi in hoc iudicio aderitis, ad quod cum justam causam afferam, inde sumam exordium. Peregrinosne rex, an indigenas, lex mactari jubet? Hoc vero, Peregrinos, dicente; Igitur tempus est, inquit, ut alios ad sacrificium inquiras : nam me et vestratem et indigenam reperies.

XII. Hoc autem mirante et fingere eam dicente, Chariclea, Minora, inquit, miraris : sunt autem alia majora. Neque enim indigenam tantum, sed etiam genus regum in primis et proxime attingentem. Rursus Hydaspes contemne et aversante verba illa tanquam frivola; Desine, inquit, pater, filiam tuam elevare et aversari. Tum igitur rex non despiciere tantum, sed etiam indignari, ludibrium esse et injuriam rem illam ducens et, O Sisimithre ac reliqui, dicere, videte quousque tandem abutatur mea nimia patientia? An non plane amentia laborat puella, quae insigni audacia confictis mendaciis, mortem depellere conetur, filiam meam tanquam in scena se esse, desperatione quadam asseverans et tanquam ex composita machinatione proferens, qui nunquam, ut scitis, in procreatione sobolis successu usus sim, semel tantum simul et audierim et amiserim. Quamobrem ducat eam aliquis, ne amplius excogitet sacrificio dilationem. Nemo ducet, exclamavit Chariclea, nisi jusserint iudices. Tu vero in praesentia iudicaris, non sententiam fers. Peregrinos quidem, rex, mactari fortasse lex permittit, liberos autem mactare, neque haec, neque natura ipsa, pater, concedit : patrem enim te hodie dii meum, etiamsi neges, declara-

σε τήμερον οἱ θεοὶ καὶ ἀρνούμενον ἀναδείξουσι. Πᾶσα δίκη καὶ χρεῖς, ὧ βασιλεῦ, δύο τὰς μεγίστας ἀποδείξεις ὄϊδε, τὰς τ' ἐγγράφους πίστεις καὶ τὰς ἐκ μαρτύρων βεβαιώσεις, ἄμφω σοι, τοῦ θυγάτηρ ὑμετέρα

5 εἶναι, παρέξομαι· μάρτυρα μὲν οὐχ ἓνα τῶν πολλῶν ἀλλ' αὐτὸν γε δὴ τὸν δικάζοντα προκαλουμένη, (μεγίστη δ', οἶμαι, τῶ λέγοντι πίστις, ἢ τοῦ διαιτητῆτος γνώσις,) γράμματα δὲ τάδε, τύχης τῆς ἐμῆς γνωρίσματα καὶ διηγήματα, πρῶσχομένη.

10 Π'. Καὶ ἅμα λέγουσα, τὴν συνεκτεθεῖσαν αὐτῆ ταινίαν ὑπὸ τῆ γαστρὶ φέρουσα, προὔφερε τε καὶ ἀνελήσασα, τῆ Περσίνῃ προσεκόμιζεν. Ἡ δὲ, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον εἶδεν, αὐτὸς τε καὶ ἀγανῆς ἐγεγόνει καὶ χρόνον ἐπιπλεῖστον τὰ ἐγγεγραμμένα τῆ ταινία καὶ τὴν

15 κόρην αὐθις ἐν μέρει περισκόπει, τρώω τε καὶ παλμῶ συνέιγετο καὶ ἰδρῶτι διερρεῖτο, χαίρουσα μὲν ἐφ' ὅς εὗρισκεν, ἀμνηχανοῦσα δὲ πρὸς τὸ τῶν παρ' ἐλπίδας ἄπιστον, δεδοικυῖα δὲ τὴν ἐξ Ὑδάσπου τῶν φανεροῦμένων ὑποψίαν τε καὶ ἀπιστίαν, ἣ καὶ ὀργὴν, ἂν οὕτω τύχη,

20 καὶ τιμωρίαν. Ὡστε καὶ τὸν Ὑδάσπην ἐνορῶντα εἰς τὸ θάμβος καὶ τὴν συνέχουσαν ἀγωνίαν, Ὡ γύναι, εἰπέιν, τί ταῦτα; [ἦ] τί πέπονθας πρὸς τὴν δεικνυμένην γραφὴν; Ἡ δὲ, Ὡ βασιλεῦ, εἶπε, καὶ δέσποτα καὶ ἄνερ, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἂν εἴποιμι πλέον, λαθὼν δ' ἀναγίγνωσκε.

25 Διδάσκαλός σοι πάντων ἡ ταινία γενήσεται. Καὶ ἐπιδοῦσα, αὐθις ἐσίωπα, κατηφῆσασα. Δεξάμενος γοῦν ὁ Ὑδάσπης καὶ πλησὼν παρείων καὶ συνεπιλέγεσθαι τοὺς Ὑμνοσοφιστὰς παρακαλέσας, ἐπήει τὴν γραφὴν, πολλὰ μὲν αὐτὸς θαυμάζων, πολλὰ δὲ καὶ τὸν Σισιμί-

30 θρην ἐκπεπληγμένον καὶ μυρίας τροπὰς τῆς διανοίας ἐκ τῶν ὄψεων ἐμφαίνοντα ὀρῶν, συνεχῆς τ' εἰς τὴν ταινίαν καὶ τὴν Χαρίκλειαν ἀτενίζοντα. Καὶ τέλος, ἐπειδὴ τὴν ἔκθεσιν εἰδὼς καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐκθέσεως ὁ Ὑδάσπης, Ἄλλ' ὅτι μὲν ἐτέθη μοὶ κόρη τις,

35 ἔφη, γινώσκω, ἀποθανοῦσαν δὲ τότε πυθόμενος, ὡς δ' αὐτῆ Περσῖνα λέγει ἐκτεθεῖσθαι νυνὶ μανθάνω. Τίς δ' ὁ ἀνελόμενος, καὶ διασώσας, καὶ διαθρέψας, τίς δ' ὁ διαχομίσας εἰς Αἴγυπτον; οὐ καὶ αἰχμάλωτος εἰληπται; καὶ πόθεν ὄλωσ ὅτι αὐτῆ ἐκείνη καὶ μὴ διέφθαρται μὲν

40 τὸ ἐκτεθὲν, τοῖς δὲ γνωρίσμασιν ἐπιτυχῶν τις ἀποκέρχεται τοῖς ἐκ τῆς τύχης; Μὴ τις δαίμων ἡμῖν ἐπιπαίξει καὶ ὡσπερ προσωπεῖω τὴν κόρην ταύτην περιθεῖς, ἐντροφεῖ τῆ ἡμετέρα περὶ τεκνοποιῶν ἐπιθυμία καὶ νόθον ἡμῖν καὶ ὑποβολιμαῖον εἰσποιεῖ διαδοχὴν, καθά-

45 περ νεῖρε τῆ ταινία τὴν ἀλήθειαν ἐπισκιάζων;

1Δ'. Ἐπὶ τούτοις ὁ Σισιμίθρης, Τὰ μὲν πρῶτα, ἔφη, τῶν ζητουμένων ἔχει σοὶ λύσιν. Ὁ γὰρ ἀνελόμενος ἐκτεθεῖσαν καὶ ἀναθρέψας λάθρα καὶ εἰς Αἴγυπτον κομίσας ὅτε με προσθευτὴν ἔστειλας, οὗτος εἰμι

50 ἐγὼ, καὶ ὡς οὐ θεμιτὸν ἡμῖν τὸ ψεῦδος, ὄσθα προλαβῶν. Γνωρίζω καὶ τὴν ταινίαν τοῖς βασιλεῖσις Αἰθιόπων γράμμασιν ὡς ὄρας κεχαραγμένην καὶ οὐ παρέχουσαν ἀμφιβολίαν ἀλλαχόθεν συντετάχθαι, Περσίνης δ' αὐτοχειρία κατεστήχαι παρά σοι μάλιστα γνωρίζο-

bunt. Omnis causa, quæ in iudicium venit, duobus maximis et præcipuis argumentis nili consuevit: scilicet probationibus quæ scriptis continentur et testium confirmationibus. Utrumque tibi, ut filia vestra esse declarer, exhibeo: ad testem quidem non aliquem ex vulgo sed ipsum iudicem, provocans; (maximum autem ei qui dicit, credo, ad fidem faciendam adjumentum est, iudicis scientia) scripta vero hæc, meæ et vestræ fortunæ narrationes proponens.

XIII. Simulatque hæc dixit, illico expositam secum fasciam, quam sub utero gestabat, proferebat et evolutam, Persinæ offerebat. Illa vero, ut primum vidit, stupida et muta reddita est, diuque admodum ea quæ erant inscripta fasciæ et puellam vicissim contemplatur et horrore ac tremore detinebatur sudoreque manabat, gaudens quidem iis quæ comperiebat, anxia vero casu inopinato et laud facile cuiquam credibili: denique metuens Hydaspis, si hæc patefierent, suspicionem et incredulitatem, aut iram fortassis et pœnam: ut et Hydaspes intuens stuporem et angorem animi continuum, O mulier, dixerit, quid hoc est? An aliquid tibi accidit ab hac exhibita scriptura? Illa autem, O rex, inquit, et domine ac marite, nihil hoc amplius habeo, quod dicam, nisi ut acceptam legas. Interpretis vice in omnibus fungetur apud te fascia. Utque tradidit, iterum tacebat tristis. Cum igitur accepisset Hydaspes et Gymnosophistas ut accederet et una legerent advocasset, recensebat scriptum, multum ipse mirans, Sisimithrem quoque perculsum et sexcentas mentis mutationes vultu declarantem, ac defixis oculis tamiam et Charicleam adspicientem, intuens. Ad extremum, postquam de expositione et causa expositionis eductus est: Quod quidem mihi puellula quedam, inquit, nata sit, scio et cum mortuam esse tum audissem, quemadmodum et ipsa Persina mihi narrabat, expositam esse nunc cognosco. Ceterum quis est, qui illam sustulit, servavit, enutrivit? aut quis est, qui transportavit in Ægyptum? Nonne hæc bello capta est? Denique unde omnino conjecturam facere licet, quod illa ipsa sit et non interierit id quod expositum fuerat, aliquis autem cum incidisset in hæc indicia, abutatur fortuna? Nosne decipiat aliquid numen et huic puellæ impositis, tanquam persona, illudat nostræ liberorum procreandorum cupiditati et supposititiam adulterinamque sobolem nobis in successionem asserat, veritatem hæc fascia quasi adumbrans?

XIV. Ad hæc Sisimithres, Prima quidem, inquit, eorum de quibus ambigis tibi explicari possunt. Ego enim sum, qui expositam sustuli et clanculum educevi et in Ægyptum transtuli, quando me legatum eo miserat. Quod autem mentiri nobis fas non sit, ipse jam antea nosti. Agnosco autem et fasciam, regis Æthiopum literis insignitam, neque præbentem ullam ambigendi conjecturam quod alibi sit composita; cum quod Persinæ manu notata sit, vel a te inprimis cognosci possit. Sed erant et alia una exposita

μένην. Ἄλλ' ἦν καὶ ἕτερα συνεχτεθέντα γνωρίσματα, δοθέντα παρ' ἐμοῦ τῇ γ' ὑποδεξαμένῳ τὴν κόρην, ἀνδρὶ Ἑλληνί τε, καὶ ὡς ἐφαίνετο, καλῶ τε καὶ ἀγαθῶ. Σώζεται καὶ ταῦτα, ἔφη ἡ Χαρίκλεια, καὶ ἄμ' ἐπεδείκνυ τούδ ὄρους. Πλέον ἡ Περσίνα ἰδοῦσα κατεπλάγη. Καὶ πυνθανομένου τοῦ Ὑδάσπου, τίνα ταῦτα εἶη καὶ εἴ τι πλέον ἔχοι ἐκδιδάσκειν, ἀπεκρίνατο οὐδὲν, ἢ ὅτι γνωρίζει μὲν, κατ' οἶκον δὲ ταῦτ' ἐξετάζειν καλόν. Αὐθις οὖν ἀδημονῶν ὁ Ὑδάσπης ἐφαίνετο.

10 Καὶ ἡ Χαρίκλεια, Ταῦτα μὲν ἂν εἶη τῆς μητρὸς τὰ γνωρίσματα. Σὸν δὲ ἴδιον, ὅδ' ὁ δακτύλιος. Καὶ ἐδείκνυ τὴν παντάρην. Ἐγνώρισεν ὁ Ὑδάσπης, δεδωκώς δῶρον τῇ Περσίνῃ παρὰ τὴν μνηστείαν. Καὶ, ὦ βελτίστη, ἔφη, τὰ μὲν γνωρίσματα ἐμὰ, σὲ δὲ

15 ἐμῆν οὔσαν τούτοις κεχρησθαι καὶ μὴ ἄλλως ἐπιτυχοῦσαν, οὐδέπω γνωρίζω. Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ χροιοῦ ξένη τῆς Αἰθιοπίδος λαμπρόνη. Καὶ ὁ Σισιμίθρης, Λευκὴν, ἔφη, καὶ γὰρ τότε ἀνειλόμην, ἦν ἀνειλόμην, ἄλλως τε καὶ τῶν ἐτῶν ὁ χρόνος συμβαίνει πρὸς

20 τὴν παροῦσαν τῆς κόρης ἡλικίαν, ἑπτακαίδεκά που τῶν πάντων, ταύτη τε καὶ τῇ ἐχέσει πληρουμένων. Ἐμοὶ δὲ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ βλέμμα προίσταται καὶ τὸν ὄλον τῆς ὄψεως χαρακτῆρα καὶ τὸ ὑπερφυῖς τῆς ὥρας δμολογοῦντα τοῖς τότε τὰ νυνὶ φαινόμενα γνωρίζω.

25 Ταυτὶ μὲν ἀρίστα, ὦ Σισιμίθρη, πρὸς αὐτὸν ὁ Ὑδάσπης, καὶ ὡς ἂν τις ἐκθυμότατα συνηγορῶν μάλλον ἢ δικάζων. Ἄλλ' ὅρα μὴ μέρος τι λύων, ἕτερον ἀνακινεῖς ἀπόρημα, δεινόν τε καὶ οὐδαμῶς ἀπολύσασθαι τὴν ἐμὴν συμβιοῦσαν εὐπορον. Λευκὴν γὰρ, πῶς ἂν

30 Αἰθίοπες ἀμφότεροι παρὰ τὸ εἰκὸς ἐτεκνώσαμεν; Ὑποβλέψας οὖν ὁ Σισιμίθρης, καὶ τι καὶ εἰρωνικὸν ὑπομειδιάσας, Σὺ μὲν οὐκ οἶδα, ἔφη, ὅ τι πάσχεις, ἀπὸ τρόπου τοῦ σοῦ τὸ παρὸν συνηγορίαν ἡμῖν ὀνειδίζων, ἦν οὐκ ἂν ἐν φαύλῳ ποιησάμην, δικάστην γὰρ ὀρίζο-

35 μεν γνήσιον, τὸν τοῦ δικαίου συνηγορον. Τί δὲ οὐχὶ σοὶ μάλλον ἢ τῇ κόρῃ συνηγορῶν φανήσομαι; πατέρα σὲ σὺν τοῖς θεοῖς ἀναδεικνύς καὶ ἦν ἐκ σπαργάνων περιέσωσα ὑμῖν θυγατέρα, ταύτην καὶ νῦν ἀνασωζομένην ἐπ' ἀκμῆς, οὐ περιορῶν; Ἄλλὰ σὺ μὲν ἂ βούλει γίγνω-

40 σκε περὶ ἡμῶν, οὐδένα ὑπόλογον τούτου ποιούμενον. Οὐ γὰρ πρὸς τὴν ἐτέρων ἀρέσκειαν βιοῦμεν, τὸ δ' αὐτὸ καλόν τε κάθαρτον ζηλοῦντες αὐτοὺς πείθειν ἀγαπῶμεν. Τῆς γε μὴν κατὰ τὴν χροίαν ἀπορίας φράζει μὲν σοὶ καὶ ἡ ταυρία τὴν λύσιν, ὁμολογούσης ἐν αὐτῇ ταυτησί

45 Περσίνης, ἐσπακέναι τινὰ εἰδῶλα καὶ φαντασίας ὁμοιότητων ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς σε ὁμιλίας ὀρωμένης. Εἰ δ' οὖν καὶ ἄλλως πιστώσασθαι βούλει, πρόκειται τὸ ἀρχέτυπον ἐπισκοπεῖν τὴν Ἀνδρομέδαν, ἀπαράλλακτον ἐν τῇ γραφῇ καὶ ἐν τῇ κόρῃ δεικνυ-

50 μένην.

ΙΕ'. Ἐκόμιζον ἀράμενοι τὴν εἰκόνα προσταχθέντες οἱ ὑπηρέται καὶ πλησίον τῆς Χαρίκλειας ἀντεγείραντες, τοσοῦτον ἐκίνησεν παρὰ πάντων χρότον καὶ θόρυβον, ἄλλον πρὸς ἄλλους, ὅσοι κατὰ μικρὸν συνέεισαν τὰ λε-

indicia, tradita a me illi qui receperat puellam, homini Græco et ut videbatur probo et honesto. Servantur et hæc, inquit Chariclea : simulque ostendebat monilia. Quibus visis, Persina magis est exanimata et quærente Hydaspe quænam essent et si quid præferrea sciret, nihil respondit, præterquam quod nosset quidem, ceterum domi hæc examinare et scrutari optimum esset. Rursus igitur angi Hydaspes videbatur. At Chariclea, Hæc quidem sint materna indicia, tuum vero proprium, hic annulus est : ostendebatque pantarben. Agnovit Hydaspes : dederat enim illum dono Persinæ, sub desponsationem et Optima, inquit, indicia quidem mea sunt sed te, ut meam, his usam esse et non aliquo alio modo ea nactam, nondum agnosco. Nam præter alia et colore peregrino et inusitato in terra Æthiopia, reluces. Sisimithres autem, Alba, inquit, et ea fuit quam sustuli : alioqui et annorum tempus convenit cum præsentī ætate puellæ, cum decem et septem fere annos hæc et expositionis tempus, impleverit. Porro et oculorum aspectus mecum facit et totam vultus effigiem et excellentem formam quæ nunc apparet, convenire cum ea quam tum cernebam agnosco. Hæc quidem optime dixisti, Sisimithre, ad illum Hydaspes, et magis, ut aliquis patronus summum studium ad causam afferens quam judex. Sed vide, ne ex aliqua parte dubitationem eximens, aliam quæstionem moveas, cum arduam tum laud facile conjugem meam culpa liberaturam. Qui enim albam, cum simus ambo Æthiopes, procreavimus, nequaquam consentaneo rationi modo? Limis igitur eum contuitus Sisimithres et ironice subridens, Tibi quidem, inquit, nescio, quid accidat, qui contra tuum ingenium in præsentia, patrociniū nobis ut probrum objicis, quod ego mihi haudquaquam negligendum esse duco. Judicem enim legitimum definimus eum, qui æquitatis patronus est. Ceterum cur non potius tibi, quam puellæ, patrocinari videbor? cum te patrem deorum auxilio fretus declarem et quam vobis ab incunabilis servavi filiam, eam et nunc salvam in flore ætatis non negligam? Sed tu quidem, ut vis, statue de nobis, qui hæc facimus flocci. Neque enim ad aliorum arbitrium vivimus, sed meram honestatem et æquitatem sectantes, nobis ipsi satisfacere cupimus. Quod ad quæstionem de colore attinet, hujus explicationem ipsa tibi fascia exponit : Persina ipsa quoque confitente, se scilicet attraxisse quædam simulacra et imaginationes similitudinis in tuo concubitu, ex conspectu Andromedæ. Quod si alioqui omnino id comprobari vis, ad manum est exemplar quod contempleris Andromedam, quæ perinde in virgine atque in pictura ostenditur, ita ut nullum sit delictum.

XV. Afferebant sublatam imaginem ministri quibus hoc imperatum erat, et cum eam proxime Charicleam erexissent, tantum excitavit inter omnes plausum ac tumultum, cum alii aliis qui paullulum tantum intellexerant ea quæ

γόμενα καὶ πραττόμενα διαδηλούντων καὶ πρὸς τὸ ἀπληριθωμένον τῆς ὁμοιότητος σὺν περιχραεῖα ἐκπλαγέντων, ὥστε καὶ τὸν Ὑδάσπην οὐκ ἔτι μὲν ἀπιστεῖν ἔχειν, ἐφροσάται δὲ πολλὸν χρόνον ὑπ' ἡδονῆς ἅμα καὶ
 5 θαύματος ἐγόμενον. Ὁ δὲ Σισιμίθρης, Ἐν ἔτι λείπεται, ἔφη, περὶ βασιλείας γὰρ καὶ τῆς κατ' αὐτὴν γνησίας διαδοχῆς ὁ λόγος καὶ πρό γε πάντων, ἀληθείας αὐτῆς. Γύμνωσον τὴν ὠλένην, ὦ κόρη. Μέλανι σπιλώματι τὸ ὑπὲρ πῆχυν ἐσπίλωτο. Οὐδὲν ἀπρεπὲς
 10 γυμνούμενον, τὸ τῶν φόντων καὶ γένους μαρτύριον. Ἐγύμνωσεν αὐτίκα ἡ Χαρίκλεια τὴν λαϊὰν καὶ ἦ τις ὡσπερ ἐβένου περιδρόμος ἐλέφαντα τὸν βραχίονα μαίινων.

ΙΓ'. Οὐκ ἔτι κατεῖχεν ἡ Περσίνα, ἀλλ' ἀθρόον τ'
 15 ἀνήλατο τοῦ θρόνου, καὶ προσδραμοῦσα περιέβαλέ τε καὶ περιφῶσα ἐδάκρυσε καὶ πρὸς τὸ ἀκατάσχετον τῆς χαρᾶς, मुखημῶ τινι προσεικὸς ἀνωρέτο· ὑπερβολὴ γὰρ ἡδονῆς καὶ ὀρθῶν ποτ' ἀποτίκτειν φιλεῖ· μικρὸν τ' ἔδει συγκατενεχθῆναι τῇ Χαρίκλειᾳ. Ὁ δ' Ὑδάσπης ἤλεει μὲν τὴν γυναῖκα ὀδυρομένην ὄρων, καὶ πρὸς συμπάθειαν ἐκάμπτετο τὴν διάνοιαν, τὸ δῆμα δ' οἰοεὶ
 20 κέρας ἢ σίδηρον εἰς τὰ δρώμενα τείνας, εἰστήκει πρὸς τὰς ὠδίννας τῶν δακρῶν ἀπομαχόμενος καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς πατρικῶν τε πάθει καὶ ἀνδρείῳ λήματι κυματούμενης, καὶ τῆς γνώμης ὑπ' ἀμφοτέρων στασιαζομένης, καὶ πρὸς ἑκατέρου καθάπερ ὑπὸ σάλου μετασπωμένης, τελευτῶν ἡτέθη τῆς τὰ πάντα νικώσης φύσεως καὶ πατῆρ οὐκ εἶναι μόνον ἐπειθετο ἀλλὰ καὶ πάσχειν ὅσα
 25 πατῆρ ἠλέγχετο· καὶ τὴν Περσίαν συγκατενεχθεῖσαν τῇ θυγατρὶ καὶ συγκαταπεπλεγμένην ἀνεγείρων, οὐκ ἔλαθε καὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐναγκαλιζόμενος καὶ δακρῶν ἐπιρροῇ πατρικᾷ πρὸς αὐτὴν σπενδόμενος· οὐ μὴν εἰς τὸ παντελὲς γ' ἐξεκρούσθη τῶν πρακτέων, ἀλλ' ὀλίγον ἐπιστάς, τὸν τε δῆμον κατοπτεύσας ἀπὸ τῶν
 30 ἴσων παθῶν κεινημένον καὶ πρὸς τὴν σκηνοποιίαν τῆς τύχης ὑπ' ἡδονῆς ὁ ἅμα καὶ ἔλεος δακρῶντας, ἤχην δὲ τινα θεσπεσίαν ἄχρῃς αἰθέρος αἴροντας καὶ οὔτε κήρυκος σιγῆν ἐπιτάττοντος ἐπαίοντας, οὔτε τὸ βούλημα τοῦ παραχού προδήλως ἐμφαίνοντας, τὴν χεῖρα προ-
 40 τείνας καὶ κατασειών, πρὸς ἡσυχίαν τὸ τοῦ δήμου κλυδώνιον κατέστελλε καὶ, Ὡ παρόντες, ἔλεγεν, οἱ μὲν θεοὶ πατέρα με, ὡς δρᾶτε καὶ ἀκούετε, πάσης ἐπέκεινα προσδοκίας ἀνέδειξαν καὶ θυγάτηρ εἶναι μοι ἦδ' ἡ κόρη πολλὰς ταῖς ἀποδείξεισι γνωρίζεται. Ἐγὼ δὲ
 45 τοσαύτην ὑπερβολὴν ποιοῦμαι τῆς εἰς ὑμᾶς τε καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν εὐνοίας, ὥστε μικρὰ φροντίσας καὶ γένους διαδοχῆς καὶ πατρῴας ἀνακλήσεως, ἃ δὴ πάντα μοι διὰ τῆσδε ἔμελλεν ἔσσεσθαι, θεοὶ ἱερούργειν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπέιγομαι. Ὅρῳ μὲν γὰρ ὑμᾶς δακρῶντας καὶ ἀν-
 50 ὀρώπινόν τι πάθος ἀναδεδειγμένους καὶ ἐλεοῦντας μὲν τὴν ἀωρίαν τῆς κόρης, ἐλεοῦντας δὲ καὶ τὴν ἐμοὶ μάτην προσδοκῆθεισαν τοῦ γένους διαδοχῆν, ὅμως δ' οὖν ἀνάγκη καὶ ὑμῶν ἴσως μὴ βουλομένων, τῷ πατρίῳ πεῖθεσθαι νόμῳ, τῶν ἰδίων λυσitelῶν τὸ τῆς πατρίδος

dicerent et fierent significarent, et propter exactam similitudinem, cum quadam lætitia exanimarentur : ut et Hydaspes non amplius diffidere posset, sed diu staret immotus, lætitia simul et admiratione detentus. Sisimithres autem, Unum adhuc desideratur, inquit, de regno enim et illius legitima successione agitur et ante omnia de veritate ipsa. Nuda brachium, virgo : nigra nota pars supra cubitum maculata fuerat. Nihil dedecoris avert, nudatum parentum et generis testimonium. Nudavit statim Chariclea sinistram et erat quasi ebenus quædam in circuitu brachium tanquam ebur maculans.

XVI. Non amplius sese continuit Persina sed repente de throno desiluit, amplexaque lacrimabat et propter magnitudinem gaudii quod reprimere non poterat, mugitus cuiusdam similem ejulatum edebat. Etenim excellentia gaudii etiam luctum interdum gignere solet : parumque aberat quin una cum Chariclea collaberetur. At Hydaspes miserabatur quidem mulierem, cum illam lugere videret et ad similen affectum animo flectebatur : sed oculis, tanquam cornu aut ferro, in ea quæ cernebantur defixis, constiterat, doloribus lacrimarum repugnans. Cumque ipsi anima, cum patrio affectu, tum virili spiritu, effervesceret et mens in utramque partem tanquam fluctu traheretur, ad extremum tamen superatus est a natura quæ vincit omnia : et quod pater esset non tantum persuaderi sibi patiebatur, sed etiam ita ut pater afficiebatur animo et Persinam collapsam una cum filia ac percussam erigens, visus est etiam Charicleam amplecti et lacrimarum affluxu, quasi quibusdam libationibus, paternum cum illa fœdus facere. Neque tamen omnino excussus est iis quæ agenda fuerant : sed paululum commoratus et populum conspicatus æquali affectu commotum, et ob fortunæ mirificum casum, tanquam in scena exhibitum, præ voluptate simul et commiseratione flentem, et ingentem clamorem ad cælum tollentem, et neque præcones silentium imperantes audientem quid velint talem turbam facientes, manifesto indicantem manu protensa silentium denuntians, commotionem vulgi in tranquillitatem composuit. Et, O vos qui adestis præsentibus dicebat : me quidem dii patrem, ut videtis et auditis, præter omnem expectationem declararunt et quod filia mea sit hæc virgo multis argumentis constat. Ego vero tanta sum erga vos et patriam benevolentia prarditus, ut haud multum curans et generis successionem et patris appellationem, quæ omnia mihi per hanc eventura fuerant, diis eam sacrificare pro vobis properem. Etsi autem vos lacrimare video et iudicium dare quod humano quodam affectu commoti sitis, denique miserari puellæ immaturam ad moriendum ætatem, miserari quoque meam nequidquam expectatam generis successionem, tamen necesse est, me vel vobis nolentibus, patrio obtemperare instituto, utilitati patriæ potius quam privatis commodis,

ἐπίπροσθεν ποιούμενον. Εἰ μὲν γὰρ τοῖς θεοῖς οὕτω φίλον ὥστε παρέχεσθαι ἢ ἄμα καὶ ἀφαιρεῖσθαι, (τοῦτο γὰρ ἤδη καὶ πάλαι πέπονθα γεννηθείσης καὶ πάσχω τὸ παρὸν εὐρεθείσης) οὐκ ἔχω λέγειν, ὑμῖν δὲ καταλείπω σκοπεῖν, οὐδ' εἴπερ ἦν ἐξέφυκισαν τῆς ἐνεγκούσης ἐπὶ πέρατα γῆς ἔσχατα, αὐθις δὲ θαυματουργοῦντες ἐν αἰχμαλώτῳ τύχῃ φέροντες ἐνεχείρισαν, ταύτην αὐτοὶ πάλιν ἱεροουργομένην προσδέζονται. Καὶ ἦν ὡς πολέμιον οὐκ ἀνείλον καὶ αἰχμαλώτων γενομένην οὐκ ἔλυμνηάμην, ταύτην θυγατέρα φανεῖσαν ἐναγίζειν, ὡς καὶ ὑμῖν ὄντος κατὰ βούλησιν τοῦ πράγματος, οὐχ ὑπερθήσομαι, οὐδὲ πείσομαι ὃ καὶ ἄλλω πάσχοντι πατρὶ συγγνωστὸν ἴσως ἂν ἦν, οὐδ' ὀκλάζω, οὐδ' εἰς ἰκεσίαν τρέπομαι, συγγνώμην δούμαι καὶ ἀφοσιώσασθαι τὸ παρὸν πρὸς τὸν νόμον, τῇ φύσει πλέον καὶ τοῖς ἐκ ταύτης πάθεσι προσθέμενος, ὡς ἐξὸν καὶ ἐτέρῳ τρόπῳ θεραπεύειν τὸ θεῖον. Ἄλλ' ὅσω συμπάσχοντες ἡμῖν οὐ λελήθατε καὶ ὡς ἴδια τὰ ἡμέτερα πάθη περιαλοῦντες, τοσοῦτω καί μοι προτιμότερα τὰ ὑμέτερα, ὀλίγον μὲν τῆς ἀκληρίας λόγον ποιουμένην, ὀλίγον δὲ τῆς ἀθλίας ταυτησί Περσίνης κατοδυρομένης, πρωτοτόκου ἢ ἄμα καὶ ἀγόνου καθισταμένης. Ὡστε, εἰ δοκεῖ, παύσασθε μὲν δακρύνοντες καὶ ἡμᾶς κατοικιζόμενοι μάτην, τῆς δὲ ἱεροουργίας ἐχόμεθα. Σὺ δὲ, ὦ θύγατερ, (πρῶτα γάρ σε καὶ ὕστατα τὸ ποθητὸν ὄνομα τοῦτο προσφθέγγομαι) ὧ μάτην μὲν ὠραία, μάτην δ' ἀνευραμένη τοὺς γεννήσαντας· ὧ τῆς ἀλλοδαπῆς βαρυτέραν τὴν πατρίδα δυστυχῆσασα, ὧ σωτηριώδους μὲν τῆς ξένης, ἐπ' ὀλέθρῳ δὲ πειρωμένη τῆς ἐνεγκούσης· μή μοι σύγγει τὸν θυμὸν ὀδυρομένη, ἀλλὰ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνό σου φρόνημα καὶ βασιλείον, νῦν, εἴπερ ποτὲ καὶ πρότερον, ἐπιδείκνυσο καὶ ἔπου τῷ γεννήσαντι, νυμφοτολῆσαι μὲν οὐ δυνηθέντι, οὐδ' ἐπὶ παστάδας καὶ θαλάμους ἀγαγόντι, πρὸς δὲ θυσίαν κοσμοῦντι καὶ δῶδας οὐ γαμηλίους ἀλλ' ἐπιβωμίους ἄπτοντι καὶ τὴν ἄμαχον ταύτην τοῦ κάλλους ἀκμὴν ἀνθ' ἱερίου προσάγοντι. Ὑμεῖς δ' ἰλήκοιτε θεοὶ τῶν εἰρημένων καὶ εἰ δή τι πρὸς τοῦ πάθους νικώμενος οὐκ εὐαγὲς ἐφθεγξάμην, ὃ τέκνον ἡμοῦ καλεσάμενος καὶ τεκνοκτόνος γινόμενος.

IZ'. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ὃ μὲν ἐπέβαλε τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲν ἐπὶ τοὺς βωμοὺς καὶ τὴν ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊὰν ἐνδεικνύμενος, πλεῖον δ' αὐτὸς πυρὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν συμυόμενος καὶ τὴν ἐπιτυχίαν τῶν ἐνηδρευμένων τῇ δημηγορίᾳ λόγων ἀπευχόμενος. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Αἰθιοπῶν ἐσεισθη πρὸς τὰ εἰρημένα καὶ οὐδὲ πρὸς βραχὺ τῆς Χαρικλείας ἀγομένης ἀνασχόμενοι, μέγα τι καὶ ἀθρόον ἐξέκραγον, Σῶζε τὴν κόρην ἀναβοῶντες, σῶζε τὸ βασιλείον αἶμα, σῶζε τὴν ὑπὸ θεῶν σωθεῖσαν. Ἐγομεν τὴν χάριν. Πεπλήρωται ἡμῖν τὸ νόμιμον. Ἐγνωρίσαμεν σε ὡς βασιλεῖα· γνώριζε καὶ σὺ σαυτὸν ὡς πατέρα. Ἰλήκοιεν οἱ θεοὶ τῆς δοκούσης παρανομίας· πλεόν παρανομήσομεν ἀνθιστάμενοι τοῖς ἐκείνων βουλήμασι. Μηδέες ἀναιρείτω τὴν ὑπ' ἐκείνων περισθεῖσαν. Ὁ τοῦ δήμου πατὴρ, γί-

consulentem. Et quidem utrum hoc diis ita placeat ut simul præbeant et auferant, (id enim jam pridem expertus sum, cum esset nata et nunc experior postquam inventa est) dicere non possum, vobis considerandum relinquo, neque an, quam extorrem egerint patria procul ad ultimos terræ fines et rursus mirabili casu in captiva fortuna offerentes tradiderint, eandem rursus mactari sint admissuri. Et, quam ut hostem non sustuli et captivam nullo detrimento affeci, eam filiam cognitam sacrificare, siquidem vestra voluntas ita fert, non cunctabor, neque affectui succumbam, quod alii patri fortasse condonandum esset, nec frangar animo, nec deprecabor ut veniam detis et hoc officium in præsentia naturæ præ lege tribuatis, eo plus erga illam affectui dantes, quod alio quoque modo liceat placare numen. Sed ut vos, quod æque atque ego animo afficeremini, significationem dedistis et nostros casus non secus ac privatos doluistis, ita et a me vestræ rationes longe meis anteponuntur, parum curante hanc calamitatem, haud multum quoque hanc miseram Persinam lugentem, quæ simul et primi factus parens et prole orba reddita est. Quamobrem, si videtur, desinite a lacrimis et nostri inutili commiseratione: ad sacrificium autem aggrediamur. Tu vero, filia, (primum enim te hoc suavi nomine et ultimum alloquor) o nequidquam formosa et quæ frustra parentes invenisti, quæ in patriam aliena terra longe graviolem infeliciter incidisti et peregrinam quidem salutatem, patriam autem perniciosam experta es, ne mihi animum lugubri fletu perturbes, sed si unquam antea magnos illos spiritus ac regios ostendisti, nunc præcipue attolle et sequere parentem qui te quidem nuptiali stola ornare non potuit, nec in thalamos ducit sed ad sacrificium instruit et faces non nuptiales sed ad usum sacrificii destinatas accendit et invictam hanc pulchritudinem pro victimis offert. Vos autem, dii, propitii estote iis quæ dicta sunt et si quid præterea affectu victus parum pie aut religiose sum locutus, qui simul filiam vocarim et interfector illius existam.

XVII. Et hæc cum dixisset, injiciebat Charicleæ manus, ducere se eam ad aras et pyram, quæ desuper erat assumulans, vehementiori tamen igne pectora ejus ardebant, eventum verborum, quæ pro concione fecerat, ut se in animos audientium insinuaret, deprecans. Multitudo autem Æthiopum concussa est ad ea quæ dicta fuerant et ne paullulum quidem duci Charicleam sustinens, magnum clamorem quemdam et subitum edidit, Serva virginem, vociferans, serva regium sanguinem: serva eam, quam dii salvam esse voluerunt. Habemus gratiam. Impletum est nobis id quod legibus debebatur. Agnovimus te ut regem, agnosce te tu quoque ut patrem: propitii sint dii huic, ut videtur, delicto. Magis peccabimus, resistentes illorum voluntati. Nemo interficiat ab illis conservatam. Qui es pater populi,

γνου καὶ κατ' οἶκον πατήρ. Καὶ μυρίας ἐπὶ τούτοις καὶ ὁμοίας φωνὰς ἰέντες, τέλος καὶ ἔργῳ τὸ κωλύειν ἐπεδείκνυντο, προϊστάμενοί τε καὶ ἀντιστάμενοι καὶ διὰ τῶν ἄλλων θυσιῶν ἰλάσκεσθαι τὸ θεῖον αἰτοῦντες.

6 Ὁ δ' Ὑδάσπης ἐκὼν τε καὶ χαιρών προσέειπε τὴν ἤταν, τὴν εὐκτὴν ταυτηνὴ βίαν αὐθαίρετος ὑπομένων καὶ τοὺς δῆμους ἐπαλλήλοισ τὰς ἐκδοθήσεται χρονιώτερον ἐντροφῶντας καὶ τὰς εὐφημίαις ἀγερωχότερον ἐπισκίρωντας ὄρων, τοῖς μὲν ἐμφορηθῆναι τῆς ἡδονῆς ἐνεδίδου, κατασταληναί ποτε πρὸς ἡσυχίαν ἐκόντας ἀναμένων.

III. Αὐτὸς δὲ πλησιαιότερον τῇ Χαρικλείᾳ παραστάς, Ὡ φιλάτη, ἔλεγεν, ἐμὴν μὲν εἶναι σε θυγατέρα, τὰ τε γνωρίσματα ἐμήνυσε καὶ ὁ σοφὸς Σισιμίθρης ἐμαρτύρησε καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς πρὸ πάντων ἀνέδειξεν. Ἄλλ' οὐτοσί τίς ποτ' ἐστίν ὁ σοὶ μὲν ἅμα συλληθηθεὶς, καὶ εἰς τὰς ἐπινικίους σπονδὰς τοῖς θεοῖς συμφολαχθεὶς, νυνὶ δὲ τοῖς βωμοῖς εἰς τὴν ἱερουργίαν προσιδρυμένος; Καὶ πῶς αὐτὸν ἀδελφὸν ὀνόμαζες, ὅτε μοι τὸ πρῶτον κατὰ τὴν Συήνην προσήχθητε; οὐ γὰρ δήπου καὶ οὗτος ἡμέτερος υἱὸς εὐρεθήσεται, ἅπαξ γὰρ Περσίνα καὶ σε μόνην ἐκυφορήσε. Καὶ ἡ Χαρικλεία σὺν ἐρυθρήματι κατανεύσασα, Τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐψευσάμενη, ἔφη, τῆς χρείας τὸ πλάσμα συνθείσης, ὅστις δ' ἐστὶν ἀληθῶς, αὐτὸς ἂν λέγοι βέλτιον, ἀνὴρ τε γὰρ ἐστί καὶ ἐμοῦ τῆς γυναικὸς εὐθαρσέστερον ἐξαγορεύειν οὐκ αἰσχυνθήσεται. Καὶ ὁ Ὑδάσπης μὴ συλλαβῶν τὸν νοῦν τῶν εἰρημένων, Σύγγνωθι, ἔφη, θυγάτριον, κατερυθρίασασα δι' ἡμᾶς παρθενικῆς αἰδοῦς ἀνοικεῖον

30 πῦσιν ὑπὲρ νεανίου σοὶ προσαγαγόντας. Ἄλλὰ σὺ μὲν κατὰ τὴν σκηνὴν ἅμα τῇ μητρὶ κάθησο, ἐνευφραίνεσθαί τέ σε παρέχουσα, πλέον ἢ ὅτε σ' ἐτικτεν ὠδινούση, τῇ ἐπὶ σοὶ τὸ παρὸν ἀπολαύσει καὶ τοῖς κατὰ σαυτὴν διηγῆμασι παρηγορούσα. Ἡμῖν δὲ τῶν ἱερείων

35 μελήσει, τῆς ἀντί σου σφραγισθησομένης ἅμα τῇ νεανία παντοίως εἶ τινα εὐροικμεν ἀνταξίαν ἐπιλεχθείσης.

IO. Καὶ ἡ Χαρικλεία μικροῦ μὲν ἐξωλόλυξε, πρὸς τὴν δῆλωσιν τῆς τοῦ Θεαγένους σφραγῆς ἐκτραχυθεῖσα· μόγις δ' οὖν τὸ συμφέρον τιθεμένη καὶ πρὸς τὸ ἐκμανέν

40 τοῦ πάθους διὰ τὸ χρεῖωδες ἐγκαρτερῆσαι βιασαμένη, πάλιν ὑφείρπε τὸν σκοπόν. Καὶ Ὡ δέσποτα, ἔλεγεν, ἀλλ' οὐδὲ κόρη μὲν ἴσως ἐτ' ἐχρῆν σε ἐπιζητεῖν, ἅπαξ τὸ οὐδὲν τὸ ἱερεῖον τὸ θῆλυ δι' ἐμοῦ συγχωρήσαντος. Εἰ δ' οὖν προσφιλονεικίῃ τις, ἄρτιον καὶ ἐξ ἑκατέρου

45 γένους ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἱερουργίαν, ὦρα σοὶ μὴ κόρη μόνην, ἀλλὰ καὶ νεανίαν ἄλλον ἐπιζητεῖν, ἢ μὴ τοῦτο ποιοῦντα μὴδὲ κόρην ἄλλην ἀλλ' ἐμὲ πάλιν σφραγιάζειν. Τοῦ δὲ, Εὐφήμησον, εἰπόντος, καὶ τὴν αἰτίαν, διότι τοῦτο λέγει, πυνθανομένου· Ὅτι, ἔφη, ἐμοὶ καὶ ζῶντι

50 συζῆν καὶ θνήσκοντι συντεθνάει τῷ ἀνδρὶ τῷδε πρὸς τοῦ δαιμονίου καθεῖμαρται.

K. Πρὸς ταῦθ' ὁ Ὑδάσπης, οὐπω τῶν ὄντων ἐπήβολος γινόμενος, Ἐπαινῶ μὲν σε τῆς φιλανθρωπίας, Ὡ θυγάτερ, ἔφη, ξένον καὶ Ἐλληνα καὶ ἧλιχα καὶ

esto et domi tuæ pater. Et sexcentas ad hæc et his similes voces, proferebant. Ad extremum et re ipsa se prohibere declarabant, opposcentes se et obsistentes, aliis sacrificiis placari numen postulantes. Hydaspes autem ultro et lætus patiebatur se hac in parte superari, optatam banc vim sponte sustinens et populum continuis exclamationibus diutius indulgentem et gratulationibus insolentius lascivientem videns, huic quidem voluptate se implendi facultatem dedit, exspectans ut aliquando sua sponte conquiesceret.

XVIII. Ceterum cum proxime Charicleam adstitisset, Carissima, dicebat, quod tu quidem mea sis filia, tum indleia ostenderunt, tum sapiens Sisimithres testatus est, et ante omnia deorum benevolentia declaravit. Sed iste quis tandem est, qui una tecum captus ad sacra diis facienda ob partam victoriam servatus, nunc aris ut inactetur admotus est? Et quomodo illum fratrem nominabas, quando in conspectum meum Syenæ primum adducti estis? Neque enim utique et ipse filius noster esse reperietur, semel enim Persina et te solam enixa est. Chariclea autem, humi defixis oculis cum rubore, Fratrem quidem, inquit, eum esse mentita sum, necessitate commentum suppeditante, qui autem sit revera, ipse melius exponet, vir enim est et confidentius me muliere narrare non reverebitur. Hydaspes autem cum non intellexisset sententiam dictorum, Da, inquit, veniam, filiola, quæ per nos rubore suffusa es, alienam a virginali pudore quæstionem de adolescente tibi proponentes. Sed tu quidem in tabernaculo una cum matre sede, majorem lætitiā illi nunc affers, quam cum te peperit doloribus cruciata, tuæ præsentis fructu et illam de tuis rebus narratione consolans. Nobis autem sacrificia curæ erunt, delecta omnino ea, si quam invenerimus idoneam, quæ pro te una cum adolescente mactetur.

XIX. Chariclea vero parum absuit, quin ejulatum ederet significatione mactationis Theagenis commota: vix tamen, utilitati serviens, et furibundo affectu necessitate postulante represso, rursus occulte adrepebat ad scopum et O domine, dicebat, sed neque puellam fortasse te amplius inquirere oportuit, cum tibi semel populus feminei sexus victimam per me remisit. Quod si quis contendat par et ex utroque sexu sacrificandum esse, non puella tantum sed et adolescens alius tibi inquirendus est: aut nisi hoc feceris, nec puella alia, sed ego iterum mactanda sum. Di meliora, subjiciente et causam quamobrem hoc diceret quærente; Quod, inquit, et cum vivo hoc viro me vivere et cum moriente una mori divinitus est constitutum.

XX. Ad hæc Hydaspes, cum nondum rem ipsam conjiceret, Laudo quidem, inquit, tuam hanc humanitatem, filia, quæ peregrinum et Græcum et æqualem, uaque

συναγμάλωτον καὶ συνήθειαν πρὸς σε τὴν ἐκ τῆς ἐκ-
δημίας κεκτημένον, χρηστῶς κατελευσάν καὶ περισώ-
ζειν ἐπινοῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἐκεῖνος ἐξαι-
ρεθεῖ τῆς ἱερουργίας. Ἄλλως τε γὰρ οὐκ εὐαγὲς
6 παντάπασι περιγραφῆναι τὸ πάτριον τῆς τῶν ἐπινικίων
θυσίας· καὶ ἅμα οὐδ' ἂν ὁ δῆμος ἀνάσχοιτο, μόλις
καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ σοι συγχώρησιν θεῶν εὐμενεῖα κινή-
θεις. Ἡ δὲ οὖν Χαρίκλεια, Ὡ βασιλεῦ, ἔφη, πα-
τέρα γὰρ σε καλεῖν τάχα οὐκ ἐγγίγνεται, εἰ μὲν δὲ
10 θεῶν εὐμενεῖα σῶμα τοῦμόν περισέσωσται, τῆς αὐτῆς
ἂν γένοιτο εὐμενεῖας καὶ τὴν ἐμὴν ἐμοὶ περισῶσαι ψυ-
χὴν, ἣν ἀληθῶς εἶναι μοι ψυχὴν ἐπικλώσαντες ἴσασι.
Εἰ δὲ τοῦτ' ἀβούλητον Μοίραις εὐρίσκοιτο καὶ δεήσοι
πάντως τὰ ἱερεῖα κοσμηῆσαι σφαγιασθέντα τὸν ξένον, ἐν
15 γούν μοι χαρίσασθαι νεύσον· αὐτὴν με κέλευσον αὐτουρ-
γῆσαι τὸ θῦμα καὶ τὸ ξίφος ὡς κειμήλιον δεξαμένην,
περίβλεπτον ἐπ' ἀνδρεία παρ' Αἰθίοψιν ἀναδειχθῆναι.

ΚΑ'. Διαταραχθεὶς δὲ πρὸς ταῦθ' ὁ Ὑδάσπης, Ἄλλ'
οὐ συνήμι, ἔφη, τὴν πρὸς τάναντία σου τῆς γνώμης
20 μεταβολὴν, ἀρτίως μὲν ὑπερασπίζειν τοῦ ξένου πειρω-
μένης, νυνὶ δ' ὡς πολεμίου τινὸς αὐτόχειρα γενέσθαι
παρακαλούσης. Ἄλλ' οὐδὲ σεμνόν τι καὶ ἐπίδοξον,
ὅσα γε πρὸς σε καὶ τὴν σὴν ἡλικίαν, ἐνορῶ τῇ πράξει.
Καὶ τούτου δ' ὄντος, τὸ δυνατόν οὐκ ἔστι· μόνοις γὰρ
25 τοῖς ἱερωμένοις τῷ τε Ἡλίῳ καὶ τῇ Σεληνίᾳ πρὸς τῶν
πατριῶν ἀποκεκλήρωται ἤδη πρᾶξις καὶ τούτοις οὐ
τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῦ μὲν γυναικί, τῆς δ' ἀνδρὶ συ-
νοικοῦσης· ὡσθ' ἡ κατὰ σε παρθενία κωλύει τὴν οὐκ
οἶδ' ὅπως γιγνομένην αἴτησιν. Ἄλλὰ τούτου γ' ἔνεκεν
30 οὐδὲν ἐμπόδιον, ἔφη ἡ Χαρίκλεια, λάθρα καὶ παρὰ τὸ
οὐς τῇ Περσίνῃ προσκύψασα· ἔστι γὰρ καμοὶ, μήτηρ,
VII. Nam Theron erat aliquis, homo nefandus, injusti lucri cupiditate mare navigans, et piratas habens portubus subsidentes, nomine collegii vectorii piraticum cogens. Is cum interesset funeri, conjecerat oculos in aurum; nocturne pervigil decumbens ita se compellat: Ego vero tot cum periculis mari conflictor, et vivos occido, parvi lucelli gratia, qui semel ab una mortua possim ditescere. Jacta sit alea. Neutiquam dimisero prædam. Quos autem mihi facinoris hujus adscisco satellites? Dispice, Theron, quis eorum, quos nosti, idoneus? Zenophanes Thurius, sagax quidem, sed timidus. Meno Messenius audax, sed proditor. Ita secum singulos percensens, ut argenti explorator, multos quum improbasset, aliquos tamen aptos judicabat. Mane ergo de navi in portum transcurrrens, eorum unumquemque indagabat et inveniebat partim in lupanari, partim in popinis; dignum istoc imperatore exercitum. Quos ad communem de re necessaria deliberationem excitatos et seductos post portum sic alloquitur: Præ aliis omnibus ego vos inventi thesauri participes elegi. Neque enim unius hominis est lucrum, neque multo labore indiget; sed una nox omnes ditare nos poterit. Etiam imperiti non sumus talium facinorum, quæ apud stultos quidem audiunt male, prudentibus autem ferunt compendia. Continuo illi intelligentes aut latrocinium denunciare, aut violationem sepulcri, aut sacrilegium: Noli suadere, inquit, quibus jam persuasisti. Modo negotium indica. Tempori parcamus. Vidistis, inde Theron occipit, vidistis aurum et argentum mortuæ. Ea vivis nobis justiore titulo cesserint. Hinc suadeo de nocte sepulcrum aperire; impositamque scaphæ mercem quo nos cunque terrarum ventus detulerit, peregre distrahere. Placuit. Vos interim, pergebat, ad consueta deversoria et negotia redite. Profunda vero vespera ad scapham quisque instrumento fabrilis armatus deveniat. Hæc illi moliti.

VIII. Callirrhœ interim iterato quasi partu post sepultos manes in lucem eniti, et, accedente superstitione adhuc animabus per inedia aliqua relaxatione, vix et pedetentim re-

καὶ κατ' ὀλίγον ἀνέπνευσεν· ἔπειτα κινεῖν ἤρξατο κατὰ
 μέλη τὸ σῶμα· διανοίγουσα δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἴσθη-
 σιν ἐλάμβανεν ἐγειρομένης ἐξ ὕπνου καὶ ὡς συγκαθεύ-
 δοντα Χαίρεάν ἐκάλεσεν. Ἐπει δ' οὐθ' ὁ ἀνὴρ, οὐθ'
 αἱ θεραπαινίδες ἤκουον, πάντα δ' ἦν ἔρημα καὶ σκότος,
 φρίκη καὶ τρόμος τὴν παῖδα κατελάμβανεν, οὐ δυνα-
 μένην τῷ λογισμῷ συμβαλεῖν τὴν ἀλήθειαν. Μόλις
 δ' ἀνεγειρομένη στεφάνων προσήψατο καὶ ταινιωῶν, ψό-
 φρον ἐποίει χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου· πολλή δ' ἦν ἀρω-
 10 μάτων * εὐνή. Τότε οὖν ἀνεμνήσθη τοῦ λακτίσματος
 καὶ τοῦ δι' ἐκεῖνο πτώματος. Μόλις τε τὸν ἐκ τῆς
 ἀγωνίας ἐνόησε τάφου· ἔρραξεν οὖν φωνὴν, ὅσσην ἐδού-
 νατο, Σώζετε· βοήθειτε. Ἐπει δὲ πολλάκις αὐτῆς
 κεκραγυίας οὐδὲν ἐγένετο πλέον, ἀπήλπισεν ἔτι τὴν
 15 σωτηρίαν καὶ ἐνόησα τοῖς γόνασι τὴν κεφαλὴν ἐθρήνει
 λέγουσα· Οἴμοι τῶν κακῶν· ζῶσα κατώρυγμαί, μηδὲν
 ἀδικούσα καὶ ἀποθνήσκω θάνατον μακρὸν. Ὑγιαί-
 νουσάν· με πενθοῦσι. Τίνα τις ἄγγελον πέμψει; ἄδικε
 Χαίρεά, μέφομαί σε, οὐχ ὅτι με ἀπέκτεινας, ἀλλ'
 20 ὅτι με ἔσπευσας ἐκβαλεῖν τῆς οἰκίας. Οὐκ ἔδει σε
 ταχέως θάψαι Καλλιρρόην οὐδ' ἀληθῶς ἀποθανούσαν.
 Ἄλλ' ἤδη τάχα τι βουλεύῃ περὶ γάμου. Κάκεινθ μὲν
 ἐν ποικίλοις ἦν ὀδυρμοῖς. Χ

Θ'. Ὁ δὲ Θήρων, φυλάξας αὐτὸ τὸ μεσονύκτιον,
 25 ἀσφορητὴ προσῆει τῷ τάφῳ, κούφως ταῖς κόπαις ἀπτό-
 μενος τῆς θαλάσσης. Ἐμβαινὼν δὲ πρῶτον ἐπέταξε τὴν
 ὑπηρεσίαν (τὸν τρόπον) τοῦτον. Τέσσαρας μὲν ἀπέ-
 στειλεν ἐπὶ κατασκοπήν, εἴ τινες προσίοιεν εἰς τὸν τό-
 πον, εἰ μὲν δύναιντο, φρονεῖν· εἰ δὲ μὴ, συνθήματι
 30 μηνύειν τὴν ἀφίξιν αὐτῶν. Πέμπτος δ' αὐτὸς προσῆει
 τῷ τάφῳ· τοὺς δὲ λοιποὺς, ἦσαν γὰρ οἱ σύμπαντες
 ἐκκαίδεκα, μένειν ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐκέλευσε καὶ τὰς
 κόπας ἔχειν ἐπτερωμένας ἵνα, ἐάν τι αἰφνίδιον συμ-
 35 βαινῇ, ταχέως τοὺς ἀπὸ γῆς ἀρπάσαντες ἀποπλεύσω-
 σιν. Ἐπει δὲ μοχλοὶ προσηνέχθησαν καὶ σφοδρότερα
 πληγὴ πρὸς τὴν ἀναρρήξιν τοῦ τάφου, τὴν Καλλιρρόην
 κατελάμβανεν ἡμοῦ πάντα, φόβος, χαρὰ, λύπη, θαυ-
 40 μασμός, ἐλπίς, ἀπιστία. Πόθεν ὁ ψόφος; ἄρα τις
 θαμίμων κατὰ νόμον κοινὸν τῶν ἀποθνησκόντων ἐπ' ἐμὲ
 παραγίνεται τὴν ἀθλίαν; ἢ ψόφος οὐκ ἔστιν ἀλλὰ φωνὴ
 45 καλοῦντων με τῶν ὑποχθονίων πρὸς αὐτούς; Ἐμβιω-
 ρύχους μᾶλλον εἰκὸς εἶναι· καὶ γὰρ τοῦτό μου ταῖς
 συμφοραῖς προσετέθη, πλοῦτος ἄγρηστος νεκρῶ. Ταῦτα
 ἔτι λογιζομένης αὐτῆς, προῦθαλε τὴν κεφαλὴν ὁ λη-
 45 στής καὶ κατὰ μικρὸν εἰσεδύετο. Καλλιρρόη δ' αὐτῷ
 προσπεσοῦσα, βουλομένη δεηθῆναι· κάκεινος φοβηθεὶς
 ἐξεπήδησε, τρέμων δὲ πρὸς τοὺς ἐταίρους ἐφθέγγετο·
 Πεύγομεν ἐντεῦθεν· θαίμων γὰρ τις φυλάττει τὰ ἐν-
 50 δον καὶ εἰσελθεῖν ἡμῖν οὐκ ἐπιτρέπει. Κατεγέλασε
 Θήρων, δειλὸν εἰπὼν καὶ νεκρότερον τῆς τεθνεώσης.
 Εἶτ' ἐκέλευσε ἄλλον εἰσελθεῖν. Ἐπει δ' οὐδεὶς ὑπέμε-
 νεν, αὐτὸς εἰσῆλθε προβαλλόμενος τὸ ξίφος. Λάμπαν-
 τος δὲ τοῦ σιδήρου, δείσασα ἡ Καλλιρρόη, μὴ φρονεῦθῃ,
 πρὸς τὴν γυνίαν ἐξέτεινεν ἑαυτὴν, κάκειθεν ἰκέτευε,

spirare; dein movere singula per membra corpus; palpebris
 denique diductis sensum sui somno evigilantis percipere;
 Chæream vocare quasi accubantem. Quum vero neque
 maritus, neque ancillæ audirent, omniaque deserta essent
 et tenebricosa, inhorrescere puella et contremiscere, quid
 de se factum exputare plane impotens. Erecto vix tan-
 dem corpore, corollas et tænias contrectans, et crepitum
 atfactiauri et argenti percipiens, et accumulatus erat * multo
 aromate torus; sic demum recordari calcem inflictam; et
 casum inde suum cœpit. Vix tandem sibi reddita ex animi
 summo angore agnoscere sepulcrum, rumpere protinus
 vocem quam potuit maximam. Subvenite. Succurrite.
 Sæpius autem clamanti quum nihilo plus fieret, desperare
 porro de salute sua cœpit, et dejecto intra genua capite,
 sic lamentari: Heu mihi malorum! viva defossa sum, in-
 noxia. Morior morte longa. Valentem me lugent. Quem
 quis nuntium miserit! inique Chærea, incuso te, non quod
 occidisti, sed quod ejicere domo tam properasti. Non de-
 bueras Callirrhœen confestim tumulare, ne quidem vere
 mortuam. Sed forte jamdudum cogitas de novis nuptiis.

IX. Interea, dum illa varia lamentatur, Theron, me-
 diam servans noctem, sine strepitu accedit ad conditorium,
 summum remis radens mare; et ministeria in terram egres-
 sus sic ordinat. Quatuor emissi speculatum, jussique
 occidere, quisquis illuc accederet; si nequirent, signo sal-
 tem constituto edito accedentes prodere. Ipse cum qua-
 tuor aliis aggrediebatur tumultum. Cæteris mandatam
 erant autem omnes omnino sedecim, in celoco manere, re-
 mis erectis et in navigationem aptatis, quo ad subitum
 quemvis casum ex continente se corripientes actutum au-
 fugerent. Callirrhœen vero, vectes admotos sentientem, et
 ictus validiores revellendo conditorio impactos, simul omnia
 invadunt: timor, gaudium, tristitia, admiratio, spes, dif-
 fidentia. Unde iste strepitus! Dæmonumine quisquam
 inferorum, communi defunctorum lege, ad me tendit,
 miseram? Atqui strepulus non est, sed clara vox infero-
 rum in suam dilionem me evocantium. Quin sepulcrorum
 perfossores rectius videntur esse. Nam et hoc additum
 meis calamitatibus, opes cadaveri inutilis. Hæc illa vo-
 lutare adhuc, quum latro unus projectum per foramen
 caput sensim inserebat; quem adorta Callirrhœ, volens
 obscurare. Ille vero territus resiliit et sodales pavore tre-
 mens hortari. Fugiamus hinc, amici. Genius aliquis in-
 tus posita servat, neque permittit nobis introitum. Irri-
 sum hominem Theron imbellem objurgat, et ipsa mortua
 magis exanimem; aliumque jubet penetrare. Sed quum
 negarent omnes, ipse projecto gladio irrepit. Micante
 autem ferro, verita, ne periret, Callirrhœ in angulum
 extendebat se, vocemque mittebat inde supplex exilium.

λεπτὴν ἀφείσα φωνήν· Ἐλέησον, ὅστις ποτ' εἶ, τὴν οὐκ ἐλεηθεῖσαν ὑπ' ἀνδρὸς, οὐδὲ γονέων· μὴ ἀποκτείνης ἣν σέσωκας. Μᾶλλον ἐθάρσησεν ὁ Θήρων, καὶ οἷα δεινὸς ἀνὴρ ἐνόησε τὴν ἀλήθειαν. Ἔσθη δὲ σύν-
 5 νους καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐβουλεύσατο κτείνειν τὴν γυναῖκα, νομίζων ἐμπόδιον ἔσσεσθαι τῆς ὄλης πράξεως· ταχεῖα δὲ διὰ τὸ κέρδος ἐγένετο μετάνοια καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπεν· Ἔστω καὶ αὕτη τῶν ἐνταφίων μέρος· πολλὸς μὲν ἄργυρος ἐνταῦθα, πολλὸς δὲ χρυσὸς, τούτων
 10 δὲ πάντων τὸ τῆς γυναικὸς τιμιώτερον κάλλος. Ἀβόητος οὖν τῆς χειρὸς ἐξήγαγεν αὐτήν. Εἶτα καλέσας τὸν συνεργόν· Ἰδοὺ, φησὶν, ὁ δαίμων, ὃν ἐφοβοῦ. καλὸς γε ληστής φοβηθεὶς καὶ γυναῖκα. Ὑμεῖς μὲν οὖν φυλάττετε ταύτην· θέλω γὰρ αὐτὴν ἀποδοῦναι τοῖς
 15 γονεῦσιν. Ἡμεῖς δ' ἐκφέρωμεν τὰ ἔνδον ἀποκείμενα, μηκέτι μηδὲ τῆς νεκρᾶς αὐτὰ τηρούσης·

Ι. Ἐπεὶ δ' ἐνέπλησαν τὸν κέλητα τῶν λαφύρων, ἐκέλευσεν ὁ Θήρων τὸν φύλακα μικρὸν ἀποστῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς. Εἶτα βουλὴν προσέθηκε περὶ αὐτῆς.
 20 Ἐγένοντο δ' αἱ γνώμαι διάφοροι καὶ ἀλλήλαις ὑπεναντίαι. Πρῶτος γὰρ τις εἶπεν· Ἐφ' ἕτερα μὲν ἤλομεν, ὧ συστρατιῶται, βέλτιον δὲ τὸ παρὰ τῆς τύχης ἀποβέβηκε χρησόμεθα αὐτῇ· δυνάμεθα γὰρ ἀκινδύνως ἐργάσθαι· δοκεῖ δὴ μοι τὰ μὲν ἐντάφια κατὰ χώραν εἶναι,
 25 ἀποδοῦναι δὲ τὴν Καλλιρρόην ἀνδρὶ καὶ πατρὶ, φήσαντας, ὅτι προσωρμίσθημεν τῷ τάφῳ κατὰ συνήθειαν ἀλιευτικὴν, ἀκούσαντες δὲ φωνὴν ἠνοίξαμεν κατὰ φιλανθρωπίαν, ἵνα σώσωμεν τὴν ἔνδον ἀποκεκλεισμένην. Ὁρκίσωμεν δὲ τὴν γυναῖκα πάντα ἡμῖν μαρτυρεῖν. Ἡδέως
 30 δὲ ποιήσει, χάριν ὀφείλουσα τοῖς εὐεργέταις, δι' ὧν ἐσώθη. Πόσης ὀίεσθε χαρᾶς ἐμπλήσομεν τὴν ὄλην Σικελίαν; πόσας ληψόμεθα δωρεάς; ἅμα δὲ καὶ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια καὶ πρὸς θεούς ὅσια ταῦτα ποιήσομεν. Ἔτι δ' αὐτοῦ λέγοντος, ἕτερος ἀντεῖπεν·
 35 Ἄκαιρε καὶ ἀνόητε, νῦν ἡμᾶς κελεύεις φιλοσοφεῖν; ἄρα γε τὸ τυμβωρυχεῖν ἡμᾶς ἐποίησε χρηστούς· ἐλεήσομεν ἣν οὐκ ἠλέησεν ἴδιος ἀνὴρ, ἀλλ' ἀπέκτεινεν· οὐδὲν γὰρ ἠδίκηκεν ἡμᾶς· ἀλλ' ἀδίκησει τὰ μέγιστα. Πρῶτον μὲν γὰρ, ἂν ἀποδῶμεν αὐτὴν τοῖς προσήκου-
 40 σιν, ἄδῃλον, ἣν ἐξουσι γνῶμην περὶ τοῦ γεγονότος, καὶ ἀδύνατον μὴ ὑποπτευθῆναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἤλομεν ἐπὶ τὸν τάφον. Ἐὰν δὲ καὶ χάρισσονται τὴν τιμωρίαν ἡμῖν οἱ τῆς γυναικὸς συγγενεῖς, ἀλλ' οἱ Ἄρχοντες καὶ ὁ δῆμος αὐτὸς οὐκ ἀφήσει τυμβωρύχους
 45 ἄγοντας καθ' αὐτῶν τὸ φορτίον. Τάχα δὲ τις ἔρει, λυσιτελέστερον εἶναι, πωλῆσαι τὴν γυναῖκα· τιμὴν γὰρ εὐρήσειν διὰ τὸ κάλλος. Ἔχει δὲ καὶ τοῦτο κίνδυνον· ὁ μὲν γὰρ χρυσὸς οὐκ ἔχει φωνήν, οὐδ' ὁ ἄργυρος ἔρει, πόθεν αὐτὸν εἰληφάμεν· ἔξεστιν ἐπὶ
 50 τούτοις πλάσασθαι καὶ διήγημα. Φορτίον δ' ἔχον ὀφθαλμούς τε καὶ ὤτα καὶ γλῶσσαν τίς ἂν ἀποκρύψαι δύναται; καὶ γὰρ οὐδὲ ἀνθρώπινον τὸ κάλλος, ἵνα λάθωμεν· ὅτε δούλην ἐροῦμεν τίς αὐτὴν ἰδὼν τούτῳ πιστεύσει; φρονέωμεν οὖν αὐτὴν ἐνθάδε, καὶ μὴ περι-ἀ-

Miserere, quisquis es, cujus neque maritus, neque parentes, miserti sunt. Ne perimas, quam servasti magis. Theroni sic animus rediit, qui, ut sagax homo sibique semper præsens, confestim intellecta re, cogitabundus hæsitabat; et primum quidem volebat occidere mulierem, ratus illam totius molitionis impedimentum fore. Mox tamen ob lucrum mutato consilio, ipse sic ad se : Sit et ipsa mundi feralis accessio, ait. Abunde argenti, abunde auri. Sed pretiosior tamen his omnibus forma mulieris. Manu itaque prehensam extrahit, vocatoque sodali : En tibi genium, ait, quem verebaris. Egregium illum mihi latronem, qui vel mulierem pavet. Servate hanc vos quidem; volo enim parentibus reddere. Nos autem efferamus intus sita, quæ vel ipsa mortua non amplius custodit.

X. Onerato sic lembo, Theron parum secedere cum muliere custodem jubet, de qua proponit consultationem. Alii alia sentire et adversa sibi. Primus enim quis : Ob aliud quidem venimus, ait, commilitones : Fortuna vero spe quid melius instituit. Quo utamur velim. Sic enim, quidquid fecimus, fecisse indemnes et sine periculo poterimus. Inferias loco suo sinamus, sic mihi videtur; redamur marito patrique Callirrhoën, præfati, appulisse ad conditorium pro more piscatorum, et audita voce, instinctu humanitatis admonitos aperuisse, ad servandam intus conclusam. Sacramento mulierem obstringamus omnia nobis contestari. Libenter autem faciet hanc gratiam, quibus et ipsa tantum debet, benefactoribus, quorum ope faucibus Orci erepta est. Quanto, putatis, gaudio totam Siciliam replebimus? Quot et quæ feremus munera? Etiam eadem opera et jus adversum homines et fas adversum deos servaverimus. Intempestive et stolidè, sic increpat alter adhuc disserentem, philosophari nunc nos jubes? Itane nos violatio sepulcrorum sanctos probosque effecerit? Miserebimur scilicet, cujus neque ipse maritus; imo quam peremit. At nunquam nos læsit? Lædet nimirum, sed sic, ut pessumdet. Primum quidem si gentilibus illam restituerimus, obscurum, quid illi hoc de facinore sentient. Fieri sane nequit ut in causæ suspicionem non incurramus, quapropter sepulcrum attentaverimus. Dein, etiamsi illi de pœna nobis gratificentur, gentiles puta; atqui Archontes et populus non dimittent sepulcrorum perfossores, qui sarcinam hanc ipsorum oculis audacter ingerant. Forte quis dicet, expedire mulierem vendi. Inveniet enim pretium ob formam. Sic dicet: atqui etiam hoc periculo non caret. Aurum quidem mutum est, neque argentum crepabit, unde et qui ad nos devenerit. Licet hanc in rem fabulam confingere. At sarcinam, et oculis et auribus et lingua instructam, quis amabo abscondat? neque enim humana est forma, ut quasi servam venditantes queamus fallere; quis id credat spectator? hoc ergo ipso in loco confodiamus, ne-

γωμεν καθ' αὐτῶν τὸν κατήγορον." Πολλῶν δὲ τούτοις συντιθεμένων, οὐδετέρᾳ γνώμῃ Θήρων ἐπεψήφισε." Σὺ μὲν γάρ, εἶπε, κίνδυνον ἐπάγεις, σὺ δὲ κέρδος ἀπολλύεις. Ἐγὼ δ' ἀποδώσομαι τὴν γυναῖκα μᾶλλον ἢ ἀπολέσω· πωλουμένη μὲν γάρ σιγήσει διὰ τὸν φόβον· πραθείσα δὲ κατηγορεύω τῶν μὴ παρόντων· οὐδὲ γὰρ ἀκίνδυνον βίον ζῶμεν. Ἄλλ' ἐμβάνετε. Πλέωμεν. Ἦδη γάρ ἐστι πρὸς ἡμέραν.¹

ΙΑ'. Ἄναχθεῖσα δ' ἡ ναῦς ἐφέρετο λαμπρῶς· οὐδὲ γὰρ ἐβιάζοντο πρὸς κύμα καὶ πνεῦμα, τῷ μὴ προκῆσθαι τίνα πλοῦν ἴδιον αὐτοῖς· ἀλλὰ πᾶς ἄνεμος οὐριος αὐτοῖς ἐδόκει καὶ κατὰ πρύμναν εἰστήκει. Καλλιρρόην δὲ παρεμυθεῖτο Θήρων, ποικίλαις ἐπινοίαις πειρώμενος ἀπατᾶν. Ἐκείνη δ' ἠσθάνετο τὰ καθ' ἑαυτὴν καὶ ὅτι ἄλλοις ἐσώθη· προσπειεῖτο δὲ μὴ νοεῖν, ἀλλὰ πιστεύειν, δεδοικυῖα μὴ ἄρα καὶ ἀνέλωσιν αὐτὴν, ὡς ὀργιζομένην. Εἰποῦσα δὲ μὴ φέρειν τὴν θάλασσαν, ἐγκαλυψαμένη καὶ διακρύψασα· "Σὺ μὲν, ἔφη, πάτερ, ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσῃ τριακοσίας ναῦς Ἀθηναίων κατεναυμάχηςας, ἤρπασε δέ σου τὴν θυγατέρα κέλῃς μικρὸς καὶ οὐδὲν μοι βοηθεῖς. Ἐπὶ ξένην ἄγομαι γῆν καὶ δουλεύειν με δεῖ τὴν εὐγενῆ. Τάχα δ' ἀγοράσει τις τὴν Ἑρμοκράτους θυγατέρα δεσπότης Ἀθηναῖος· πόσω μοι κρεῖττον ἦν ἐν τάφῳ κείσθαι νεκράν. Πάντως ἂν μετ' ἐμοῦ Χαίρεας ἐκῆδευθη· νῦν δὲ καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες διεξεύχομεν." Ἦ μὲν οὖν ἐν τοιούτοις ἦν ὄδυμοις, οἱ δὲ λησταὶ νήσους μικρὰς καὶ πόλεις παρέπλεον, οὐ γὰρ ἦν τὰ φορτία πενήτων, ἐζήτων δὲ πλουσίων ἄνδρας· ὠρμίσαντο δὲ κατανατικρὺ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ τίνα χιλήν. Πηγῇ δ' ἦν αὐτόθι πολλοῦ καὶ καθαροῦ νάματος καὶ λειμῶν εὐφυῆς. Ἐνθα τὴν Καλλιρρόην προαγαθόντες φαιδρύνεσθαι καὶ ἀναπαύσασθαι κατὰ μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἤξιωσαν, διασώζειν ὑπομένοντες αὐτῆς τὸ κάλλος. Μόνοι δ' ἐβουλεύοντο, ὅποι χρὴ τὸν στόλον ὀρμίσαι, καὶ τις εἶπεν· "Ἀθῆναι πλησίον, μεγάλη καὶ εὐδαίμων πόλις. Ἐκεῖ πλῆθος μὲν ἐμπόρων εὐρήσομεν, πλῆθος δὲ πλουσίων· ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγορᾷ τοὺς ἄνδρας, οὕτως ἐν Ἀθήναις τὰς πόλεις ἔστιν ἰδεῖν." Ἐδόκει δὲ πᾶσι καταπλεῖν εἰς Ἀθήνας· οὐκ ἤρρεσκε δὲ Θήρωνι τῆς πόλεως ἡ περιεργία. Μόνοι γὰρ ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε τὴν πολυπραγμοσύνην τῶν Ἀθηναίων. Δημόσιος ἐστὶ λάλος καὶ φιλόδοικος, ἐν δὲ τῷ λιμένι μυρίοι συκοφάνται πεύσονται τίνες ἐσιμέν, καὶ πόθεν ταῦτα φέρομεν τὰ φορτία· ὑποψία καταλήψεται πονηρὰ τοὺς κακοήθεις. Ἄρειος πάγος εὐθὺς ἐκεῖ καὶ ἄρχοντες τυράννων βαρύτεροι. Μᾶλλον Συρακοσίων Ἀθηναίους φοβηθῶμεν. Χωρίον ἡμῖν ἐπιτήδειόν ἐστιν Ἰωνία, καὶ γὰρ πλοῦτος ἐκεῖ βασιλικὸς, ἐκ τῆς μεγάλης Ἀσίας ἄνωθεν ἐπιρρέων καὶ ἄνθρωποι τρυφῶντες καὶ ἀπράγμονες· ἐλπίζω δὲ τινὰς αὐτόθεν εὐρήσειν καὶ γνωρίζουσι." Ὑδρευσάμενοι δὲ καὶ λαβόντες ἀπὸ τῶν παρουσῶν ὀλακάδων ἐπισιτισμὸν, ἔπλεον εὐθὺς Μιλήτου. Τριταῖοι δὲ κατήχθησαν εἰς ὄρμον, ἀπέχοντα τῆς πόλεως σταδίου ὀγδοήκοντα,

que nostrum ipsi nobiscum circumvectemus indicem et accusatorem. Multi huic adstipulabantur sententiae, Theron autem neutri. Tu enim, aiebat, discerim arcessis, tu vero lucrum abjicis et perdis. Ego mulierem vendidero potius, quam perdidero. Interea enim, dum venditur, tacebit metu. Vendita vero deferat absentes licet. Neque enim plane periculis immunem vitam ducimus. Sed inscendite navem; abeamus in mare. Jam dies appropinquat.

XI. Sic solutus celox ibat splendide. Nam, cum certam suae navigationi plagam non destinassent, neque adversum ventos, neque adversum fluctus, luctabantur, sed ventus illis secundus et a puppiurgens quicunque tandem habebatur. Callirrhoen autem mulcebat Theron, variis dolis tentans decipere. Illa vero, licet intelligens fraudes in caput suum structas, aliisque se servatam, fingeat tamen nihil mali suspicari, sed omnia credere, verita, ne sic tollerent ut iratam. Operto autem capite, quasi ferre nequiret mare, et lacrymans: O pater, ait, Atheniensium tu quidem trecentas naves in hoc eodem mari consignens destruxisti: filiae vero tuae non succurris, quam vilis myoparo rapit. Peregre abducor, servire me oportebit, nobilem; forte et Atheniensium aliquis emet herus filiam Hermoeratis. Quanto mihi expediverat mortuae in sepulcro jacere. Sane Chæreas aliquando lateri meo fuisset adjunctus. Nunc et vivi et mortui separati sumus. In his talibus illa plangentibus erat, latrones autem, praetermissis parvis insulis et oppidis, merces enim hae pauperum non erant, sed divites quarebant emtores, e regione Atticae sub aliquam crepidinem, saevienti pelago objectam, se cum nave subducebant; ubi scaturigo limpidi rivi uberrima et luxuriantes erant campi. Ibi productam Callirrhoen sordes ablueret et a jactatione maris, etiamis pautum modo, requiescere jubebant, volentes ipsi pulchritudinem conservare. Tum soli secum deliberabant, quo dirigere et appellere cursum oporteret. Athenis, dicit aliquis, non multum absumus. Urbs est magna et beata. Ibi mercatorum abunde, abunde divitum. Ut alibi viros in foris confluere, sic integras ibi Graeciae urbes simul videre est. Visum sic fuit omnibus Athenas pergere. Theroni autem displicebat urbis nimia rimandi et sciendi omnia sedulitas. Vos soli scilicet non audivistis, neque nostis, gentem circumspectatricem, inepte et moleste de rebus omnibus sollicitam. Populus est garrulus et rixosus, et in portu sycophantarum nubes. Sciscitabuntur, qui simus, et unde haec onera afferamus. Mala malignos invadet suspicio. Statim aderit Arcopagus, et Archontes tyranni ipsis saeviores. Vel nostris Syracusanis magis extimescamus Athenienses. Ionia nostra est regio. Nam et ibi sunt opes regiae, de magna Asia defluentis, hominesque lauti et incurii, et litium osores. Notos ibi quoque, quod spero, quosdam offendemus. Haustus igitur in navigationem aquis, et victi a praesentibus oneraris comparato, recta Miletum tendebant, tertioque die post in stationem subibant octoginta

εὐφύστατον εἰς ὑποδοχὴν. Ἐνθα δὲ διέδραμεν εἰς ἄστου παραλαβῶν οὐοῶν ἐπιτηδεῖων. Ἐῖτα φανερώς μὲν οὐκ ἐβούλετο ζηρεῖν τὸν ὠνητὴν, οὐδὲ περιβόητον τὸ πρᾶγμα ποιεῖν, κρύφα δὲ καὶ διὰ χειρὸς ἐσπευδε τὴν πρᾶσιν. Δυσδιάθετον δ' ἀπέβαινε· οὐ γὰρ ἦν τὸ κτῆμα πολλῶν, οὐδ' ἐνὸς τῶν ἐπιτυχόντων ἀλλὰ πλουσίου τινὸς καὶ βασιλέως, τοῖς δὲ τοιοῦτοις ἐφοβεῖτο προσίεσθαι. Γινόμενης οὖν διατριβῆς μακροτέρας, οὐκέτι φέρειν ὑπέμενε τὴν παρολκίην. Νυκτὸς δ' ἐπελθούσης καθεύδειν μὲν οὐκ ἐδύνατο, ἔφη δὲ πρὸς αὐτόν· Ἀνόητος, ὦ Θήρων, εἴ, ἀπολείοιπας γὰρ ἤδη τοσαύταις ἡμέραις ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἐν ἐρημίᾳ, ὡς μόνος ληστής. Οὐκ οἶδας, ὅτι τὴν θάλασσαν καὶ ἄλλοι πλέουσι πειραταί. Ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἡμετέρους φοβοῦμαι, μὴ καταλιπόντες ἡμᾶς ἀποπλεύσωσιν· οὐ δῆπου γὰρ τοὺς δικαιοτάτους ἐστρατολόγησας, ἵνα σοὶ τὴν πίστιν φυλάττωσιν, ἀλλὰ τοὺς πονηροτάτους ἀνδράς, ὧν ἤδεῖς. Νῦν μὲν οὖν, εἶπεν, ἐξ ἀνάγκης κάθευδες, ἡμέρας δ' ἐπιστάσης διαδραμών ἐπὶ τὸν κέλιθα ῥῖψον εἰς θάλασσαν τὴν ἄκαιρον καὶ περιττὴν σοὶ γυναῖκα καὶ μηκέτι φορτίον ἐπάγου δυσδιάθετον. Κοιμηθεὶς δ' ἐνύπνιον εἶδε, κεκλιμένας τὰς θύρας. Ἐδοξεν οὖν αὐτῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπισχεῖν. Οἷα δ' ἄλυον ἐπὶ τινος ἐργαστηρίου καθήστο, παραχώδης παντάσπει τὴν ψυχὴν. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ παρῆει πλῆθος ἀνθρώπων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων, ἐν μέσοις δ' αὐτοῖς ἀνὴρ ἡλικίας καθεστώς, μελανειμονῶν καὶ σκυθρωπός· ἀναστὰς οὖν ὁ Θήρων, (περίεργον γὰρ ἀνθρώπου φύσις,) ἐπυθάνετο ἐνὸς τῶν ἐπακολουθούντων· Τίς οὗτος; Ὁ δ' ἀπεκρίνατο· Ξένος εἶναι μοι δοκεῖς, ἢ μακρόθεν ἦκειν, ὃς ἀγνοεῖς Διονύσιον πλούτην καὶ γένει καὶ παιδείᾳ τῶν ἄλλων Ἴώνων ὑπερέχοντα, φίλον τοῦ μεγάλου βασιλέως. Διὰ τί τοίνυν μελανειμονεῖ; Ἐθόνηκε γὰρ αὐτοῦ ἡ γυνὴ ἧς ἦρα. Ἐτι μᾶλλον εἶχετο τῆς ἑμιλίας ὁ Θήρων, εὐρηκὼς ἀνδρᾶ πλούσιον καὶ φιλογύναιον. Οὐκέτ' οὖν ἀνῆκε τὸν ἀνδρᾶ ἀλλ' ἐπυθάνετο· Τίνα χώραν ἔχεις παρ' αὐτῷ; Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Διοικητὴς εἰμι τῶν ὀλων, τρέφω δ' αὐτῷ καὶ τὴν θυγατέρα, παιδίον νέπριον, μητρὸς ἀθλίας πρὸ ὥρας ὄρφανόν. Θήρων· Τίς καλῆ; Λεωνᾶς. Εὐκαιρῶς, φησὶν, ὦ Λεωνᾶ, σοὶ συνέβαλον. Ἐμπορὸς εἰμι καὶ πλέω νῦν ἐξ Ἰταλίας, ὅθεν οὐδὲν οἶδα τῶν ἐν Ἰωνίᾳ. Γυνὴ δὲ Συβαρῆτις, εὐδαιμονεστάτη τῶν ἐκεῖ, καλλίστην ἄβραν ἔχουσα διὰ ζηλοτυπίαν ἐπώλησεν; ἐγὼ δ' αὐτὴν ἐπράξαμην. Σοὶ οὖν γενέσθω τὸ κέρδος, εἴτε σεαυτῷ θέλεις τροφὸν κατασχέειν τοῦ παιδιοῦ, πεπαίδευται γὰρ ἰκανῶς, εἴτε καὶ ἄξιον ὑπολαμβάνεις χάρισσασθαι τῷ δεσπότη. Λυσίτελεῖ δὲ σοὶ μᾶλλον ἄργυρονήγον ἔχειν αὐτόν, ἵνα μὴ τῇ τροφίμῃ σου μητριάν ἐπαγάγηται. Τούτων

stadiis ab urbe distantem, a natura recipiendis unice navibus editam. Ibi Theron subduci remos jubet, et Callirrhœ mansionem fieri et suppeditari omnia vel ad luxum usque. Humanitas ea non erat, sed lucri cupido, ut mercatoris magis, quam latronis.

XII. Ipse autem cum duobus amicorum discurret in urbem; ubi palam quidem volebat emtorem quærere, aut rem divulgare, clam vero et sub manu urgebat venditionem. Sed difficilium, quam vellet, extrudebat mercem suam venalem. Neque enim pro plebe, neque obvio quovis, erat, sed beati negotium, aut regis cujusdam. Tales autem adire meluebat. Ergo nimis protracta commoratione, ferre ampliore moram, et nocte superveniente dormire impotens, sic ipse ad se: Stultus es, Theron, ait, tamdiu jam reliquisti in solitudine sine præsidio aurum et argentum tuum, tamquam solus esses pirata. Ignoras, alios quoque mare pervagari tui similes. Imo nostros quoque timeo, ne, nobis relictis, cum nave abeant. Neque enim profecto viros conscripsisti summæ probitatis et justitiæ, qui fidem tibi servant integram, sed bipedum, quos nostri nequissimos. Nunc ergo quidem dormi necessario. Illucescente vero die, hinc in navem facto discursu, abjice mari mulierem intempestivam et supervacaneam, neque tecum amplius circumvectita mercem difficulter collocandam. Sic sopitus in somnio videt domus fores sibi oclusas. Statuit igitur illam adhuc diem se cohibere. Quum itaque vagus erraret, sedebat ad officinam, mente mire jactata; transibat interea magna hominum et ingenuorum et servorum turba, medium stipantium virum, ætatis consistentis, pullatum, tristem; suaque levatus sede, quæ hominum indoles est aliena scire avida, rogat assectarum quemdam: Quis iste? Hospes mihi videris, respondet rogatus, aut ex longinquo venire, qui Dionysium ignoras, omnibus Ionibus genere, divitiis et sapientiæ cultura antepollentem, magni regis amicum. Quid ergo pullatus? Mortua enim ipsi est uxor eximie amata. Eo magis Theron assectari colloquium, invento homine opulento et mulieroso: neque dimittere porro hominem, sed rogare: Quem tu apud eum locum tenes? Dispensator sum cunctarum opum et alumnus filiæ ejus, puellæ infantis, quam misera mater ante tempus deseruit. Qui vocaris? Theron. Qui tu? Leonas. Tempore igitur in te incidi, Leona. Venio ex Italia mercator; quo factum, ut Ionicarum rerum nihil norim. Ancillam vero pulcherrimam, quam mulier Sybaritis, omnium ibi beatissima, habebat at vendidit ob æmulationem, illam ego emi; et cedet tibi compendio, sive tu ipse tibi servare velis nutriculam puellæ, et sane literis et artibus ingenuis satis instructa est: sive etiam illam censes hero gratificari. Ut herus autem aliquam habeat pretio redemptam tibi magis expedit; ne forte alumne tuæ novercam superinducat. Non ingrata hæc audienti accidebant Leo-

ὁ Λεωνᾶς ἤκουσεν ἀσμένως, καὶ Θεός μοί τις, εἶπεν, εὐεργέτην σε κατέπεμψεν· ἃ γὰρ ὠνειροπόλουν, ὕπαρ μοι δεικνύεις· ἔλθε τοίνυν εἰς τὴν οἰκίαν καὶ φίλος ᾗδὴ γίνου καὶ ξεῖνος. Τὴν δὲ περὶ τῆς γυναικὸς ἀφρῆσιν ἡ ὄψις κρινεῖ, πότερον δεσποτικόν ἐστὶ τὸ κτήμα ἢ κατ' ἡμᾶς.

ΙΓ'. Ἐπεὶ δ' ἤκον εἰς τὴν οἰκίαν, ὁ μὲν Θήρων εὐαύμαζε τὸ μέγεθος καὶ τὴν πολυτελείαν· ἦν γὰρ εἰς ὑποδοχὴν τοῦ Περσῶν βασιλέως παρεσκευασμένη. 10 Λεωνᾶς δ' ἐκέλευσε περιμένειν αὐτὸν περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ δεσπότητος πρῶτον (ὄντα). Ἐπειτα ἐκείνον λαβὼν ἀνήγαγεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, σφόδρα ἐλευθέρου οὔσαν, ἐκέλευσε δὲ παραθεῖναι· τράπεζαν. Καὶ ὁ Θήρων, οἷα πανούργος ἄνθρωπος καὶ πρὸς πάντα 15 καιρὸν ἀρμόσασθαι δεινός, ἤπτετο τροφῆς καὶ ἐφιλοφρονεῖτο ταῖς προπόσεσι τὸν Λεωνᾶν, τὰ μὲν ἀπλότῃτος ἐνδείξει, τὸ δὲ πλεόν κοινωνίας πίστει. Μεταξὺ δὲ ὁμιλία περὶ τῆς γυναικὸς ἐγένετο πολλή, καὶ ὁ Θήρων ἐπήγει τὸν τρόπον μᾶλλον τῆς γυναικὸς 20 ἢ τὸ κάλλος, εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν ἄδηλον συνηγορίας ἔχει χρεῖαν, ἢ δ' ὄψις αὐτὴν συνίστησιν. Ἀπίωμεν οὖν, εἶπε Λεωνᾶς, καὶ δεῖξον αὐτήν. Ὁ δὲ, Οὐκ ἐνταῦθά ἐστιν, ἀπεκρίνατο· διὰ γὰρ τοὺς τελώνιας περιέστημεν τὴν πόλιν, ἀπὸ ὀδομήκοντα δὲ σταδίων τὸ πλεόν 25 ὄρει. Καὶ τὸν τόπον ἔραξεν. Ἐν τοῖς ἡμετέροις, φησί, χωρίοις ὠρμίσασθε. Καὶ τοῦτο βέλτιον ᾗδὴ τῆς τύχης ἡμᾶς ἀγούσης ἐπὶ Διονύσιον. Ἀπίωμεν οὖν εἰς τὸν ἀγρὸν, ἵνα καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης αὐτοὺς ἀναλάβητε, ἢ γὰρ πλησίον ἑπαυλὶς κατεσκευάσται 30 πολυτελῶς. Ἦσθη μᾶλλον ὁ Θήρων, εὐκολωτέραν ἔσεσθαι τὴν πρᾶσιν οὐκ ἐν ἀγορᾷ νομίζων ἀλλ' ἐν ἐρημίᾳ, καὶ Ἔωθεν, φησὶν, ἀπίωμεν, σὺ μὲν εἰς τὴν ἑπαυλιν, ἐγὼ δ' εἰς τὴν ναῦν, κάκειθεν ἄξω τὴν γυναῖκα πρὸς σε. Συνέθεντο ταῦτα καὶ δεξιὰς ἀλλήλοις 35 ἐμβαλόντες ἀπηλλάγησαν. Ἀμφοτέροις δ' ἡ νύξ ἐδόκει μακρὰ, τοῦ μὲν δὴ σπεύδοντος ἀγοράσαι, τοῦ δὲ πωλῆσαι, Τῆ δ' ὕστεραία ὁ μὲν Λεωνᾶς παρέπλευσεν εἰς τὴν ἑπαυλιν, ἅμα καὶ ἀργύριον κομίζων ἵνα προκαταλάβῃ τὸν ἔμπορον, ὁ δὲ Θήρων ἐπὶ τὴν ἀκτὴν 40 καὶ σφόδρα ποθοῦσιν ἐπέστη τοῖς συνεργοῖς, διηγησάμενος δὲ τὴν πρᾶξιν αὐτοῖς, Καλλιρρόην κολακεύειν ἤρξατο· Κάγω, φησὶ, θύγατερ, εὐθὺς μὲν ἤθελόν σε πρὸς τοὺς σοὺς ἀπαγαγεῖν· ἐναντίου δ' ἀνέμου γενομένου, διεκωλύθη ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐπίστασαι δὲ, 45 πόσῃ σου πεποίημαι πρόνοια, καὶ τὸ μέγιστον, καθάραν ἐτηρήσαμεν· ἀνύβριστον ἀπολήψεται σε Χαϊρίας, ὡς ἐκ θαλάμου τοῦ τάφου σωθεῖσαν δι' ἡμᾶς. Νῦν μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν μέχρι Λυκίας διαδραμεῖν, οὐκ ἀναγκαῖον δὲ καὶ σὲ μάτην ταλαιπωρεῖν 50 καὶ ταῦτα χαλεπῶς ναυτιῶσαν· ἐνταῦθα δὲ δὴ παραθήσομαι σε φίλοις πιστοῖς, ἐπανιών δὲ παραλήψομαι καὶ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἄνω λοιπὸν εἰς Συρακούσας. Λάβε τῶν σῶν ὅ τι δ' ἂν θέλῃς· σοὶ γὰρ καὶ τὰ λοιπὰ τηροῦμεν. Ἐπὶ τούτῳ πρὸς αὐτὴν ἐγέλασε

nati; et : Dens aliquis beneficus, ait, te huc demisit. Quæ enim somnium mihi portendebat, ea tu mihi clara luce exlubes. Domum ergo veni, et amicus atque hospes esto nobis. De muliere vero quid optandum sit, herilis illa supellex, an nobis digna sit, adspectus decernet.

XIII. Theronem, ut intraverat, admirantem domus magnitudinem et splendorem, erat enim recipiendo Persarum regi parata, Leonas primum expectare se in heri ministerio occupatum jubet; dein prebentem in suum ducit contubernium vel ingenuo homini maxime decorum. Afferri jussa mensa, Theron, ut vaser omnisque loci atque temporis homo, positorum non abstemius, neque parcus, Leonati frequentioribus calicibus amicitiam approbat, partim ostentatione simplicitatis, partim, idque magis, fidei consuetudinis parandæ. Multum interea de muliere sermonis, ejus indolem Theron magis, quam formam, laudabat, bene gnarus, rem non visam opus habere patrocinio, sed coram inspectam se ipsam commendare. Quin abimus ergo, quin videmus, ait Leonas. Verum illa non hic est, alter ait; nam propter vectigalium redemptores circa urbem procul substulimus, et navis abline octoginta stadiis quiescit. Simulque describit locum. Vos in agris nostris constitistis. Tanto melius; ipsa fortuna nos ad Dionysium ducente. Abeamus igitur rus, ut vos a mari recipiatis. Nam villa tibi prope structa est magnifice. Eo inagis gaudere Theron, in solitudine faciliorem reputans venditionem, quam in foro; et : Crastino mane ibimus, ait, tu in villam, ego ad navem, et inde mulierem adducam ad te. Hæc stipulati dextris junctis discedunt. Utrique secuta nox longa visa est, isti quidem emere, huic autem vendere properanti. Leonas altero die navicula litus legens villam petit; argento simul instructus, quo mercatorem occuparet. Theron suos in litore opprimit in ministros et satellites, inultum desideratus, expositaque iis sua negotiatione Callirrhœen palpare cœpit; et : Ego te, filia, statim volui ad tuos reducere, ait, sed oborto adverso vento, mare prohibuit. Ipsa vero nosti, quantum tui curam fecerim. Quod rei caput est, Incontaminatam te servavimus. Chæreas expertem injuriæ te recipiet, ex sepulcro per nos servatam, ut ex toro gentili. Nunc igitur necesse quidem nobis est Lyciam usque transire, non item tibi ærumnis frustra affligi, et id quidem graviter nauseanti. Deponam te hic apud amicos fideles, et rediit adsumam, multa quoque porro cum cura ducam Syracusas. Sume tuorum quidquid velis. Reliqua enim tibi servabi-

Καλλιρρόη, καίτοι σφόδρα λυπούμενη (ὅτι) παντελῶς αὐτὴν ἀνόητον ὑπελάμβανεν. Ἡ δὲ πωλουμένη ἠπίστατο, τῆς δὲ πάλα εὐγενείας τὴν πρᾶσιν εὐτυχεστέραν ὑπελάμβανεν, ἀπαλλαγῆναι θέλουσα ληστῶν, καὶ Χάριν σοι, φησὶν, ἔγω, πάτερ, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας· ἀποδοῖεν δὲ, ἔφη, πᾶσιν ὑμῖν οἱ θεοὶ τὰς ἀξίας ἀμοιβάς. Χρησασθαι δὲ τοῖς ἐνταφίοις δυσσιώνιστον ὑπολαμβάνω. Πάντα μοι φυλάξτε καλῶς· ἐμοὶ δ' ἀρκεῖ δακτυλίδιον μικρὸν, ὃ εἶχον καὶ νεκρά.

10 Ἐἶτα συγκαλυψαμένη τὴν κεφαλὴν· Ἄγε με, φησὶν, ὦ Θήρων, ὅποι ποτὲ θέλεις. πᾶς γὰρ τόπος θαλάσσης καὶ τάφου χρεῖσων.

15 ἸΔ'. Ὡς δὲ πλησίον ἐγένετο τῆς ἐπαύλεως ὁ Θήρων, ἐστρατήγησέ τι τοιούτων. Ἀποκαλύψας τὴν Καλλιρρόην καὶ λύσας αὐτῆς τὴν κόμην, διανοίξας τὴν θύραν, πρῶτην ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν. Ὁ δὲ Λεωνᾶς καὶ πάντες οἱ ἐνδον ἐπιστάσης αἰφνίδιον κατεπλάγησαν, οἱ μὲν δοκοῦντες θεᾶν ἐωραχέναι, καὶ γὰρ ἦν τις λόγος, ἐν τοῖς ἀγροῖς Ἀφροδίτην ἐπιφαίνεσθαι. Καταπεπληγμένων δ' αὐτῶν, κατόπιν ὁ Θήρων ἐπόμενος προσῆλθε τῷ

20 Λεωνᾶ, καὶ Ἀνάστα, φησὶ, καὶ γενεῶ περι τὴν ὑποδοχὴν τῆς γυναικός· αὕτη γὰρ ἐστίν, ἣν θέλεις ἀγοράσαι. Χαρὰ καὶ θαυμασμός ἐπηκολούθησε πάντων. Τὴν μὲν οὖν Καλλιρρόην ἐν τῷ καλλίστῳ τῶν οἰκημάτων κατακλιναντες, εἶσαν ἡσυχάζειν· καὶ γὰρ

25 εἶδετο πολλῆς ἀναπαύσεως ἐκ λύπης καὶ καμάτου καὶ φόβου. Θήρων δὲ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος τοῦ Λεωνᾶ· Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ σοι, φησὶ, πιστῶς πεπληρωται, σὺ δ' ἔχε μὲν ἤδη τὴν γυναῖκα, φίλος γὰρ εἶ λοιπὸν, ἤχε δὲ εἰς ἄστου καὶ λάμβανε τὰς καταγραφὰς καὶ τότε μοι τιμὴν, ἣν θέλεις, ἀποδώσεις. Ἀμείψασθαι δὲ θέλων ὁ Λεωνᾶς· Οὐμενοῦν, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐγὼ σοι τὸ ἀργύριον ἤδη πιστεύω πρὸ τῆς καταγραφῆς. Ἄμα δὲ καὶ προκαταλαβεῖν ἤθελε, δεδιὸς, μὴ ἄρα μεταθήται· πολλοὺς γὰρ ἐν τῇ πόλει γενέσθαι τοὺς ἐθέλοντας ὠνεῖσθαι. Τάλαντον οὖν ἀργυρίου προκομίσας ἠνάγκασε λαβεῖν· ὃ δὲ Θήρων ἀκχισάμενος λαμβάνει. Κατέχοντας δ' ἐπὶ δεῖπνον αὐτὸν τοῦ

30 Λεωνᾶ, καὶ γὰρ ἦν ὀψὲ τῆς ὥρας, Βούλομαι, φησὶν, ἀφ' ἐσπέρας εἰς τὴν πόλιν πλεῦσαι, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ τῷ λιμένι συμβαλοῦμεν. Ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάγησαν. Ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὴν ναῦν ὁ Θήρων ἐκέλευσεν ἀραμένους τὰς ἀγκύρας ἀνάγεσθαι τὴν ταχίστην, πρὶν ἐκπύστους γενέσθαι. Καὶ οἱ μὲν ἀπεδίδρασκον ἔνθα

35 τὸ πνεῦμα ἔφερε, μόνῃ δὲ Καλλιρρόῃ γενομένη ἤδη μετ' ἐξουσίας τὴν ἰδίαν ἀπωδύρετο τύχην· Ἴδου, φησὶν, ἄλλος τάφος, ἐν ᾧ Θήρων με κατέκλεισεν, ἐρημότερος ἐκεῖνου μᾶλλον· πατήρ γὰρ μοι ἂν ἐκεῖ προσῆλθε καὶ μήτηρ, καὶ Χαιρέας ἐπέσπεισε δακρῶν· ἡσθόμην

40 ἂν καὶ τεθνεῶσα. Τίνα δ' ἐνταῦθα καλέσω; γινώσκεις, Τύχη βάσκανε, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης τῶν ἐμῶν κακῶν οὐκ ἐπληρώθης, ἀλλὰ πρῶτων μὲν τὸν ἔραστην μου σὺ φονεῖα ἐποίησας· Χαιρέας, ὃ μὴ δὲ δούλον μὴδέποτε πλήξας, ἐλάττισε καιρίως ἐμὲ τὴν φιλοῦσαν.

mus nos. Irridebat apud se Callirrhoë dictis, licet gravi dolore saucia, quod plane demens ipsa existimaretur. Bene sciebat se vendi, cupida tamen evadere latrones, venditionem libertate pristina et claritate natalium reputabat feliciorē, et : Gratiam tibi novi, pater, ait, bene volenti. Reddant vobis omnibus dii dignas vices. Uti quidem sepulcralibus, ominosum est. Omnia modo mihi bene servate. Unus mihi sufficit annellus parvus, quē et moriens gestabam. Sic obvoluto capite duc me, Theron, ait, quorsum lubet. Omnis enim locus mari et sepulcro potior.

XIV. Ut vero prope a villa aberant, talem Theron astutiam comminiscitur. Velum aufert Callirrhoë, solvitque comam, et priorem jubet illam per apertas sua manu fores introire. Sic Leonas et qui intus erant omnes apparitione subita perculti, pars etiam putantes, deam esse. Erat enim in isto tractu multus rumor, Venerem interdum apparere. Secutus a tergo Theron perplexos adit, et ad Leonatem conversus : Surge, ait, et accinge te accipiendæ mulieri. Hæc enim est, quam emere cupis. Gaudium et admiratio omnium dicta sequitur, et Callirrhoëen quidem in pulcherrimo cubiculo sinunt compositam requiescere : nec parva sane opus habebat requie et refectioe ex tristitia, lassitudine, et metu. Theron autem dextra prehenso Leonati : Meas quidem, ait, partes fideliter exsecutus sum; tu vero habeto tibi mulierem jam. Amicus enim certe es. Veni autem in urbem, et accipe tabulas, et tunc mihi da pretium, quod velis. Nequaquam, ait Leonas, par pari referre ambitiosus; sed et ego jam ante tabulas signatas accredo tibi pecuniam. Simul autem volebat hominem occupare, ne retractaret forte veritus. Sciebat enim in urbe multos emturientes. Talentum igitur argenti in medium prolatum obrudit, quod Theron, specie recusantis, quod flagrantissime cupiebat, post longam altercationem, invenit nempe et coactus, accipit, et retinere volenti ad eamnam Leonati, serum enim diei erat : Hac ipsa vespera, ait, urbi adnavigare volo. Cras in portu contractum perficiemus. Hac conditione diremti sunt. Theron autem ut venit ad navem, altum petere quam celerrime revulsis ancoris jubet, antequam agnosceretur. Et sic illi quidem, quo ferebat ventus, aufugere. Callirrhoë vero solitudinem nacta libere jam fortunam deplorare suam. En alius, ait, tumulus, quo me Theron conclusit, illo priore multo desertior. Illuc enim pater accessisset et mater, et Chæreas lacrymas libasset. Sensissem id quamvis mortua. Hic vero quemnam invocabo? Nosti tu, Fortuna invida, malis terra marique non expleta meis; sed primo quidem amatorem meum homicidam fecisti. Chæreas, qui neque servum cecidit unquam, calce letali me ferit amantem.

Ἐἴτά με τυμβωρύγων χερσὶ παρέδωκας καὶ ἐκ τάφου προήγαγες εἰς θάλασσαν καὶ τῶν κυμάτων τοὺς πειρατὰς φοβερωτέρους ἐπέστησας. Τὸ δὲ περιβόητον κάλλος εἰς τοῦτ' ἐκτινάμην, ἴν' ὑπὲρ ἔμοῦ Θήρῳ
 5 ὁ ληστὴς μεγάλην λάβῃ τιμὴν. Ἐν ἐρημίᾳ πέπραμαι καὶ οὐδ' εἰς πόλιν ἤνέχθην, ὡς ἄλλη τις τῶν ἀργυρωνήτων ἐφοβήθησεν γὰρ, ὡς Ἰύγη, μή τις ἰδὼν εὐγενῆ δόξῃ. Διὰ τοῦτο ὡς σκευὸς παρεδόθην οὐκ οἶδα τίσιν, Ἐλλῆσιν ἢ Βαρβάρους, ἢ πάλιν λησταίς. Κόπτουσα
 10 δὲ τῇ χειρὶ τὸ στῆθος, εἶδεν ἐν τῷ θακτυλίῳ τὴν εἰκόνα τὴν Χαϊρέου καὶ καταφιλοῦσα ἄληθῶς ἀπόλωλα[ς], ὡς Χαϊρέα, φησὶ, τοσούτω διακευθίσ(α) πάθει. Καὶ σὺ μὲν πενθεὶς καὶ μετανοεὶς καὶ τάφῳ κενῷ παρακάθουσαι, μετὰ θανάτῳ μοι τὴν σωφροσύνην μαρτυρῶν,
 15 ἐγὼ δὲ, ἢ Ἐρμοκράτους θυγάτηρ, ἢ σὴ γυνή, δεσπότης σήμερον ἐπράθην. Τοιαῦτ' ὄδυρομένη μόλις ὕπνος ἐπέληθεν [αὐτῇ].

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Α'. Λεωνᾶς δὲ κελύσεας Φωκᾶ τῷ οἰκονόμῳ πολλὴν ἐπιμέλειαν ἔχειν τῆς γυναικὸς, αὐτὸς ἔτι νυκτὸς ἐξῆλθεν
 20 εἰς τὴν Μίλητον, σπύδων εὐαγγελίσασθαι τῷ δεσπότη τὰ περὶ τῆς νεωνήτου, μεγάλην οἰόμενος αὐτῷ φέρειν τοῦ πένθους παραμυθίαν. Εὗρε δ' ἔτι κατακείμενον τὸν Διονύσιον· ἀλύων γὰρ ὑπὸ τῆς λύπης οὐδὲ προΐει τὰ πολλὰ, καίτοι βοηδοῦσας αὐτὸν τῆς πατρίδος, ἀλλὰ
 25 διέτριβεν ἐν τῷ θαλάμῳ, ὡς ἔτι παρουσίας αὐτῷ τῆς γυναικὸς. Ἰδὼν δὲ τὸν Λεωνᾶν ἔφη πρὸς αὐτόν· Μίαν ταύτην ἐγὼ νύκτα μετὰ τὸν θάνατον τῆς ἀθλίας ἡδέως κεκοιμημαί· καὶ γὰρ εἶδον αὐτὴν (ὄναρ) ἔναργως μεῖζονά τε καὶ κρείττονα γεγεννημένην, καὶ ὡς ὕπαρ
 30 μοι συνῆν. Ἐδοξα δ' εἶναι τὴν πρώτην ἡμέραν τῶν γάμων καὶ ἀπὸ τῶν χωρίων μου τῶν παραθαλαστίων αὐτὴν νυμφαγαγεῖν, σοῦ μοι τὸν ὑμέβαιον ἄδοντος. Ἔτι δ' αὐτοῦ διηγουμένου, Λεωνᾶς ἀνεβόησεν· Εὐτυχὴς εἶ, δέσποτα, καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ. Μέλλεις ἀκούειν ταῦτα, ἃ τεθέασαι. Καὶ ἀρξάμενος αὐτῷ διηγείται. Προσῆλθέ μοι τις ἔμπορος πιπράσκων γυναικῆα καλ-
 35 λίστην, διὰ δὲ τοὺς τελώνας ἔξω τῆς πόλεως ὤρμισε τὴν ναῦν πλησίον τῶν σῶν χωρίων. Καγὼ συνταξάμενος ἀπῆλθον εἰς ἀγρόν. Ἐκεῖ δὲ συμβαλόντες ἀλλήλοις ἔργῳ μὲν τὴν πρᾶσιν ἀπηρτίκαμεν· ἐγὼ τε γὰρ ἐκεῖνῳ τάλαντον δέδωκα· δεῖ δὲ ἐνταῦθα γενέσθαι νομιμῶς τὴν καταγραφὴν. Ὁ δὲ Διονύσιος τὸ μὲν κάλλος ἡδέως ἤκουσε τῆς γυναικὸς, ἦν γὰρ φιλογύνης ἀληθῆς, τὴν δὲ δουλείαν ἀηδῶς· ἀνὴρ γὰρ βασιλικὸς,
 40 διαφέρων ἀξιώματι καὶ παιδείᾳ τῆς ὄλης Ἰωνίας, ἀπηξίου κοίτην θεραπαινίδος, καὶ Ἀδύνατον, εἶπεν, ὡς Λεωνᾶ, καλὸν εἶναι σῶμα μὴ πεφυκὸς ἐλευθερον. Ὅσκι ἀκούεις τῶν ποιητῶν, ὅτι θεῶν παῖδές εἰσιν οἱ καλοὶ, πολὺ δὲ πρότερον ἀνθρώπων εὐγενῶν; σοὶ δὲ

Tum per fossoribus sepulcrorum in manus me tradidisti, et ex conditorio produxisti in mare, et piratas imposuisti cervici meae fluctibus ipsis terribiliores. Pulchritudinem vero tam celebratam ideo nacta sum, ut Theron pirata magnum pro me pretium acciperet. Procul arbitris vendita, neque in urbem adducta sum, ut alia venalis. Metuebas enim, Fortuna! ne quis conspicatus ingenuam atque nobilem me putaret. Ideoque, ut supellex muta et caeca et ignara sui, nescio quibus cessi, Graecis an Barbaris, an rursus piratis. Planctibus interim dum pertundit pectus, videt in annulo Chæreae imaginem, et deosculata, Vere, ait, perii, Chærea, tanto casu a te sejuncta. Et tu quidem lugens et respicis, dum, vacuo tamen, sepulcro assides, post mortem mihi pudicitiam contestans. Ego vero, Hermocratis filia, et tua uxor, hodie hero sum vendita. Sic lamentanti vix somnus obrepit.

LIBER SECUNDUS.

I. Muliere vero curis Phocæ villicum multum commendata, Leonas ipse illa eadem de nocte Miletum festino gradu tendit, grata hero de recens emta nuntiaturus, magnamque, ut rebatur, allaturus ejus luctui medicinam. Sed decumbentem adhuc offendit. Jactatus enim et in diversa tractus mœrore Dionysius, patria quamvis illum desiderante, raro prodibat, hærens in conclavi, ceu præsentem adhuc uxore. Leonati tandem, ut vidit: Hanc ego solam noctem, ait, post fata miseræ cum voluptate dormivi. Clare enim illam (in somno) vidi et majorem factam, et pulchriorem, et, ut vigili, mihi consuescebat. Videbar mihi primam celebrare nuptiarum diem, eamque sponsam ducere domum, e maritimo meo prædio adductam, te hymenæum mihi præcinentem. Leonas, adhuc illo disse-
 45 rente: Et somnians, here, felix es, et vigil, exclamat. Audies, quæ vidisti. Et inde ortus illi exponit: Mercator ad me venit mulierem vendens pulcherrimam. Sed propter publicanos extra urbem apud prædium tuum navem stabiliverat. Conducto ego die et tempore rus abeo, ubi vicissim pacti, re ipsa confecimus emtionem et venditionem; nam ego quidem illi talentum dedi. Superest, ut hic tabulæ secundum leges consignentur. Libenter quidem Dionysius audiebat mulieris pulchritudinem; erat enim sane mulierum amantior; at ægre servitutem. Vir enim regii spiritus, et totius Ionie cum dignitate, tum animi cultura, primus, ancillæ torum adspernabatur, et: Fieri nequit, o Leona, ait, pulchrum esse corpus non ingenuum natum. Nonne didicisti a poetis pulchros esse decorum liberos, quidni multo certius sint ingenuorum hominum?

ἤρσεν ἐπ' ἐρημίας. συνέκρινας γὰρ αὐτὴν τοῖς ἀγροί-
κοις. Ἄλλ', ἐπειπερ ἐπρίω, βιάδιζε εἰς τὴν ἀγοράν.
Ἄδραστος δὲ, ὁ ἐμπειρότατος τῶν νόμων, διοικήσει τὰς
καταγραφάς. Ἐχαιρεν ὁ Λεωνᾶς ἀπιστούμενος· τὸ
5 γὰρ ἀπροσδόκητον ἐμελλε τὸν δεσπότην μᾶλλον ἐκ-
πλήσσειν. Παριῶν δὲ τοὺς Μιλησίων λιμένας ἄπαντας,
καὶ τὰς τραπέζας καὶ τὴν πόλιν ὄλην, οὐδαμοῦ Θήρωνα
εὐρεῖν ἠδύνατο. Ἐμπόρους ἐξήταξεν καὶ πορθητεῖς-
ἐγνώριζε δ' οὐδεὶς. Ἐν πολλῇ τοίνυν ἀπορίᾳ γενό-
10 μενος, κωπήρει λαβὼν παρέπλευσεν ἐπὶ τὴν ἀκτὴν,
κάκειθεν ἐπὶ τὸ χωρίον. Οὐκ ἐμελλε δὲ εὐρήσειν τὸν
ἦδη πλέοντα. Μόλις οὖν καὶ βροδέως ἀπῆλθε πρὸς
τὸν δεσπότην. Ἰδὼν δ' αὐτὸν ὁ Διονύσιος σκυθρω-
πὸν, ἤρετο, τί πέπονθεν. Ὁ δὲ φησιν· "Ἀπολώλεκά
15 σου, ὦ δέσποτα, τάλαντον." "Συμβαῖνον, εἶπε ὁ Διονύ-
σιος, ἀσφαλέστερόν σε τοῦτο πρὸς τὰ λοιπὰ ποιήσεις. Τί
δ' ὅμως συμβέβηκε; μήτι ἡ νεώνητος ἀποδεδρακεν; Οὐκ
ἐκείνη, φησὶν, ἀλλ' ὁ πωλήσας." "Ἀνδραποδιστὴς ἄρ'
ἦν καὶ ἄλλοτριαν σοι πέπρακε δούλην διὰ τοῦτ' ἐπ' ἐρη-
20 μίας. Πόθεν δ' ἔλεγε τὴν ἄνθρωπον εἶναι; Συβαρίτιν
ἐξ Ἰταλίας, πραθείσαν ὑπὸ δεσποίνης κατὰ ζηλοτυ-
πίαν." Ζήτησον Συβαρίτιν εἰ τις ἐπιδημοῦσιν· ἐν
δὲ τῷ μεταξύ ἐκεῖ κατάλιπε τὴν γυναῖκα. Τότε μὲν
οὖν ὁ Λεωνᾶς ἀπῆλθε λυπούμενος, ὡς οὐκ εὐτυχοῦσης
25πραγματείας αὐτῷ γεγεννημένης. Ἐπετῆρε δὲ καιρὸν
ἀναπεῖσαι τὸν δεσπότην ἐξελθεῖν εἰς τὰ χωρία, λοιπὸν
μίαν ἔχων ἐλπίδα τὴν ὄψιν τῆς γυναίκος.)

Β'. Πρὸς δὲ τὴν Καλλιρρόην εἰσῆλθον αἱ ἄγροικοὶ
γυναῖκες, καὶ εὐθὺς ὡς δέσποιναν ἤρξαντο κολακεύειν.
30 Πλαγγὼν δὲ, ἡ τοῦ οἰκονόμου γυνή, ζῶον οὐκ ἄπρα-
κτον, ἔφη πρὸς αὐτήν· Ζητεῖς μὲν, ὦ τέκνον, πάντως
τοὺς ἐκυτῆς· ἀλλὰ καλῶς καὶ ἐνθάδε νόμιζε σούς.
Διονύσιος γὰρ, ὁ δεσπότης ἡμῶν, χρηστός ἐστὶ καὶ
φιλόανθρωπος. Εὐτυχὸς σε ἤγαγεν εἰς ἀγαθὴν ὁ θεὸς
35 οἰκίαν· ὥστε ἐν πατρίδι διέξεις. Ἐκ μακρᾶς οὖν
θαλάσσης ἀπόλουσαι τὴν ἄσιν· ἔξεις θεραπευίδαίς.
Μόλις μὲν καὶ μὴ βουλομένην προήγαγε δ' ὅμως εἰς τὸ
βαλανεῖον. Εἰσελοῦσαι δ' ἠλειψάν τε καὶ ἀπέσμηξαν
ἐπιμελῶς καὶ μᾶλλον ἀποδυσασμένης κατεπλάγησαν.
40 Ὡστ' ἐνδευμένης αὐτῆς θαυμάζουσαι τὸ πρόσωπον
ὡς θεῖον πρόσωπον ἔδοξαν ἰδεῖν· καὶ γὰρ χρῶς λευκὸς
ἔστιλψεν εὐθὺς μαρμαρυγῇ τινι ὅμοιον ἀπολάμπων.
Τρυφερά δὲ σὰρξ, ὥστε δεδοικέναι, μὴ καὶ ἡ τῶν
δακτύλων ἐπαφῇ μέγα τραῦμα ποιήσῃ. Ἡσυχῇ δὲ
45 διελάλουν πρὸς ἀλλήλας· Καλὴ μὲν ἡ δέσποινα ἡμῶν,
καὶ περιβόητος· ταύτης δ' ἂν θεραπευαῖς ἔδοξεν.
Ἐλύπει τὴν Καλλιρρόην ὁ ἔπαινος καὶ τοῦ μέλλοντος
οὐκ ἁμάντευτος ἦν. Ἐπεὶ δ' ἐλέλυτο καὶ τὴν κόμην
συνδέσμου, καθαρὰς αὐτῇ προσήνεγκαν ἐσθῆτας·
50 ἡ δ' οὐ πρόπειν ἔλεγε ταῦτα τῇ νεανίτῳ. "Χιτῶνά
μοι δότε δουλικόν· καὶ γὰρ ὑμεῖς ἐστέ μου κρεῖτ-
τονες." Ἐνεδύσατο μὲν οὖν τι τῶν ἐπιτυγόντων·
κικέειν δ' ἔπρεπεν αὐτῇ καὶ πολυτελεῖς ἔδοξε καταλαμ-
πόμενον ὑπὸ κάλλους. Ἐπεὶ δ' ἤριστησαν αἱ γυναῖ-

ibi ista placuit in solitudine; comparasti namque rusticis
illis. Sed quandoquidem emisti, abi in forum. Adrastus,
legum consultissimus, tabularum consignationem admi-
nistrabit. Gaudebat Leonas, fidem sibi non haberi. Inspe-
ratum enim eo magis percursurum. Sed, omnes perva-
dens Milesiorum portus et trapezitarum mensas, et totam
urbem, nusquam inveniebat Theronem. Mercatorum
vectorumque nemo, quos explorabat diligenter, hominem
noverat. Hæsitabundus igitur, quid faceret, correpta
actuaria, terram legens ad litus, inde ad prædium vehitur.
Sed nusquam homo, medio jam mari oberrans. Vix tan-
dem et tarde redit ad herum. Herus, ut mœstum vidit,
quæ passus foret, rogat. Ille : Perdidi tibi, here, ait,
talentum. Hic te casus in posterum reddet cautiorem.
Nihilominus eloquere, quid contigit. Noime recens emta
se fuga subtraxit? Non illa, sed venditor. Plagiarius itaque
fuit, ideoque remotis arbitris servam tibi vendidit alienam.
Unde autem illam dixit esse? Sybaritidem dixit esse, ex
Italia, venditam a domina, æmulationis causa. Quære
igitur si qui adsint Sybaritæ. Interim ibi linque mulie-
rem. Sic tristis tum quidem abibat Leonas, inauspicata
sibi negotiatione facta. Servabat tamen opportunum
tempus, quo rus exire persuaderet hero, reliquam habens
unam spem, mulieris adspectum.

II. Interea frequentare rusticæ Callirrhoën, et statim
ut dominam ambire et blandiri. Uxor autem villici, Plan-
gon, animal non hebes, neque rebus gerendis idoneum :
Sine dubio quidem requiris tuos, filia, ait illi. Sed et
recte hic tuos reputaveris. Dionysius enim, dominus
noster, est bonus et humanus vir. In bonam domum bene
te feliciterque deduxit deus, ubi, ut in patria, degas.
Ablue ergo tibi sordes longa contractas navigatione. Vix
tandem et reluctantem protrahit tamen in balneum. Ubi
ingressæ diligenter illam et unguunt et tergunt, magisque
stupent spoliata vestibus, adeo ut, cujus amictæ vultum
nudam conspexerant. Cutis enim candida splendebat, ru-
borem fulgori cuidam similem repercutiens; et caro tam
delicata, ut vel digitorum tactu magnum fore vulnus
metuerent, et submissa voce inter se aiebant : Domina
nostra quidem pulchra erat, eaque pollebat laude, sed
huic tamen ancillata fuisset. Angebant præconia Callir-
rhoën futura facile præsagientem. Ut igitur lavit et comas
religaverunt et nitidas vestes attulerunt, quas illa nimis
decoras recens emta caussata : Quin mihi tunicam rusti-
cam datis, ait. Vel vos estis me potiores. Indutæ sic ali-
quid tum forte occurrens, et bene sedebat, et dives atque
splendidum videbatur, ut a pulchritudine irradiatum. Con-

κες, λέγει ἡ Πλαγγών. "Ἐλθὲ πρὸς τὴν Ἀφροδίτην
 καὶ εὔξαι περὶ σαυτῆς· ἐπιφανῆς δὲ ἐστὶν ἐνθάδε
 ἡ θεὸς καὶ οὐ μόνον οἱ γείτονας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ ἄσπετος
 παραγιγνόμενοι θύουσιν αὐτῇ· μάλιστα δ' ἐπὶ κχοος Διο-
 5 νυσίω· ἐκεῖνος οὐδέποτε παρῆλθεν αὐτήν." Ἔπειτα
 διηγούντο τῆς θεοῦ τὰς ἐπιφανείας καὶ τις εἶπε τῶν
 ἀγροίκων· Δόξεις, ὦ γυναῖκα, θεασαμένη τὴν Ἀφροδίτην
 εἰκόνα βλέπειν σεαυτῆς." Ἀκούσασα δ' ἡ Καλλιρρόη
 10 σαχυρῶν ἐπλήσθη καὶ λέγει πρὸς ἑαυτήν· "Οἴμοι τῆς
 τῶν πάντων κακῶν αἰτία. Πλὴν ἄπειμι, θέλω γὰρ
 αὐτὴν πολλὰ μὲμψασθαι." Τὸ δ' ἱερὸν πλησίον ἦν τῆς
 ἐπαύλειος παρ' αὐτὴν τὴν λεωφόρον. Προσκυνήσασα
 δ' ἡ Καλλιρρόη καὶ τῶν ποδῶν λαβομένη τῆς Ἀφρο-
 15 δίτης· Σύ μοι, φησί, πρώτη Χαίρεάν εἰδεῖξας· συναρ-
 μόσασα δὲ καλὸν ζεύγος οὐκ ἐτήρησας· καίτοι γε
 ἡμεῖς σε ἐκοσμοῦμεν. Ἐπεὶ δ' οὕτως ἐβουλήθης,
 μίαν αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ χάριν· μηδενὶ με ποιήσης
 μετ' ἐκεῖνον ἀρέσει. Πρὸς τοῦτ' ἀνένευσεν ἡ Ἀφροδίτη·
 20 μήτηρ γάρ ἐστι τοῦ Ἔρωτος καὶ πάλιν ἄλλον ἐπολι-
 τεύετο γάμον, ὃν οὐδὲ αὐτὸν ἐμελλε τηρήσειν. Ἀπα-
 λαγεῖσα δ' ἡ Καλλιρρόη ληστῶν καὶ θαλάσσης, τὸ ἴδιον
 κάλλος ἀνελάμβανεν, ὅστε θαναμάζειν τοὺς ἀγροίκους
 καθ' ἡμέραν εὐμορφοτέρας αὐτῆς βλεπομένης.
 25 Γ'. Ὁ δὲ Λεωνᾶς, καιρὸν ἐπιτήθειον εὐρὸν, Διο-
 νυσίω λόγους προσήνεγκε τοιοῦτους· "Ἐν τοῖς παραθα-
 λασσίοις, ὧ δέσποτα, χωρῖος οὐ γέγονας ἤδη χρόνῳ
 πολλῷ καὶ ποθεῖ τὰ ἐκεῖ τὴν σὴν ἐπιδημίαν. Ἀγέ-
 λας σε δεῖ καὶ φυτείας θεάσασθαι, καὶ ἡ συγκομιδὴ
 30 τῶν καρπῶν ἐπέγει. Χρῆσαι καὶ τῇ πολυτελείᾳ τῶν
 οἰκιῶν, ἃς, σοῦ κελεύσαντος, ὠκοδομήσαμεν· οἴσεις δὲ
 καὶ τὸ πένθος ἐλαφρότερον ἐκεῖ, περισπώμενος ὑπὸ τῆς
 τῶν ἀγρῶν ἀπολαύσεως καὶ διοικήσεως. Ἐὰν δὲ τινα
 ἐπαινήσης ἢ βουκόλον, ἢ ποιμένα, δώσεις αὐτῷ τὴν
 35 νεώνητον γυναῖκα." Ἦρσε τῷ Διονυσίῳ ταῦτα καὶ
 προεἶπε τὴν ἔξοδον εἰς τὴν ἡμέραν. Παραγγελίας δὲ
 γενομένης, παρεσκευάζον· ἡνίοχοι μὲν ὄχηματα, ἱπ-
 ποκόμοι δὲ ἵππους, ναῦται δὲ πορθμεῖα. Φίλοι πα-
 ρεκαλοῦντο συνοδεύειν, καὶ πληθῶς ἀπελευθέρων. Φύ-
 40 σει γὰρ ἦν ὁ Διονύσιος μεγαλοπρεπῆς. Ἐπεὶ δὲ
 πάντ' ἠϋτρέπιστο, τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τοὺς πολ-
 λούς ἐκέλευσε διὰ θαλάσσης κομίζεσθαι, τὰ δ' ὄχηματα
 ἐπακολουθεῖν, ὅταν αὐτὸς προελθῇ, πενθοῦντί τε γὰρ
 μὴ πρέπειν πομπήν. Ἄμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ, πρὶν αἰσθῆσθαι
 45 τοὺς πολλούς, ἵππῳ ἐπέβη, πέμπτος δὲ· εἷς ἦν ἐν αὐ-
 τοῖς καὶ ὁ Λεωνᾶς. Ὁ μὲν οὖν Διονύσιος ἐξήλαυεν
 εἰς τοὺς ἀγρούς, ἡ δὲ Καλλιρρόη, τῆς νυκτὸς ἐκείνης
 θεασαμένη τὴν Ἀφροδίτην, ἠβουλήθη καὶ πάλιν αὐτὴν
 προσκυνῆσαι· καὶ ἡ μὲν ἐστῶσα ἤσχετο, Διονύσιος δὲ,
 50 ἀποπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τὸν
 νεών. Ἐφόρου δὲ ποθεν αἰσθημένη Καλλιρρόη πρὸς
 αὐτὸν ἐπεστράφη. Θεασάμενος οὖν ὁ Διονύσιος ἀνε-
 βόησεν· "Ἰλωος εἷς, ὧ Ἀφροδίτη, καὶ ἐπ' ἀγαθῶν μοι
 φανεῖς." Καταπίπτοντα δ' αὐτὸν ἤδη Λεωνᾶς ὑπέ-

secto tandem mulieribus prandio, hortatur nostram Plan-
 gon, Venerem adeat faciatque pro se vota. Esse ibi dea-
 presentissimum numen; cui non vicinia tantum, sed et
 confluentes illuc urbani sacrificent. Favere præcipue
 Dionysio, ut qui nunquam insalutatam transeat. Totus
 denique cætus prædicare deæ apparitiones, et una inter
 cæteras simplicior rustica: Tu, dea conspecta, ait, tuam
 reputato videre imaginem. Inundant dicta Callirrhœon
 lacrymis, eaque ad se: Heu mihi calamitatis, ait, etiam
 hic dea Venus est, omnium mihi malorum caussa. Adibo
 tamen; incusabo enim et expostulabo de multis. Erat
 autem fanum prope villam, ad ipsam publicam viam.
 Venerata itaque deam et amplexata pedes Callirrhœ: Tu
 mihi prima Chæream ostendisti, ait, sed quod composueras
 pulchrum par, diremisti eadem, quamvis studiosè te cultu
 demerimus. Quandoquidem vero sic tibi placuit, hanc
 a te unicam rogo gratiam, fac post illum nemini me pla-
 cere. Dea renuit: mater enim est Cupidinis. Alterumque
 denuo meditabatur conjugium, neque hoc constanter ser-
 vatūra. Interim Callirrhœ mari et piratis erepta suam
 resumere speciem, ut in dies pulchriorem factam homines
 rustici mirarentur.

III. Leonas autem tempus commodum nactus his Dio-
 nysium verbis aggreditur: Jam dudum in campis tuis
 maritimis, here, non fuisti. Atqui tuum illi desiderant
 oculum, greges oportet cum cultis satisque inspicere. Ur-
 get frugum comportatio. Utere tandem et splendore do-
 mum, quas tuo tibi jussu nos exstruximus. Multo levius
 ibi luctum, ab agrorum oblectamentis et administratione
 distractus, feres. Ubi quem laudes aut bubulcum, aut
 opilionem, recens emtam ei contubernalem dabis. Pla-
 cuit, et indicta dies profectioni; qua circum nuntiata,
 currus parare aurigæ, equos agasones, nautæ vectorias
 naviculas, amici evocari ad comitandum, et libertorum
 omnis grex. Dionysius enim ex indole sua splendidus erat.
 Concinnatisque omnibus, apparatus quidem cæterum
 turbamque advehî per mare jubet, velicula autem se prius
 egressum sequi. Lugentem nempe non decere splendidam
 processionem. Sic mane, antequam vulgus et comitum
 turba sentiret, equo conscenso, quatuor stipatus amicis,
 quorum Leonas erat unus, rus abit. Eadem illa nocte
 Callirrhœ Venerem viderat. Decreverat igitur deam vene-
 rari. Dum itaque illa stabat in templo precans, equo
 descendens Dionysius primus intrat fanum: percepto autem
 pedum strepitu, sese convertit ad ipsum Callirrhœ; eam-
 que videt Dionysius, visaque proclamat: Propitia quæso
 sis mihi, Venus, et in bonum apparueris. Jam prolapsu-
 rum subjecta manu continuit Leonas. Ne conturberis,

λαβε καὶ Αὐτή, φησίν, ὧ δέσποτα, ἡ νεώνητος· μη-
δὲν παραχθῆς. Καὶ σὺ δέ, ὦ γύναι, πρόσελθε τῷ
κυρίῳ. Καλλιρρόη μὲν οὖν πρὸς τοῦνομα τοῦ κυρίου
πυγῆν ἀφῆκε δακρύων, κάτω κύψασα, ὄψε καταμαν-
Nihil est, quod volenti tibi non fecerim, ait Chæreas. Tu Statiræ domina, tu manubiarum, tu præ omnibus anima quoque meæ. Gavisæ Callirrhœ, virumque deosculata, statim a ministris ad Statiram duci vult, quæ cum nobilissimis Persidum in cava nave residebat, ignara rerum omnium, etiam quod Callirrhœ Chæream recuperasset, ut quas adire, aut videre, aut gestorum facere certiores, uemini per acres custodias liceret. Ut venit ad navem, trierarcho præeunte, statim consternatio erat et tumultus omnium discursantium. Inter cætera quis submissa voce alteri uxorem navarchi venire nuntiabat; quo percepto Statira ex imo pectore graviter suspiravit, et: In hanc me diem, Fortuna, servasti, ait plorans, ut dominam regina videam. Forsan adest, ut, qualem acceperit ancillam, cernat. Post quæ suscitavit planctum, et qualis ingenuorum corporum sit captivitas, tum condidicit. Sed brevi deus mutavit rerum faciem. Callirrhœ namque ingressa navem accurrit, et circumvoluta Statiræ: Regina, salve, ait. Regina enim es, et semper manes. Non in hostium, sed in amicissimæ tuamque benevolentiam expertæ, manus incidisti. Chæreas meus est navarchus, quo in gradu constituit illum ira, ideo, quod tarde me reciperet, adversus regem concepta. Sed ira resedit nunc, et ipse reconciliatus, et vobis non amplius hostis est. Itaque surge, amicissima, et hilaris abi. Recupera tu quoque maritum tuum. Rex enim vivit, et illi te mittit Chæreas. Surge tu quoque, Rhodogune, prima mihi Persidum amica, et abi ad maritum tuum, et quotquot alias regina velit, et memores estote Callirrhœs. Extra se rapitur ad hos sermones Statira, neque credere habens, neque diffidere. Is tamen erat Callirrhœs animi character, ut in magnis eventibus cavillari non videretur. Tempus quoque præsens cito peragi volebat omnia. Erat tum inter Ægyptios aliquis Demetrius philosophus, regi familiaris, ætate proventus, et doctrinarum atque virtutis studio cæteris Ægyptiis antecellens. Hunc vocat Chæreas, et: Ego te quidem mecum sumere volebam, ait; nunc autem te magni negotii faciam administrum. Reginam per te magno regi mittam. Hoc et illi te faciet cariorem, et reliquos in gratiam reducet. His dictis prætorem triremium, quæ patriam repetebant, eum designat. Nam voluerant quidem omnes Chæream sequi, quem præferebant vel patriæ quisque suæ, vel liberis. At ille tamen solas viginti triremes optimas sibi deligit maximasque, ut cui pelagus Ionium foret trajiciendum. Illis imponit Græcos omnes, quotquot inter copias aderant, et Ægyptiorum atque Phœnicum quos cognoverat strenuos et robustos. Multi quo-

Κυπρίων ἐθελονταὶ ἐνέβησαν. Τοὺς δ' ἄλλους πάν-
 τας ἐπεμψεν οἰκάδε, διανείμας αὐτοῖς μέρη τῶν λα-
 φύρων, ἵνα χαίροντες ἐπανίσωσι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν,
 ἐντιμότεροι γενόμενοι. Καὶ οὐδεὶς ἠτύχησεν οὐδενός,
 5 αἰτήσας παρὰ Χαιρέου. Καλλιρρόη δὲ προσήνεγκε
 τὸν κόσμον ἅπαντα τὸν βασιλικὸν Στατείρα. Ἡ δ'
 οὐκ ἐβουλήθη λαβεῖν, ἀλλὰ, Τούτῳ, φησί, (σὺ) κοσ-
 μοῦ. Πρέπει γὰρ τοιοῦτω σώματι κόσμος βασιλικός.
 Δεῖ γὰρ ἔχειν σε, ἵνα καὶ μητρὶ χάριση καὶ πατρίδι
 10 ἀναθήματα θεοῖς. Ἐγὼ δὲ πλείω τούτων καταλέ-
 λοιπα ἐν Βαβυλῶνι. Θεοὶ δὲ σοὶ παρέχοιεν εὐπλοῖαν
 καὶ σωτηρίαν καὶ μηδέποτε διαζευχθῆναι Χαιρέου.
 Πάντα πεποίηκας εἰς ἐμέ δικαίως. Χρηστὸν ἦθος
 ἐπεδείξω καὶ τοῦ κάλλους ἄξιον. Καλὴν μοι βασιλεύς
 15 ἔδωκε παρακαταθήκην.

Δ'. Τίς ἂν φράσειε τὴν ἡμέραν ἐκεῖνην, πόσας
 ἔσχε πράξεις, πόσα πάθη διάφορα, εὐχομένων, συν-
 τασσομένων, χαίρόντων, λυπουμένων, ἀλλήλοις ἐντολὰς
 διδόντων, τοῖς οἴκοι γραφόντων. Ἐγραψε δὲ καὶ Χαι-
 20 ρεὺς ἐπιστολὴν πρὸς βασιλέα τοιαύτην· Σὺ μὲν ἐμελλες
 τὴν δίκην κρίνειν, ἐγὼ δ' ἤδη νενίκηκα παρὰ τῷ δι-
 καιοτάτῳ δικαστῇ. Πόλεμος γὰρ ἄριστος κριτῆς τοῦ
 κρείττονός τε καὶ χειρόνος. Οὗτός μοι Καλλιρρόην
 ἀποδέδωκεν, οὐ μόνον τὴν γυναῖκα τὴν ἐμήν, ἀλλὰ καὶ
 25 τὴν σὴν. Οὐκ ἐμιμησάμην δὲ σου τὴν βραδύτητα,
 ἀλλὰ ταχέως σοὶ μηδὲ ἀπαιτοῦντι Στατείραν ἀποδί-
 δωμι καθαράν καὶ ἐν αἰγυμάλωσά μείνασαν βασιλίδα.
 Ἴσθι δὲ, οὐκ ἐμέ σοὶ τὸ δῶρον ἀλλὰ Καλλιρρόην ἀπο-
 στέλλουσαν. Ἄνταπαίτουμέν δέ σε χάριν, Αἰγυπτίοις
 30 διαλλαγῆναι· πρέπει γὰρ βασιλεῖ μάλιστα πάντων
 ἀνεξίκακεῖν. Ἐξεῖς δὲ στρατιώτας ἀγαθοὺς φιλοῦν-
 τας σε· τοῦ γὰρ ἐμοὶ συνακολουθεῖν, ὡς φίλοι, παρὰ
 σοὶ μάλλον εἴλοντο μένειν. Ταῦτα μὲν ἔγραψε Χαι-
 35 ρεῖον, Διονυσίῳ γράψαι. Τοῦτο μόνον ἐποίησε δίχα
 Χαιρέου· εἰδυῖα γὰρ αὐτοῦ τὴν ἐμψυτον ζηλοτυπίαν,
 ἐσπούδαζε λαθεῖν. Λαβοῦσα δὲ γραμματίδιον ἐχά-
 ραξεν οὕτως· Καλλιρρόη Διονυσίῳ εὐεργετῇ χαίρειν.
 Σὺ γὰρ εἶ, ὁ καὶ ληστείας καὶ δουλείας με ἀπαλλάξας.
 40 Δέομαί σου μηδὲν ὀργισθῆς· εἰμὶ γὰρ τῇ ψυχῇ μετὰ
 σοῦ διὰ τὸν κοινὸν υἱόν, ὃν παρακατατίθημί σοι ἐκτρέ-
 φειν τε καὶ παιδεύειν ἄξιως ἡμῶν. Μὴ λάβῃ δὲ πει-
 ραν μητρειαῖς. Ἐχεις οὐ μόνον υἱόν, ἀλλὰ καὶ θυγα-
 τέρα. Ἄρκει σοὶ δύο τέκνα. Ὅν γάμψω ζεῦξον, ὅταν
 15 ἀνὴρ γένηται καὶ πέμψω αὐτὸν εἰς Συρακοῦσας ἵνα
 καὶ τὸν πάππον θεάσῃται. Ἀσπάζομαι σε, Πλαγγών.
 Ταῦτά σοι γέγραφα τῇ ἐμῇ χειρὶ. Ἐρρωσο, ἀγαθὴ
 Διονυσίε καὶ Καλλιρρόης μνημόνευε τῆς σῆς. Σφρα-
 γίσασα δὲ τὴν ἐπιστολὴν, ἀπέκρυψεν ἐν τοῖς κόλποις
 30 καὶ δ' ἔδει λοιπὸν ἀνάγεσθαι καὶ ταῖς τριήρεσι πάν-
 τας ἐμβαίνειν, αὐτῇ χειρὶ δοῦσα τῇ Στατείρᾳ εἰς τὸ
 πλοῖον εἰσήγαγε. Κατεσκευάκει δὲ Δημήτριος ἐν τῇ
 νηϊ σκηνὴν βασιλικήν, πορφυρίδα καὶ χρυσοῦσῃ Βαβυ-
 λωνία περιθεῖς. Πάνυ δὲ κολακευτικῶς κατακλίνασα

que Cyprii sua sponte inscendebant. Cæteros omnes do-
 num remittit, spoliolorum quemque particula divitem, ut
 læti reverterentur ad suos præmiis et honore aucti. Nemo
 sane petitis a Chærea excidebat. Callirrhœ quoque mun-
 dum omnem regium reginæ conferebat, renuenti tamen,
 et : Hoc tu te orna, dicenti ; tale corpus regius mundus de-
 cet. Habere quoque debes, unde matri gratificeris, et
 patriis donaria diis. Ego plura his Babylone reliqui. Di
 tibi secundum cursum salvumque dent, et nunquam a Chæ-
 rea separari. Æqua mecum et justa fecisti omnia. In-
 dolem animi bonam formaque dignam tua commonstrasti
 Pulchrum mihi depositum rex dedit.

IV. Quis illam diem dixerit, quot habuerit actiones,
 quam sibi diversa studia, voventium, valedicentium, læ-
 tantium, tristium, mandata mutua dantium, literas item ad
 in patria relictos exarantium ! Chæreas inter cæteros hanc
 ad regem dedit : Tu meditaberis litem disceptare. Ego
 vero jam vici sub justissimo iudice. Bellum est optimus
 iudex melioris et deterioris juris. Illud mihi non meam
 tantum uxorem, Callirrhœn, sed et tuam, dedit. Tardi-
 tatem vero tuam imitatus non sum, sed cito Statiram,
 etiam non reposcenti, puram et vel in captivitate reginam
 reddo. Scito tamen, non me tibi, sed Callirrhœn, do-
 num mittere, pro quo redhostimentum id rogamus, ut
 cum Ægyptiis in gratiam redeas. Regem nempe, si quem
 alium, injuriæ acceptæ non esse memorem decet. Habebis
 milites tui amantes. Nam apud te manere, quam ut amici
 me comitari, maluerunt. Hæc quidem Chæreas scripsit.
 Sed Callirrhœ quoque censuit, Dionysio gratiarum actio-
 nem perscribere. Hoc unicum clam Chærea fecit, ut
 quem insitæ gnara æmulationis, matre studebat ; et sic
 exarat : Callirrhœ Dionysio patrono salutem. Tu enim
 es, qui et latrocinio et servituti me eripuisti. Ne quæso
 irascaris. Nam animo sum tecum propter communem
 filium, quem fidei tuæ alendum docendumque condigne no-
 bis committo. Ne experientiam subgat novercæ velim.
 Habes non modo filium, sed et filiam. Sufficiunt tibi duo
 liberi. Illum, ut vir evaserit, uxori junge, et mitte Sy-
 racusas, ut avum quoque videat. Saluto te, Plangon.
 Hæc mea manu scripsi. Vale, bone Dionysie, et tuæ
 Callirrhœs memento. Epistolam obsignatam sinu recon-
 dit, et quum oporteret tandem abire, et omnes in triremes
 inscendere, Statiram, ipsa manu prehensam, in navem in-
 troducit, in qua Demetrius tentorium regium purpureis
 velis et auro textis Babylonicis circumdatum præparaverat.

αὐτὴν Καλλιρρόη· Ἐρρωσό μοι, φησὶν, ὧ Στάτειρα καὶ μέμνησό μου καὶ γράφε μοι πολλάκις εἰς Συρακούσας· βράδια γὰρ πάντα βασιλεῖ. Κἀγὼ δέ σοι χάριν εἶσομαι παρὰ τοῖς γονεῦσί μου καὶ τοῖς θεοῖς τοῖς Ἑλληνικοῖς. Συνίστημι σοι τὸ τέκνον μου, ὃ καὶ σὺ ἠδέως εἶδες. Νόμιζε ἐκεῖνο παραθήκην ἔχειν ἀντ' ἐμοῦ. Ταῦτα λεγούσης, δακρῦον ἐνεπλήσθη καὶ γόν ἤγειρε ταῖς γυναῖξίν. Ἐξιοῦσα δὲ τῆς νεῶς ἡ Καλλιρρόη, ἠρέμα προσκύψασα τῇ Στατειρᾷ καὶ ἐρυθριῶσα, τὴν ἐπιστολὴν ἐπέδωκε καὶ, Ταύτην, εἶπε, δὸς Διονυσίῳ τῷ δυστυχεῖ, ὃν παρατίθημι σοί τε καὶ βασιλεῖ. Παρηγορήσατε αὐτόν. Φοβοῦμαι, μὴ ἐμοῦ χωρισθεὶς ἑαυτὸν ἀνέλῃ. Ἐτι δ' ἂν ἐλάουσι αἱ γυναῖκες καὶ ἔκλασον καὶ ἀλλήλας κατεφιλοῦν, εἰ μὴ παρήγγειλαν οἱ κυβερνήται τὴν ἀναγωγὴν. Μέλλουσα δ' ἐμβαίνειν εἰς τὴν τριήρη ἡ Καλλιρρόη τὴν Ἀφροδίτην προσεκύνησε. Χάρις σοι, φησὶν, ὧ δέσποινα, τῶν παρόντων. Ἦδη μοι διαλλάττη. Δὸς δέ μοι καὶ Συρακούσας ἰδεῖν. Μεγάλῃ μὲν ἐν μέσῳ θάλασσα καὶ ἐκδέχεται με φοβερὰ πελάγη, πλὴν οὐ φοβοῦμαι, σοῦ μοι συμπλεύσης. Ἄλλ' οὐδὲ τῶν Αἰγυπτίων οὐδεὶς ἐνέβη ταῖς Δημητρίου ναυσίν, εἰ μὴ πρότερον συνετάξατο Χαίρεα καὶ κεφαλὴν καὶ χεῖρας αὐτοῦ κατεφιλόησε. Τοσοῦτον ἴμερον πᾶσιν ἐνέθηκε. Καὶ πρῶτον ἐκείνον εἶασεν ἀναγκάσθαι τὸν στόλον, ὡς ἀκούσθαι μέχρι πόρρω τῆς θαλάσσης ἐπαίνους μεμνήμενός εὐχαΐς.

Ε'. Καὶ οὗτοι μὲν ἔπλεον, βασιλεὺς δ' ὁ μέγας, κρατήσας τῶν πολεμίων, εἰς Αἴγυπτον μὲν ἐξέπεμπε τὸν καταστησόμενον τὰ ἐν αὐτῇ βεβαίως, αὐτὸς δ' ἔσπευδεν εἰς Ἄραδον πρὸς τὴν γυναῖκα. Ὅντι δ' αὐτῷ περὶ Χίον καὶ Τύρον καὶ θύοντι τῷ Ἡρακλεῖ τὰ ἐπινίκια, προσῆλθε τις ἀγγέλλων· Ὅτι Ἄραδος ἐκπεπόρηται καὶ ἔστι κενή· πάντα δὲ τὰ ἐν αὐτῇ φέρουσιν αἱ ναῦς τῶν Αἰγυπτίων. Μέγα δὲ πένθος κατήγγειλε βασιλεῖ, ὡς ἀπολωλίας τῆς βασιλίδος. Ἐπένθουν δὲ Περσῶν οἱ ἐντιμώτατοι, Στάτειραν

Πρόφασιν σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἕκαστος,

ὁ μὲν γυναῖκα, ὁ δ' ἀδελφὴν, ὁ δὲ θυγατέρα· πάντες δὲ τινα, ἕκαστος οἰκεῖον. Ἐκπεπλευκότων δὲ τῶν πολεμίων, ἀγνωστον ἦν, διὰ ποίας θαλάσσης. Τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν ἡμερῶν ὠφθησαν αἱ Αἰγυπτίων ναῦς προσπλεύουσαι. Καὶ τὸ μὲν ἀληθὲς ἀγῆλον ἦν, ἐθαύμαζον δ' ὄρωντες καὶ ἔτι μάλλον ἐπέτεινον αὐτῶν τὴν ἀπορίαν σημεῖον ἀρθὲν ἀπὸ τῆς νεῶς τῆς Δημητρίου βασιλικόν, ὅπερ εἴωθεν αἰρεσθαι μόνου πλέοντος βασιλέως. Τοῦτο δὲ ταραχὴν ἐποίησεν, ὡς πολεμίων ὄντων. Εὐθὺς δὲ θέοντες ἐμήνυον Ἀρταξέρῃ· Τάχα δὴ τις εὐρεθήσεται βασιλεὺς Αἰγυπτίων. Ὁ δ' ἀνέθορον ἐκ τοῦ θρόνου καὶ ἔσπευδεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ σύνθημα πολεμικὸν ἐδίδου. Τριήρεις μὲν γὰρ οὐκ ἦσαν αὐτῷ· πᾶν δὲ τὸ πλῆθος ἔστησεν ἐπὶ τοῦ λιμένας παρεσκευασμένον εἰς μάχην. Ἦδη δὲ τις καὶ τόξον ἐνέτεινε καὶ λόγῃν ἐμελλεν ἀφιέναι, εἰ μὴ συν-

CHARITON.

In illa ut Callirrhoe reginam tenerrimis cum blanditiis lecto reposuerat : Vale, ait, o Statira, meique memento ; et Syracusas scribe saepius. Omnia enim regi facilia. Ego tibi apud parentes quoque meos gratiam novero, et apud Graecos deos. Commendo tibi filium meum, quem et tu libenter videbas. Pro me illum habere depositum reputato. Haec dicens Callirrhoe lacrymis abundatur, et ejulatum apud mulieres excitat, et jam egrediens e nave, versus Statiram leviter sese inclinans et erubescens, epistolam tradit. Hanc, ait, exhibe infelici Dionysio, quem tuae pariter et regis fidei committo. Consolamini ipsum. Vereor, ne sese de vita, sejunctus a me, tollat. Forsan adhuc loquerentur mulierculae, et plorarent, et partirentur invicem oscula, nisi gubernatores exitum e portu imperassent. Jam inscensura Venerem adorat Callirrhoe : Gratia tibi sit, domina, de praesentibus, ait. Jam mihi reconciliata es. Da quoque nunc Syracusas videre. Intercedit quidem vastum mare, et aequora tremenda manent atque excipiunt. Non timeo tamen, te mihi socia navigationis. Aegyptiorum nemo naves ingrediebatur Demetrii prius, quam hic Chareae valedixisset, caput manusque deoscullatus. Tantum sui desiderium noster omnibus indiderat. Hanc ergo primam sivit Chareas in fluctus referri classem, inter laudes votis mixtas, longo per mare tractu exaudientias.

V. Et hi quidem navigabant, rex autem, victis hostibus, in Aegyptum miserat, qui statum illius regionis ordinaret. Ipse vero Aradum properabat ad uxorem. Sed versanti circa Chium et Tyrum, et Herculi ob victoriam obtentam sacrificanti, advenit nuntius, Aradum hostili manu devastatam et evacuatam esse, omniaque naves Aegyptiorum asportare. Nuntius ille tristissimus advenit regi, ut perdita regina; tristissimus et reliquis Persarum proceribus, qui Statiram specie lugebant, suos revera quisque necessarios, hic uxorem, ille sororem, alter filiam, omnes omnino affinem. Post egressum vero inimicarum navium ignorabatur, per quodnam illae mare iter haberent. Altero die autem conspectae quidem naves Aegyptiorum accedentes, sed quarum obscura erat destinatio. Videntes admirabantur, sed magis intendebat incertitudinem vexillum regium e nave Demetrii sublaturum, quod tantum solet, quando rex navigat, extolli. Id faciebat perturbationem, tanquam hostes adessent. Accurrunt statim et nuntiant Artaxerxi. Forsan, aiunt, invenietur aliquis rex Aegyptiorum. Ille subito desilire de solio, ad litus festinare, conflictui dare signum. Triremes enim non quidem ipsi ad manus : sed ordinavit copias in portu ad praelium accinctas. Jam quis

ἔχε Δημήτριος καὶ τοῦτο ἐμήνυσε τῇ βασιλίδι. Ἡ δὲ Στάτειρα προελθοῦσα τῆς σκηνῆς ἔδειξεν ἑαυτῆν. Ἐξούς οὖν τὰ θπλα ῥίψαντες προσεκύνησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ κατέσχευ, ἀλλὰ, πρὶν καλῶς τὴν ναῦν καταθῆναι, πρῶτος εἰσεπήδησεν εἰς αὐτήν. Περιχυθεὶς δὲ τῇ γυναικί, ἐκ τῆς χαρᾶς δάκρυα ἀφῆκε καὶ εἶπε· Τίς ἄρα μοι θεῶν ἀποδέδωκε σε, γυνὴ φιλότατη; Ἀμφοτέρω γὰρ ἄπιστα καὶ ἀπολέσθαι βασιλίδα καὶ ἀπολομένην εὐρεθῆναι. Πῶς δέ σε, εἰς γῆν καταλιπόν, ἐκ θαλάσσης ἀπολαμβάνω; Στάτειρα δ' ἀπεκρίνατο· Δῶρον ἔχεις με παρὰ Καλλιρρόης. Ἀκούσας δὲ τοῦνομα βασιλεὺς, ὡς ἐπὶ τραύματι παλαιῷ πληγὴν ἔλαθε καινήν. Βλέψας δ' εἰς Ἀρταξάτην τὸν εὐνοῦχον· Ἄγε με, φησί, πρὸς Καλλιρρόην, ἵν' αὐτῇ χάριν γνῶ. Εἶπεν ἡ Στάτειρα· Μαθήσῃ πάντα παρ' ἐμοῦ. Ἄμα δὲ προήσαν ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὰ βασίλεια. Τότε δὲ πάντας ἀπαλλαγῆναι κελεύσασα καὶ μόνον τὸν εὐνοῦχον παρεῖναι, διηγείτο τὰ ἐν Ἀράδῳ, τὰ ἐν Κύπρῳ καὶ τελευταίαν ἔδωκε τὴν ἐπιστολὴν τὴν Χαιρέου. Βασιλεὺς δ' ἀναγινώσκων μυρίων παθῶν ἐπληροῦτο. Καὶ γὰρ ὀργίζετο διὰ τὴν ἄλλωσιν τῶν φιλότατων καὶ μετενόει διὰ τὸ παρασχεῖν αὐτομολίας ἀνάγκην, καὶ χάριν δ' αὐτῇ πάλιν ἠπίστατο, ὅτι Καλλιρρόην μηκέτι δύναίτο θεάσασθαι. Μάλιστα δὲ πάντων φθόνος ἔπειτο αὐτοῦ καὶ ἔλεγε· Μακάριος Χαιρέας, εὐτυχέστερος ἐμοῦ. Ἐπεὶ δ' ἄλλοις ἦν τῶν διηγημάτων, Στάτειρα εἶπε· Παραμύθησαι, βασιλεῦ, Διονύσιον. Τούτο γὰρ σε παρακαλεῖ Καλλιρρόη. Ἐπιστραφεὶς οὖν ὁ Ἀρταξέρξης πρὸς τὸν εὐνοῦχον· Ἐλθέτω, φησί, Διονύσιος. Καὶ ἦλθε ταχέως, μετέωρος ταῖς ἐλπίσι. Τῶν γὰρ περὶ Χαιρέαν ἠπίστατο οὐδὲν, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων γυναικῶν ἐδόκει Καλλιρρόην παρεῖναι καὶ βασίλειά καλεῖν αὐτὸν, ἵν' ἀποδῷ τὴν γυναῖκα, γέρας τῆς ἀριστείας. Ἐπεὶ δ' εἰσῆλθε, διηγῆσατο αὐτῷ βασιλεὺς πάντα τὰ γεγενημένα. Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῇ καιρῷ φρόνησιν Διονύσιος ἐπεδείξατο καὶ παιδείαν ἐξείρετον. Ὡσπερ γὰρ τις, κεραυνοῦ πεσόντος πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, μὴ ταραχθεῖν, καχεῖνος, ἀκούσας λόγων σκηπτῶ βαρυτέρων, ὅτι Χαιρέας Καλλιρρόην εἰς Συρακούσας ἀπάγει, ὅμως εὐσταθῆς ἔμεινε καὶ οὐκ ἔδοξεν ἀσφαλὲς αὐτῷ τὸ λυπεῖσθαι, σωθείσης τῆς βασιλίδος. Ὁ δ' Ἀρταξέρξης· Εἰ μὲν δυνάμην, ἔφη, Καλλιρρόην ἂν ἀπέδωκα σοί, Διονύσιε, πᾶσαν γὰρ εὖνοιαν εἰς ἐὺ καὶ πίστιν ἐπέδειξο. Τούτου δ' ὄντος ἀμυγάνου, εἰδόμεναι σοὶ πάσης Ἰωνίας ἄρχειν καὶ πρῶτος εὐεργέτης εἰς οἶκον βασιλέως ἀναγραφῆση. Προσεκύνησεν δὲ Διονύσιος καὶ χάριν ὁμολογῆσας ἔχειν, ἔσπευδεν ἀπαλλαγῆναι καὶ δακρύων ἐξουσίαν ἔχειν. Ἐξιώντι δ' αὐτῷ Στάτειρα τὴν ἐπιστολὴν ἡσυχῇ δίδωσιν. Ὑποστρέψας δὲ καὶ κατακλείσας ἑαυτὸν, γνωρίσας τὰ Καλλιρρόης γράμματα, πρῶτον τὴν ἐπιστολὴν κατέφλησεν, εἴτ' ἀνοίξας τῷ στήθει προσετίθει, ὡς ἐκείνην παροῦσαν καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον κατεῖχεν, ἀναγινώσκειν μὴ δυνάμενος διὰ τὰ δάκρυα. Ἀποκλαύσας

arcum tendere, jam librare hastam, nisi rem Demetrius intellexisset, et significasset reginæ. Statira sic progressa de tentorio se monstrat. Quam, projectis actutum armis, adorant. Etiam rex non continebat se, quin primus insiliret in navem, etiam nondum exacte appulsam, et circumfusum uxori lacrymas mitteret. Quis te mihi tandem deorum reddidit, amicissima uxor? ait. Utrumque enim fidem superat, et amissam fuisse reginam, et, quæ amissa erat, rursus inventam. Et quomodo te in terra relictam e mari recuperō? Donum me habes a Callirrhōē, respondet Statira. Id auditum nomen recenti vulnere super antiquum illud regem feriebat, ut diceret conversis ad Artaxaten eunuchum oculis: Duc me ad Callirrhōēn, ut ipsi gratias agam. Cui vero Statira: Disces a me omnia, respondet. Et simul e portu progrediuntur in palatium. Ibi regina, ut omnes abesse, præter eunuchum, jusserat, quæ in Arado, quæ in Cypro acciderant, exponit, tandemque tradit epistolam Chæreæ regi. A cuius ille lectione innumeris affectibus fuit agitatus. Irascebatur ob captos amicissimos. Detumescebat ideo, quod ipse necessitatem imposuisset transfugii. Rursus gratiam Chæreæ noverat, ob quem adspicere amplius Callirrhōēn nequiret. Invidia maxime tangebatur illum. Beatus Chæreas, aiebat, me felicior. Ut salis fabularum fuit, Statira consolandum esse regi Dionysium monebat. Id enim Callirrhōēn ab ipso postulare. Tum conversus ad eunuchum Artaxerxes: Ut veniat Dionysius, ait. Et continuo venit spe sublimis. Nam rerum Chæreæ ignorantissimus, putabat, Callirrhōēn adesse cum aliis mulieribus, sœque a rege arcessi, ut primum virtutis uxorem reciperet. Rex autem ingresso totam rem exposuit. Ibi prudentiam et sapientiam suam singularem prorsus monstrabat Dionysius. Quemadmodum enim percidente quis ante suos pedes fulmine non percellatur; sic et ille, verbis fulmine gravioribus auditis: Chæreas Callirrhōēn Syraeusas abducit, tamen constans permansit, et tutum sibi mœrorem, servata regina, non esse reputavit. Redderem tibi libenter Callirrhōēn, Dionysie, sic ait rex, modo possem. Omnem enim benevolentiam erga me fidemque tuam ostendisti. Sed quum fieri hoc nulla ratione possit, præficio te toti Ionæ, primusque benefactor domus regis scriberis. Adorabat Dionysius, et gratiam professus habere, properabat abire et lacrymandi libertatem nancisci. Sed exeunti Statira tacite porrigit epistolam. Ut rediit domum, et seclusus agnovit manum Callirrhōēs, primum osculatur epistolam, dein apertam apponit pectori, diuque ibi retinet, ut illam ipsam præsentem. Sed legere non valebat ob lacrymas. Quibus tandem aliquando siccatis, exorsus lectionem osculatur principio Callirrhōēs nomen. Ut deinde venit ad verba: Dionysio patrono et benefactori: Hei mihi, non amplius marito. Tu enim patronus et benefactor meus. Quid enim dignum hoc nomine feci tibi? De epistola maxime placebat

δὲ, μόλις ἀναγινώσκειν ἤρξατο καὶ πρῶτόν γε Καλλιρρόης τοῦνομα κατεφίλησεν. Ἐπεὶ δ' ἦλθεν εἰς τὸ Διονυσίῳ εὐεργέτῃ· Οἴμοι, φησὶν, οὐκέτ' ἀνδρὶ. Σὺ γὰρ εὐεργέτης ἐμός. Τί γὰρ ἄξιον ἐποίησά σοι; Ἡσθὴ δὲ τῆς ἐπιστολῆς τῇ ἀπολογίᾳ καὶ πολλὰκις ἀνεγίνωσκε τὰ αὐτά. Ὑπεδήλου γὰρ, ὡς ἄκουσα αὐτὸν καταλίποι. Οὕτω κοῦφόν ἐστιν ὁ ἔρωσ καὶ ἀναπέθει βραδίως ἀντερᾶσθαι. Θεασάμενος δὲ τὸ παιδίον καὶ πῆλας ταῖς χερσίν· Ἀπελεύσῃ ποτέ μοι καὶ σὺ, τέκνον, πρὸς τὴν μητέρα καὶ γὰρ αὐτὴ τοῦτο κεκέλευκεν. Ἐγὼ δ' ἔρημος βιώσομαι, πάντων αἴτιος ἐμαυτῷ γενόμενος. Ἀπόλεσέ με κενὴ ζηλοτυπία καὶ σὺ, Βασιλῶν. Ταῦτ' εἰπὼν συνεσκευάζετο τὴν ταχίστην καταβαίνειν εἰς Ἴωνίαν, μέγα νομίζων παραμύθιον, πολλὴν ὁδὸν καὶ πόλεον ἡγεμονίαν καὶ τὰς ἐν Μιλήτῳ Καλλιρρόης οἰκήσεις.

Γ'. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν, ὁ δὲ Χαιρέας ἤνυσε τὸν πλοῦν εἰς Σικελίαν εὐτυχῶς. Εἰστήκει γὰρ αἰεὶ κατὰ πρύμναν (ὁ ἄνεμος), καὶ ναῦς ἔχων μεγάλας ἐπελαγίζετο, περιδεῖς ἔχων, μὴ πάλιν αὐτὸν σκληροῦ δαίμονος προσβολὴ καταλάβῃ. Ἐπεὶ δ' ἐφάνησαν Συρακοῦσαι, τοῖς τριάρχαις ἐκέλευσε κομηθῆσαι τὰς τριῆρεις καὶ ἅμα συνεταγμαμέναις πλεῖν· καὶ γὰρ ἦν γαλήνη. Ὡς δ' εἶδον αὐτοὺς οἱ ἐκ τῆς πόλεως, εἶπέ τις· Πόθεν τριῆρεις προσπλέουσι; μὴ τι Ἄττικαί; φέρε οὖν μηνύσωμεν Ἑρμοκράτει. Καὶ ταχέως ἐμήνυε· Στρατηγέ, βουλευέου, τί ποιήσεις. Τοὺς λιμένας ἀποκλείσωμεν, ἢ ἐπαναχθῶμεν; οὐ γὰρ ἴσμεν, εἰ μεῖζων ἔπεται στόλος, πρόδρομοι δ' εἰσὶν αἱ βλέπομεναι. Καταδραμάων οὖν ὁ Ἑρμοκράτης ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, κωπήρης ἐξέπεμψε πλοῖον ἀπαντᾶν αὐτοῖς. Ὁ δ' ἀποσταλεὶς ἐπυθάνετο, πλησίον ἔλθων, τίνες εἴησαν. Χαιρέας δ' ἐκέλευσεν ἀποκρίνασθαι τινα τῶν Αἰγυπτίων· Ἡμεῖς ἐξ Αἰγύπτου πλέομεν ἔμποροι, φορτία φέροντες, ἀ Συρακοσίους εὐφρανεῖ. Μὴ ἀθρόοι τοίνυν εἰσπλεῖτε, φησὶν, ἕως ἂν γνῶμεν, εἰ ἀληθεύετε· φορτίδας γὰρ οὐ βλέπω ναῦς ἀλλὰ μακρὰς καὶ ὡς ἐκ πολέμου τριῆρεις· ὥστε αἱ μὲν πλείους ἔξω τοῦ λιμένος μετέωροι μεινάτωσαν, μία δὲ καταπλευσάτω. Ποιήσωμεν οὕτως. Εἰσέπλευσεν οὖν τριῆρης ἡ Χαιρέου πρώτη. Εἶχε δ' ἐπάνω σκηνὴν συγκεκαλυμμένην Βαβυλωνίως περιπετάσασιν. Ἐπεὶ δὲ καθωρμίσθη, πᾶς ὁ λιμὴν ἀνθρώπων ἐνεπλήσθη. Φύσει μὲν γὰρ ὄχλος ἐστὶ περιεργόν τι χρῆμα, τότε δὲ καὶ πλείονας εἶχον αἰτίας τῆς συνδρομῆς. Βλέποντες δ' εἰς τὴν σκηνὴν, ἔνδον ἐνόμιζον οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ φόρτον εἶναι πολυτελεῆ. Καὶ ἄλλος ἄλλο τι ἐμαντεύετο, πάντα δὲ μάλλον, ἢ τάλθηθες εἶκαζον. Καὶ γὰρ ἦν ἄπιστον, ὡς ἀληθῶς ἤδη πεπυσμένων αὐτῶν, ὅτι Χαιρέας τέθηκε, ζῶντα δόξα καταπλεῖν καὶ μετὰ τοσαύτης πολυτελείας. Ὅτε τε τοῦ Χαιρέου γονεῖς οὐδὲ προήεσαν ἐκ τῆς οἰκίας. Ἑρμοκράτης δ' ἐπολιτεύετο μὲν ἀλλὰ πενθῶν καὶ τότε εἰστήκει μὲν, λανθάνων δέ. Πάντων δ' ἀπορούντων καὶ

excusatio, et eadem sæpe verba relegebat. Significabant nempe quodammodo, illam invitam discessisse. Tam levis res amor est, et cito persuadet amantibus redamari. Contemplatus quoque filium manibus sublatus vecitabat. Tu mihi quoque, fili, ait, aliquando ad matrem abibis. Sic enim illa jussit, ego vero vivam solitarius, omnium istorum ipse mihi causa factus. Vana me æmulatione et tu Babylon pessumdederunt. Post quæ quantocyus parabat in Ioniam descendere, magnum reputans solamen, multiplex iter, et urbium imperium, et Callirrhœs Mileti olim habitationes.

VI. Hæc in Asia gerebantur. Interim Chæreas navigationem feliciter consciebat in Siciliam, secundo enim vento semper utebatur, et cum magnis navibus sese alto credebat, multo tamen cum timore, ne in se duri cujusdam dei impetus ingrueret. Syracusis autem conspectis, ut ornent triremes jubet præfectos, et agminatim navigetur. Erat nempe tranquillitas. Urbani ut vident eas, dicebat aliquis: Unde triremes adveniunt? suntne Atticæ? agedum indicemus Hermocrati. Et mox significat. Delibera, prætor, quid ages. Portusne claudamus, an occurramus in altum? Nescimus enim, an major classis sequatur, et præviæ hæ modo sint visæ. Propere decurrit Hermocrates ad mare de foro, et actuariam navem mittit iis obviam. Missus, ut prope venit: Quinam forent, interrogat. Respondet Ægyptiorum unus, Chæreæ jussu: Nos ex Ægypto navigamus mercatores, cum mercibus, quæ lætitiâ Syracusanis afferent. Ergo ne confertim, ille ait, intro navigate. Naves enim video, non onerarias, sed longas, et quasi bellicas triremes. Adeoque cæteræ omnes extra portum procul in salo manento, una vero intro naviget. Sic faciemus. Intrat itaque prima Chæreæ triemis, super constrato tentorium velis Babylonicis circumamictum gens. Quæ ut appulit, totus portus hominibus impletus est. Nam per se plebs est res valde curiosa, rerumque novarum sedula; tunc autem plures habebant concursus rationes. Ad tentorii aspectum, merces intus esse pretiosas, conjiciebant, aliusque aliud quid augurabatur, sed omnes alia omnia potius, quam verum. Absontum enim erat, putare illos, qui certo audiverant obtisse Chæream, eundem vivum cum navibus tantaque magnificentia in patriam redire. Chæreæ parentes ne domo quidem prodierant. Hermocrates aderat quidem, ut magistratus et rector rerum gerendarum, sed in luctu; adstabat quidem, sed latens. Omnes autem quum dubii oculis eodem de-

τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔκει τετακότων, αἰφνίδιον εἰλύσθη τὰ παραπετάσματα. Καὶ ὤφθη Καλλιρρόη μὲν ἐπὶ χρυσήλατου κλίνης ἀνακειμένη, Τυρίαν ἀμπερομένη πορφυραν, Χαιρέας δ' αὐτῇ παρακαθήμενος, σχῆμα ἔχων στρατιγῶ. Οὐτε βροντὴ ποτεοῦτως ἐξέπληξε τὰς ἀκοὰς, οὔτε ἀστραπὴ τὰς ὄψεις τῶν ἰδόντων, οὔτε θησαυρὸν εὐρών τις χρυσοῦ τοσοῦτον ἐξεβόησεν, ὡς τότε τὸ πλῆθος, ἀπροσδοκῆτως ἰδὼν θέαμα λόγου κρείττον. Ἐρμοκράτης δ' ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν σκηνὴν, καὶ περιπτυσάμενος τὴν θυγατέρα, εἶπεν· Ζῆς, τέκνον, ἧ καὶ τοῦτο τεπλάνημαι; Ζῶ, πάτερ, νῦν ἀληθῶς, ὅτι σε θεάμααι. Δάκρυα πᾶσιν ἔχειτο μετὰ χαρᾶς. Μεταξὺ δὲ Πολύχαρμος ἐπικαταπλεῖ ταῖς ἄλλαις τριήρεσι. Αὐτὸς γάρ ἦν πεπιστευμένος τὸν ἄλλον στόλον ἀπὸ Κύπρου, διὰ τὸ μηκέτι Χαιρέαν ἄλλω τινὶ σχολάζειν δύνασθαι, πλὴν Καλλιρρόη μόνῃ. Ταχέως δ' ὁ λιμὴν ἐπληροῦτο καὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ σχῆμα τὸ μετὰ τὴν ναυμαχίαν τὴν Ἀττικὴν. Καὶ αὐταὶ γὰρ αἱ τριήρεις ἐκ πολέμου κατέπλεον ἐστεφανωμένοι, χρυσαμένοι Συρακοσίων στρατιγῶ. Συνεμίχθησαν δὲ αἱ φωναὶ τῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τοὺς ἀπὸ γῆς ἀσπαζομένους καὶ πάλιν ἐκείνους τοὺς ἐκ θαλάσσης. Εὐφῆμιαι τε καὶ ἔπαινοι καὶ συνευχαί πυχναὶ παρ' ἀμφοτέρων πρὸς ἀλλήλους. Ἦκε δὲ καὶ ὁ Χαιρέου πατήρ, λιποψυγῶν ἐκ τῆς παραδόξου χαρᾶς. Ἐπεκελεύοντο δ' ἀλλήλοις συνέφθαι καὶ συγγυμνασταί, Χαιρέαν ἀσπασασθαι θέλοντες, Καλλιρρόην δ' αἱ γυναῖκες. Ἔδοξε δ' ἔτι καλλίων αὐταῖς Καλλιρρόη γεγονέναι, ὥστ' ἀληθῶς εἶπες ἂν, αὐτὴν ὄραν τὴν Ἀφροδίτην ἀναδυομένην ἐκ τῆς θαλάσσης. Προσελθὼν δὲ Χαιρέας τῷ Ἐρμοκράτει καὶ τῷ πατρὶ Παράλαβετε, ἔφη, τὸν πλοῦτον τοῦ μεγάλου βασιλέως. Καὶ εὐθὺς ἐκέλευσεν ἐκκομίζεσθαι ἀργύριον καὶ χρυσὸν ἀναρίθμητον, εἴτ' ἐλέφαντα καὶ ἤλεκτρον καὶ ἔσθητα καὶ πᾶσαν ὕλης τέχνης τε πολυτέλειαν ἐπέδειξε Συρακοσίοις καὶ κλίνην καὶ τράπεζαν τοῦ μεγάλου βασιλέως. Ὅστ' ἐνεπλήσθη πᾶσα ἡ πόλις, οὐχ ὡς πρότερον, ἐκ τοῦ πολέμου Σικελικοῦ, πενίας Ἀττικῆς, ἀλλὰ, τὸ καινότερον ἐν εἰρήνῃ, λαφύρων Μηδικῶν.

Ζ'. Ἄθροον δὲ τὸ πλῆθος ἀνεβόησεν· Ἀξιοῦμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐπεθύμουν γὰρ αὐτοὺς καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι. Λόγου δὲ θάττον ἐπληρώθη τὸ θέατρον ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. Εἰσελθόντος δὲ μόνου Χαιρέου, πᾶσαι καὶ πάντες ἐπεβόησαν· Καλλιρρόην παρακάλει.

Ἐρμοκράτης δὲ καὶ τοῦτο ἐδημαγῶγησεν, εἰσάγων καὶ τὴν θυγατέρα. Πρῶτον οὖν ὁ δῆμος, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀποβλέψας, εὐφῆμει τοὺς θεοὺς καὶ χάριν ἠπίστατο μᾶλλον ὑπὲρ τῆς ἡμέρας ταύτης ἢ τῆς τῶν ἐπινικίων. Εἶτα ποτὲ μὲν ἐσχίζοντο καὶ οἱ μὲν ἄνδρες ἐπήνουν Χαιρέαν, αἱ δὲ γυναῖκες Καλλιρρόην, ὅτι δ' αὐτὸν πάλιν ἀμφοτέρους κοινῇ. Καὶ τοῦτ' ἐκείνοις ἦδιον ἦν. Καλλιρρόην μὲν οὖν, ὡς ἂν ἐκ πλοῦ καὶ ἀγωνίας, εὐθέως ἀσπασαμένην τὴν πατρίδα ἀπήγαγον ἐκ τῷ θεάτρῳ, Χαιρέαν δὲ κατέτεχε τὸ πλῆθος, ἀκοῦσαι βουλόμενον

fixis hærent, conspecti sunt, subito levatis velis, tam Callirrhœ super aureo toro reposita, et Tyriam purpuram induta, quam Chæreas ipsi assidens habitu imperatorio. Neque tonitru sic aures unquam percussit, neque fulgur oculos videntium, neque invento quis auri acervo tam exclamavit, ut tum plebs, viso spectaculo, quod omnem sermonem superat. Hermocrates autem exsiliit in tentorium, et amplexus filiam: Vivis, ait, o mea? an etiam hoc illudor? Vivo, pater, nunc revera, quandoquidem te video. Lacrymæ cum gaudio fluebant omnibus. Interim succedebat Polycharmus cum trimibus intro navigans, cui classem omnem a Cypro Chæreas, nonnisi Callirrhœ vacare valens, commendaverat. Brevi replebatur portus, eratque eadem species, ac post navalem cum Atheniensibus pugnam. Nam hæc triremes quoque coronatæ sub duce Syracusano ex bello redibant. Mixtæ voces e mari salutantium eos, qui in terra erant, et horum vicissim salutantium eos, qui e mari adveniebant. Densa bona verba, et præconia, et communia vota ab utrisque. Veniebat etiam Chærea pater, ob insperatum gaudium animo delinquens. Se invicem excitabant juvenes, qui cum Chærea adoleverant, et gymnasia frequentaverant, cupidi eum salutare. Similiter cum mulieribus erga Callirrhœn comparatum erat. Hæc etiam pulchrior illis videbatur evasisse, ut vere diceres videre Venerem e salo emergentem. Invadit Chæreas Hermocratem et patrem, et: Accipite, ait, magni regis opes. Auri que statim et argenti tantam jussit efferi copiam, ut enumerari non posset; porro ebur, et electrum, et vestes, et omnem materiae artis que magnificentiam ostendit Syracusanis, et lectum mensamque magni regis. Adeoque plena fiebat urbs tota, non, ut ante ex bello, paupertate Attica, sed, quod inauditum et mirabilissimum sit, in pace manubiis Medicis.

VII. Turba vero una omnis confertim voce clamabat: Habeamus concionem. Cupiebant nempe et videre et audire. Plenum dicto citius theatrum virisque et mulieribus, omnesque illi et illæ, quum solus intrasset Chæreas, etiam ut Callirrhœ arcesseretur, magna voce hortabantur. Hermocrates sane, pro popularitate sua, etiam in hoc palpatus est vulgo, quod filiam in theatrum induceret. Tum primum quidem populus, oculis in cælum fixis, prædicabat deos, gratiamque norat magis hujus, quam triumphalis diei. Dein nunc scindebantur, ut viri Chæream laudarent, faminae Callirrhœn, nunc rursus utrosque simul celebrarent. Idque ambobus erat gratius. Callirrhœn quidem, ut e navigatione miraque variorum affectuum vicissitudine delassatam, statim, postquam patriam salutaverat, domum

πάντα τὰ τῆς ἀποδημίας διηγήματα. Κάκεινος ἀπὸ τῶν τελευταίων ἤρξατο, λυπεῖν οὐ θέλων ἐν τοῖς πρώτοις καὶ σκυθρωποῖς τὸν λαόν. Ὁ δὲ δῆμος ἐνεκελεύετο· Ἐρωτώμεν, ἄνωθεν ἀρῆαι, πάντα ἡμῖν λέγε, μὴδὲν παραλίπη. Ὄκει Χαιρέας, ὡς ἂν ἐπὶ πολλοῖς τῶν οὐ κατὰ γνώμην συμβάντων αἰδούμενος. Ἐρμοκράτης δ' ἔφη· Μηδὲν αἰδεσθῆς, ὦ τέκνον, κἂν λέγῃς τι λυπηρότερον, ἢ μικρότερον ἡμῶν. Τὸ γὰρ τέλος, λαμπρὸν γενόμενον, ἐπισκοπεῖ τοῖς προτέροις ἅπασιν. Τὸ δὲ μὴ ῥηθὲν ὑπόνοιαν ἔχει χαλεπωτέραν ἐξ αὐτῆς τῆς σιωπῆς. Πατρίδι λέγεις καὶ γονεῦσιν, ὧν ἰσόρροπος ἢ πρὸς ἀμφοτέρους ὑμᾶς φιλοστοργία. Τὰ μὲν οὖν πρώτα τῶν διηγημάτων ἤδη καὶ ὁ δῆμος ἐπίσταται, καὶ γὰρ τὸν γάμον ὑμῶν αὐτὸς ἐξευξε. Τὴν τῶν ἀντιμνηστευομένων ἐπιβουλήν εἰς ψευδῆ ζηλοτυπίαν, ἀκαίρως ἐπληξας τὴν γυναῖκα, πάντες ἔγνωμεν, καὶ ὅτι δόξασα θεανάνα πολυτελῶς ἐκηδεύθη. Σὺ δὲ, εἰς φόνου δίκην ὑπαχθεῖς, σεαυτοῦ κατεψηφίσω, συναποθανεῖν θέλων τῇ γυναικί. Ἄλλ' ὁ δῆμός σε ἀπέλυσεν, ἀκούσιον ἐπιγνούς τὸ συμβάν. Τὰ δὲ τούτων ἐφεξῆς [ἡμῖν ἀπάγγελον], ὅτι Θήρων ὁ τυμθωρύχος, νυκτὸς τὸν τάφον διασκάψας, Καλλιρρόην, ζῶσαν εὐρών, μετὰ τῶν ἐνταφίων ἐνέθηκε τῇ πειρατικῇ κέλῃτι καὶ εἰς Ἴωνίαν ἐπώλησε, σὺ δὲ κατὰ τὴν ζήτησιν τῆς γυναικὸς ἐξελθὼν, αὐτὴν μὲν οὐκ εὔρες, ἐν δὲ τῇ θαλάσῃ τῷ πειρατικῷ πλοίῳ περιπεσὼν, τοὺς μὲν ἄλλους ληστὰς τεθνεῶτας κατέλαβες ὑπὸ δίψους, Θήρωνα δὲ μόνον ἔτι ζῶντα εἰσήγαγες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κάκεινος μὲν βασιανισθεὶς ἀνεσκολοπίσθη, τριήρη δ' ἐξέπεμψεν ἢ πόλις καὶ πρεσβευτὴν ὑπὲρ Καλλιρρόης, ἐκούσιος δὲ συνεξέπλευσέ σοι Πολύχαρμος ὁ φίλος, ταῦτ' ἴσμεν· σὺ δ' ἡμῖν διήγησαι τὰ μετὰ τὸν ἔκπλουον συνερχθέντα τὸν σὸν ἐντεῦθεν. Ὁ δὲ Χαιρέας ἐνθεν ἔλθων διηγείτο· Πλεύσαντες τὸν Ἴόνιον ἀσφαλῶς, εἰς χωρίον κατήχθημεν ἀνδρὸς Μιλήσιου, Διονυσίου τοῦνομα, πλοῦτω καὶ γένει καὶ δόξῃ πάντων Ἴωνων ὑπερέχοντος. Οὗτος δὲ, ὁ παρὰ Θήρωνος Καλλιρρόην ταλάντου πριάμενος. Μὴ φοβήθητε. Οὐκ ἐδούλευσεν. Εὐθύς γὰρ τὴν ἀργυρωνήτην αὐτοῦ δέσποιναν ἀπέδειξε καὶ ἔρων αὐτῆς βιάσασθαι οὐκ ἐτόλμησε τὴν εὐγενῆ, πέμψαι δὲ πάλιν εἰς Συρακούσας οὐκ ὑπέμεινεν, ἥς ἦρα. Ἐπεὶ δ' ἤσθετο Καλλιρρόη κύουσαν ἑαυτὴν ἐξ ἑμοῦ, σῶσαι τὸν πολιτὴν ὑμῖν θέλουσα, ἀνάγκην ἔσχε Διονυσίῳ γαμηθῆναι, σοφίζομένη τοῦ τέκνου τὴν γονὴν, ἵνα ἐκ Διονυσίου δόξῃ γεγεννηχῆναι καὶ τραφῆ τὸ παιδίον ἐπαξίως. Τρέφεται γὰρ ὑμῖν, ἀνδρὸς Συρακόσιοι, πολιτῆς ἐν Μιλήτῳ, πλούσιος ὑπ' ἀνδρὸς ἐνδόξου. Καὶ γὰρ ἐκείνου τὸ γένος ἐνδοξόν Ἑλληνικόν. Μὴ φθονήσωμεν αὐτῇ μεγάλης κληρονομίας.

Ἡ'. Ταῦτα μὲν οὖν ἔμαθον ὕστερον· τότε δὲ καταχθεῖς ἐν τῷ χωρίῳ, μόνην εἰκόνα Καλλιρρόης θεασάμενος ἐν ἱερῷ, ἐγὼ μὲν εἶχον ἀγαθὰς ἐλπίδας, νυκτῶρ δὲ Φρύγες λησταί, καταδραμόντες ἐπὶ θάλασσαν, ἐνέπρηξαν μὲν τὴν τριήρη, τοὺς δὲ πλείστους κατέσφα-

deducunt. Chæream vero detinebat concio, totam itineris et absentia rationem scire cupida. Incipiebat igitur ille a postremis, nolens populum recitatione priorum casuum, sed tristium, affligere. Populus autem instabat: Rogatus a principio ordiri. Dic nobis omnia. Prætermitte nihil. Chæreas pudore multorum, quæ præter voluntatem ipsi evenerant, cessare. Sed Hermocrates: Pudore hic opus non est, fili, etiamsi dicas aliquid tristius, aut humilium. Finis enim splendidus factus ista priora omnia obumbrat. Etiam quod indictum ex ipso silentio suspicionem habet graviorem. Patriæ dicis et parentibus, quorum æqualis in ambo vos est animi propensio. Primos quidem eventus jam novit populus. Nuptias enim ipse vestras junxit. Rivalium in procando tuorum insidias, per quas injecta tibi æmulatione vana intempestive uxorem feristi, omnes novimus, et quod illa mortua habita splendide fuerit sepulta, tuque auctor cædis dictus te ipse condemnaveris, cupidus uxori commori, populus autem te absolverit, facto agnito involuntario. Etiam quæ deinceps consecuta, [nobis annuntiata:] ut Theron sacrilegus, effracto noctu monumento, Callirrhœen inventam vivam cum mundo et gaza sepulchrali piratico celoci imposuerit, et in Ioniam vendiderit, tu vero egressus ad requirendam uxorem, ipsam quidem non inveneris, sed incidens in mari in piraticum navigium cæteros latrones siti extinctos deprehenderis præter Theronem, quem vivum introduxisti in concionem, ubi tortus ille tandem palo suffixus est, urbs deinde triremem emisit et legationem pro Callirrhœo, et sponte tibi præstitit comitatum Polycharmus enaviganti: hæc omnia novimus. Tu vero narra nobis, quæ post tuam hinc enavigationem acciderunt. Narrabat inde orsus Chæreas sic: Trajecto feliciter Ionio, appulimus in agros viri Milesii, Dionysii nomine, opibus, et genere, et gloria omnibus Ionibus antecellentis. Hic erat ille, qui talento Callirrhœen a Therone redemerat. Ne timeatis, illa non serviit. Nam statim venalitiâ suam fecit heram, eamque amator noluit quidem vi cogere, rursus tamen amatam remittere in Siciliam a se non impetravit. Quum vero sentiret Callirrhœe se de me gravidam, cupiens servare vobis civem, necesse habuit Dionysio nubere, falsam astute confingens pueri generationem, ut ipsa videretur ex Dionysio concepisse, et infans condigne educaretur. Civis enim vobis, viri Syracusani, Mileti dives, altus a viro illustri, crescit. Nam ei quoque genus illustre Græcum. Ne magnam illi hæreditatem invadeamus.

VIII. Hæc ego postea didici facta. Sed ut eo regrediar, appulsus in agro istoc, Callirrhœos inagine tantum in templo quodam conspecta, habebam bonam spem, verum latrones noctu devolantes ad mare triremem incenderunt, occiderunt plurimos, et me cum Polycharmo vincium in

ξαν, ἐμὲ δὲ καὶ Πολύχαρμον δήσαντες, ἐπώλησαν εἰς Καρίαν. Θρήνον ἐξέρρηξεν ἐπὶ τούτοις τὸ πλῆθος. Ἐῖπε δὲ Χαιρέας· Ἐπιτρέψατε ἔμοι τὰ ἐξῆς σιωπᾶν, σκυθρωπότερα γάρ ἐστι τῶν πρώτων. Ὁ δὲ δῆμος ἐξεβόησε· Λέγε πάντα. Καὶ δὲ ἔλεγεν· Ὁ πριάμενος ἡμᾶς, δοῦλος Μιθριδάτου, στρατηγοῦ Καρίας, ἐκέλευσε σκάπτειν [ὄντας] πεπεδημένους. Ἐπεὶ δὲ τὸν δεσμοφύλακα τῶν δεσμοτῶν ἀπέκτεινάν τινες, ἀνασταυρωθῆναι πάντας ἡμᾶς Μιθριδάτης ἐκέλευσε. Κἀγὼ μὲν ἀπηγόμην, μέλλων δὲ βασανίζεσθαι Πολύχαρμος εἶπέ μου τοῦνομα καὶ Μιθριδάτης ἐγνώρισε. Διονυσίου γὰρ ξένος γενόμενος ἐν Μιλήτῳ, Χαιρέου θάπτομένου παρῆν. Πυθομένη γὰρ Καλλιρρόη τὰ περὶ τὴν τριήρη καὶ τοὺς ληστὰς, καμὲ δόξασα τεθνάναι, τάφον ἔχουσέ μοι πολυτελεῖ. Ταχέως οὖν ὁ Μιθριδάτης ἐκέλευσε καθαιρεθῆναι με τοῦ σταυροῦ, σχεδὸν ἤδη πέρας ἔχοντα καὶ ἔσχεν ἐν τοῖς φιλιτάτοις. Ἀποδοῦναι δὲ μοι Καλλιρρόην ἔσπευδε καὶ ἐποίησέ με γράψαι πρὸς αὐτήν. Ἀμελεῖα δὲ τοῦ διακονουμένου, τὴν ἐπιστολὴν ἔλαθεν αὐτὴν Διονύσιος. Ἐμὲ δὲ ζῆν οὐκ ἐπίστευεν, ἐπίστευσε δὲ Μιθριδάτην ἐπιβουλεύειν αὐτοῦ τῇ γυναικί. Καὶ εὐθὺς, αὐτῷ μοιχείαν ἐγκαλῶν, ἐπέστειλε βασιλεῖ. Βασιλεὺς δ' ἀνεδέξατο τὴν δίκην καὶ πάντας ἐκάλεσε πρὸς αὐτόν. Οὕτως ἀνέβημεν εἰς Βαθυλῶνα. Καὶ Καλλιρρόην μὲν Διονύσιος ἄγων, περίβλεπτον ἐποίησε κατὰ τὴν Ἀσίαν ὄλην θαυμαζομένην, ἐμὲ δὲ Μιθριδάτης ἐπηγάγετο. Γενόμενοι δ' ἐκεῖ μεγάλην ἐπὶ βασιλείῳ δίκην εἴπομεν. Μιθριδάτην μὲν οὖν εὐθὺς ἀπέλευσεν, ἔμοι δὲ καὶ Διονυσίῳ διαδικασίαν περὶ τῆς γυναικὸς ἐπήγγειλε, Καλλιρρόην παραθέμενος ἐν τῷ μεταξὺ Στατεῖρα τῇ βασιλίδι. Ποσάκις, ἄνδρες Συρακοῖσι, δοκεῖτε, θάνατον ἐβουλεύσασθην, ἀπεzeugμένος τῆς γυναικὸς, εἰ μὴ με Πολύχαρμος ἔσωσεν, ὁ μόνος ἐν πᾶσι φίλος πιστός. Καὶ γὰρ βασιλεὺς ἡμελῆκει τῆς δίκης, ἔρωτι Καλλιρρόης φλεγόμενος. Ἄλλ' οὐτ' ἐπεισεν οὐθ' ὕβρισεν. Εὐκαίρως δ' Αἴγυπτος ἀποστᾶσα βαρὺν ἐκίνησε πόλεμον, ἔμοι δὲ μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιον. Καλλιρρόην μὲν γὰρ ἡ βασιλὶς ἐπήγετο, ψευδῆ δ' ἀκούσας ἀγγελίαν ἐγὼ, φήσαντός τινος, ὅτι Διονυσίῳ παρεδόθη, θέλων ἀμύνασθαι βασιλέα, πρὸς τὸν Αἴγυπτιον αὐτομολήσας, ἔργα μεγάλα διεπραξάμην. Καὶ γὰρ Τύρον, δυσάλωτον οὔσαν, χειρωσάμην αὐτὸς καὶ ναύαρχος ἀποδειχθεὶς κατεναμάχησα τὸν μέγαν βασιλέα καὶ Ἀράδου κύριος ἐγενόμην, ἐνθα καὶ τὴν βασιλίδα καὶ τὸν πλοῦτον, ὃν ἐωράκατε, βασιλεὺς ἀπέθετο. Ἐδυνάμην οὖν καὶ τὸν Αἴγυπτιον ἀποδείξει πάσης τῆς Ἀσίας δεσπότην, εἰ μὴ χωρὶς ἐμοῦ μαχόμενος ἀνῆρέθη. Τὸ δὲ λοιπὸν φίλον ὑμῖν ἐποίησα τὸν μέγαν βασιλέα, τὴν γυναῖκα δωρησάμενος αὐτῇ καὶ Περσῶν τοῖς ἐντιμοτάτοις μητέρας τε καὶ ἀδελφὰς καὶ γυναικίας καὶ θυγατέρας πέμψας. Αὐτὸς δ' Ἕλληνας τοὺς ἀρίστους, Αἴγυπτίων τε τοὺς θέλοντας, ἤγαγον ἐνθάδε. Ἐλευσεται καὶ ἄλλος στόλος ἐξ Ἰωνίας

Cariam vendiderunt. Erupit ad hæc in lamentationes corona. Tum Chæreas : Permite mihi, ait, tacere, quæ deinceps acciderunt. Sunt enim his primis multo tristiora. Sed populus magno clamore poscebat omnia. Sic ergo noster continuat : Qui nos emerat servus Mithridatis, Cariae præfecti, jussit catenatos terram fodere. Quia vero custodem carceris de nexis quidam occiderant, jussit Mithridates omnes nos in crucem agi. Jam ducebar, jam in subeundo eram supplicio, quum Polycharmus meum nomen extulit, quod agnovit Mithridates. Nam hospes Dionysii factus Mileti interfuerat meo funeri. Edocta nempe de triremi et latronibus, et arbitrata me obiisse, Callirrhœ tumulum ibi mihi splendidum egressit. Mithridates itaque celeriter tolli de cruce me jubet, tantum non in extremo vitæ confinio hærentem, habuitque postmodum in amicissimis ; et studiosus Callirrhœn militi redere permovit, ut ad eam scriberem. Sed incuria epistolam deferentis accepit eam Dionysius. Isque me vivere non credidit, sed contra credidit, uxori suæ Mithridaten insidiari, eumque statim literis apud regem insinulavit adulterii. Rex omnes ad se, suscepta cogitione, excivit. Sic ascendimus Babylonem. Dionysius quidem Callirrhœn, secum ducens, tota Asia celebrari et decantari ob formam fecit. Me vero Mithridates secum trahebat. Ibi ut fuimus, magnam sub rege iudice causam diximus. Mithridatem quidem rex statim absolvebat : inter me vero et Dionysium promisit se cogniturum de uxoris possessione. Callirrhœn interim apud Statoram reginam deponit. Quoties putatis, viri Syracusani, me mortem mihi paravisse, ab uxore sejugem, nisi me Polycharmus, solus inter omnes fidus amicus, servasset. Nam et rex negligebat dijudicationem, amore Callirrhœs accensus ; verum neque permovit, neque contaminavit. Interim opportune deficiens Ægyptus grave bellum movit ; cui tamen magna bona debeo. Callirrhœn enim regina secum duxit. Ego vero falsa cujusdam relatione deceptus, Dionysio traditam eam perhibentis, ulcisci regem cupidus transfugi ad Ægyptium. Ubi magnas res gessi, et Tyrum urbem expugnatum difficilem, ipse cepi, et constitutus navarchus mari magnum regem devici, et Arado potitus fui, ubi reginam cum opibus, quas vidistis, rex deposuerat. Potuissem sic Ægyptium facere totius Asiæ dominum, nisi pugnans ille seorsim a me cecidisset. Ego tum vobis benevolam porro feci regem, redonata uxore, et remissis Persarum nobilissimo cuique suis aut matribus, aut sororibus, aut uxoribus, aut filiabus. Græcorum autem optimos et Ægyptiorum voluntarios huc adduxi. Veniet et alia vestra

υμέτερος. Ἄξει δ' αὐτὸν ὁ Ἑρμοκράτους ἔκγονος.
 Εὐχαί παρὰ πάντων ἐπὶ τούτοις ἐπηκολούθησαν. Κα-
 ταπαύσας δὲ τὴν βοήν Χαίρεας εἶπεν· Ἐγὼ καὶ Καλ-
 λιρρόη χάριν ἔχομεν ἐφ' ὑμῶν Πολυχάρμῳ τῷ φίλῳ,
 5 καὶ γὰρ εὖνοιαν ἐπεδείξατο καὶ πίστιν ἀληθεστάτην
 πρὸς ἡμᾶς, κὰν ὑμῖν δοκῆ, δῶμεν αὐτῷ γυναῖκα τὴν
 ἀδελφὴν τὴν ἐμήν. Προῖκα δ' ἔξει μέρος τῶν λαφύ-
 ρων. Ἐπευφήμησεν ὁ δῆμος· Ἀγαθῷ ἀνδρὶ, Πολυ-
 χάρμῳ, φίλῳ πιστῷ, ὁ δῆμός σοι χάριν ἐπίσταται.
 10 Τὴν πατρίδα εὐηργέτηκας. Ἄξιός Ἑρμοκράτους καὶ
 Χαίρεος. Μετὰ ταῦτα πάλιν Χαίρεας εἶπε· Καὶ
 τούσδε τοὺς τριακοσίους, Ἑλληνας ἀνδράς, στρατὸν
 ἐμὸν ἀνδρεῖον, δέσμαι ὑμῶν, πολίτας ποιήσατε. Πά-
 λιν ὁ δῆμος ἐπεβόησεν· Ἄξιοι μεθ' ἡμῶν πολιτεύεσθαι.
 15 Χειροτονείσθω ταῦτα. Ψῆφισμα ἐγράφη καὶ εὐθὺς
 ἐκείνοι καθίσαντες, μέρος ἦσαν τῆς ἐκκλησίας. Καὶ
 Χαίρεας δ' ἐδωρήσατο τάλαντον ἐκάστῳ. Τοῖς δ'
 Αἰγυπτίοις ἀπένειμε χώραν Ἑρμοκράτης, ὅστ' ἔχειν
 αὐτοὺς γεωργεῖν. Ἔως δ' ἦν τὸ πλῆθος ἐν τῷ θεάτρῳ,
 20 Καλλιρρόη, πρὶν εἰς τὴν οἰκίαν εἰσελθεῖν, εἰς τὸ τῆς
 Ἀφροδίτης ἱερὸν ἀφίκετο. Λαθομένη δ' αὐτῆς τῶν
 ποδῶν καὶ ἐπιθεῖσα τὸ πρόσωπον καὶ λύσασα τὰς κό-
 μας, καταφιλοῦσα· Χάρις σοί, φησίν, Ἀφροδίτη. Πά-
 λιν γάρ μοι Χαίρεάν ἐν Συρακούσαις ἔδειξας, ὅπου καὶ
 25 παρθένος εἶδον αὐτὸν, σοῦ θελοῦσης. Οὐ μέμφομαι
 σοι, δέσποινα, περὶ ὧν πέπονθα. Ταῦτα εἴμαρτό μοι.
 Δέομαί σου, μηκέτι με Χαίρεος διαζεύξης, ἀλλὰ καὶ
 βίον μακάριον καὶ θάνατον κοινὸν κατάνευσον ἡμῖν.
 Τούσδε περὶ Καλλιρρόης συνέγραψα.

30 Χαρίτωνος Ἀφροδισιέως τῶν περὶ Χαίρεάν καὶ Καλλιρρόην

Η λόγων τέλος.

classis ex Ionia, quam ducet Hermocratis nepos. Seque-
 bantur hæc verba universorum vota, cum ingenti clamore.
 Quem ut sedaverat Chæreas : Ego, ait, et Callirrhœ co-
 ram vobis gratiam habemus amico Polycharmo. Nam
 benevolentiam et fidem sincerissimam erga nos ostendit,
 et, si vobis videtur, in matrimonium demus ipsi meam
 sororem, dotemque habeat partem manubiarum. Accla-
 mavit bona verba : Populus bono viro Polycharmo, amico
 fido, gratiam tibi novit. Patriam beneficiis demeruisti,
 dignus Hermocrate et Chærea. Post hæc Chæreas : Hos
 trecentos, ait, fortem meum exercitum, rogo vos, cives
 facitote. Iterum annuit cum clamore populus : Digni sunt,
 qui eadem nobiscum civitate utantur. Itur in suffragia.
 Scriptum decretum. Et ex continenti trecenti illi considentes
 pars erant concionis, a Chærea talento quisque donatus.
 Ægyptiis vero Chæreas agrum dabat colendum. Interim,
 dum in theatro est multitudo, Callirrhœ, priusquam do-
 mum intraret, in templum Veneris contenderat, ejusque
 pedes amplexa, et innisa vultu, comisque solutis, oscu-
 lata : Venus, ait, tibi gratia. Rursus enim Chæream
 mihi Syracusis ostendisti, ubi etiam virgo illum tua volun-
 tate videbam. Non incuso te, domina, propter ea, quæ
 passa fui. Erant illa mihi destinata. Porro ne me divel-
 las a Chærea, precor, vitamque nobis felicem, et mortem
 annue communem. Tantum de Callirrhœ conscripsi.

Charitonis Aphrodisiensis librorum octo de Chærea

et Callirrhœ finis.

ANTONIUS DIOGENES.

ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ

ΤΩΝ

ΥΠΕΡ ΘΟΥΛΗΝ

ΑΠΙΣΤΩΝ

ΛΟΓΟΙ Δ' ΚΑΙ Κ'.

ANTONII DIOGENIS

LIBRI XXIV

DE INCREDIBILIBUS

QUÆ ULTRA THULEM

INSULAM SUNT.

Α'. Ἀνεγνώσθησαν Ἀντωνίου Διογένους τῶν ὑπὲρ
Θουλήν ἀπίστων λόγοι εἴκοσι τέσσαρες. Δραματικὸν
οἱ λόγοι, σαφῆς ἡ φράσις καὶ οὕτω καθαρά, ὡς ἐπ' ἔλατ-
τον εὐκρινείας δεῖσθαι καὶ τότε κατὰ τὰς ἐκτροπὰς τῶν
διηγημάτων, ταῖς δὲ διανοίαις πλεῖστον ἔχει τοῦ ἡδέος,
ἅτε μύθων ἐγγύς καὶ ἀπίστων ἐν πιθानωτάτῃ πλάσει
καὶ διασκευῇ ὕλην ἑαυτῇ διηγημάτων ποιουμένη.

Β'. Εἰσάγεται τοίνυν ὄνομα Δεινίας κατὰ ζήτησιν
ἱστορίας ἅμα τῇ παιδὶ Δημογάρῃ ἀποπλανηθεὶς τῆς
πατρίδος, καὶ διὰ τοῦ Πόντου καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ Κασ-
πίαν καὶ Ὑκρανίαν θαλάσσης πρὸς τὰ Ῥιπαῖα καλού-
μενα ὄρη καὶ τοῦ Τανάιδος ποταμοῦ τὰς ἐκβολὰς ἀφι-
γμένοι, εἶτα διὰ τὸ πολὺ τοῦ ψύχους ἐπὶ τὸν Σκυθικὸν
ἐπιστραφέντες Ὠκεανὸν, καὶ δὴ καὶ εἰς τὸν ἕξῳν ἐμβα-
λόντες, καὶ πρὸς ταῖς τοῦ ἡλίου ἀνατολαῖς γεγονότες,
ἐντεῦθεν τε κύκλω τὴν ἐκτὸς περιελθόντες θάλασσαν ἐν
χρόνῳ μακροῖς καὶ ποικίλαις πλάναις· οἷς συνεπά-
πτονται τῆς πλάνης Καρμάνης καὶ Μηνίσκος καὶ Ἄζου-
λις. Γίγνονται δὲ καὶ ἐν Θουλή τῇ νήσῳ, ἐνταῦθα τῶς
σταθμὸν ὡσπερ τῆς πλάνης τινὰ ποιούμενοι.

Γ'. Ἐν ταύτῃ τῇ Θουλή Δεινίας κατ' ἔρωτος νόμον
ὁμιλεῖ Δερκυλλίδι τινὶ καλουμένῃ, ἥτις γένει μὲν
ὑπῆρχε Τυρία τῶν κατὰ τὴν πόλιν εὐπατριδῶν, ἀδελφῶ
δὲ συνῆν ὄνομα Μαντινία· ταύτῃ Δεινίας ὁμιλῶν ἀνα-
μανθάνει τὴν τε τῶν ἀδελφῶν πλάνην καὶ ὅσα Παάπι-
τις, ἱερὺς Αἰγύπτιος, τῆς πατρίδος αὐτοῦ λεηλατη-
θείσης καὶ παροικήσας Τύρον καὶ φιλοξενηθεὶς ὑπὸ τῶν
τεκόντων τοὺς ἀδελφούς Δερκυλλίδα καὶ Μαντινίαν καὶ
δόξας τὰ πρῶτα εὐνοῦς εἶναι τοῖς εὐεργέταις καὶ ὄλω
τῷ οἴκῳ, μετὰ ταῦτα ὅσα κακὰ τὸν τε οἶκον καὶ αὐτοὺς
καὶ αὐτῶν γονεάς εἰργάσατο, ὅπως εἰς Ῥόδον ἀπὸ τῆς
κατὰ τὸν οἶκον συμφορᾶς σὺν τῷ ἀδελφῷ ἀπήχθη κά-
κειθεν εἰς Κρήτην ἐπλανήθη, εἶτα εἰς Τυρρηνοὺς κἀν-
τεῦθεν εἰς Κιμμερίους οὕτω καλουμένους, καὶ ὡς τὰ ἐν
Ἄιδου παρ' αὐτοῖς ἴδοι καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ μάθοι,
διδασκάλῳ χρωμένη Μυρτοῖ, θεραπαινίδι οικείᾳ, πάλαι
τὸν βίον ἀπολιπούσῃ καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν τὴν δέσποιναν
ἀναδιδασκούσῃ.

Δ'. Ταῦτα τοίνυν ἀπάρχεται Δεινίας διηγεῖσθαι
Κύμβα τινὶ ὀνόματι ἐξ Ἀρκαδίας πατρίδος, ὃν στελλεῖ
τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκαδῶν ἐς Τύρον, αἰτούμενοι Δεινίαν

I. Lecti sunt Antonii Diogenis libri XXIV de incredibi-
libus quæ ultra Thulen insulam sunt. Dramatici sunt et
dictio ipsa ita clara, ita pura ut minus egeat perspicuitate
nisi aliquando in narrationum diverticulis; sententiis plu-
rimum jucunditatis inest, quippe ad fabulas accedit elocutio
et incredibilium narrationum sylvam sibi suppeditat cum
verisimili fictione et apparatu.

II. Inducitur itaque Dinias quidam nomine ad investi-
gandas res novas simul cum filio Demochare patria relicta
errans, qui per Pontum et a Caspio et Hyrcanio mari ad
Rhipæos, ut vocantur, montes et Tanais fluminis ostia
delati, deinde propter ingens frigus ad Scythicum con-
versi Oceanum atque hinc ad Orientalem tendentes ad solis
orientis partes venerunt: inde circulo facto exterius mare
longo tempore variisque erroribus circumierunt: errorum
socii fiunt Carmanes, Meniscus et Azulis. Perveniant
etiam ad Thulen insulam ibique stationem errorum quam-
dam constituunt.

III. In hac insula cum Dercyllide quadam Dinias consue-
tudinem habet, quæ genere Tyria claris in ea urbe nata-
libus orta, cum fratre Mantinia ibi versabatur. Cum illa
igitur Dinias consuetudinem habens, ejus audit fratrisque
jactationes et quanta mala Paapis quidam, Ægyptius sac-
cerdos, intulerit. Hic enim vastata ejus patria Tyrum mi-
grans et hospitio acceptus a parentibus horum fratrum
Mantiniæ et Dercyllidis, benevolus primum in bene de se
meritis et familiam universam videbatur, sed postea in-
gentibus malis familiam et hos et eorum parentes affect.
Narrat deinde quomodo post familiæ calamitatem una cum
fratre Rhodum abducta sit, inde in Cretam errore delata
fuerit, hinc ad Tyrrhenos, inde ad Cimmeros quos nomi-
nant, utque apud hos inferos spectarit, multaque quæ ibi
sunt didicerit, Myrto magistra usa, sua pedisequa, quæ
olim vita abiisset et a morte dominam doceret.

IV. Hæc itaque narrare incipit Dinias Cymbæ euidam
nomine, Arcadi, quem commune Arcadum miserat Tyrum
Diniam rogantes ut ad ipsos in patriam suam rediret. A

πρὸς αὐτούς τε καὶ πατρίδα ἐπαναζεῦσαι. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν τὸ βάρος τοῦ γήρωος ἐκόλυεν, εἰσάγεται διηγούμενός ἄπερ τε αὐτὸς κατὰ τὴν πλάνην ἐθεάσατο ἢ καὶ ἄλλων θεασάμενων ἀκήκοε, καὶ ἃ Δερκυλλίδος ἐν Θούλῃ διηγουμένης ἀνέμαθε· λέγω δὴ τὴν τε προειρημένην πλάνην αὐτῆς καὶ ὅπως μετὰ τὴν ἐξ Ἰδίου αὐτῆς ἀναχώρησιν σὺν Κηρύλλῳ καὶ Ἀστραῖῳ, ἤδη τοῦ ἀδελφοῦ διασπασθεῖσα, ἐπὶ τὸν Σειρήνης ἀφίκοντο τάφρον, καὶ ὅσα πάλιν αὐτῇ [ἐξ] Ἀστραίου λέγοντος ἤκουσε περὶ τε Πυθαγόρου φημί καὶ Μνησάρχου, ὅσα τε Φιλώτιδος αὐτὸς Ἀστραῖος ἤκουσε καὶ τὸ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ μυθῶδες θέαμα, καὶ ὅσα αὖθις Δερκυλλίς ἐπὶ τὴν οἰκειαν ἐπανοῦσα πλάνην ἀπήγγειλεν, ὡς περιπέσοι ἀνθρώπων πόλει κατὰ τὴν Ἰθέραν, οἱ ἐώρων μὲν ἐν νυκτὶ, τυφλοὶ δὲ ὑπὸ ἡμέρᾳ ἐκάστη ἐτύγγχανον, καὶ ὅσα ἐκεῖ Ἀστραῖος αὐλῶν τοῖς πολεμίοις ἐκείνων εἰργάσατο, καὶ ὡς ἀφειθέντες εὐμενῶς ἐκεῖθεν, περιπετωάσασιν τοῖς Κελτοῖς, ἔθνη ὠμῶ καὶ ἡλιθίῳ, ἵπποις τε αὐτοὺς ἐξέφυγον, καὶ ὅσα αὐτοῖς περὶ τῆς κατὰ τὴν χροάν τῶν ἵππων ἐναλλαγῆς ἐγεγόνει, ὅπως τε κατὰ τοὺς Ἀκυτανοὺς ἐγένοντο, καὶ ὅσας ἐκεῖ τιμῆς ἀπέλασαν Δερκυλλίς τε καὶ Κήρυλλος καὶ ἔτι μᾶλλον Ἀστραῖος τῇ περὶ τοὺς οἰκειοὺς ὀφθαλμοὺς αὐξομειώσει, τὰς σεληνιακὰς σημαίνων αὐξομειώσεις, καὶ ἴων ἔριδος περὶ τῆς ἀρχῆς τοὺς ἐκεῖ βασιλεῖς, οἱ δύο ὄντες κατὰ τὰ τοιαῦτα τῆς σελήνης πάθῃ ἀλλήλων ἀντικαθίσταντο διάδοχοι, δι' ἃ καὶ ὁ ἐκεῖ δῆμος τοῖς περὶ Ἀστραῖον ἔχαιρον.

Ε'. Ἐντεῦθεν ἐπιμυθεύεται, ὅπως τὰ τε ἄλλα Δερκυλλίς εἶδὲ τε καὶ ὑπήνεγκε, καὶ ὡς ἐν Ἀρτάβροις ἤχθη, οὗ γυναικῆς μὲν πολεμοῦσιν, ἄνδρες δὲ οἰκουροῦσι καὶ τὰ γυναικῶν ἐπιμελοῦνται· ἐπὶ τούτοις, ὅσα κατὰ τοὺς Ἀστύρους τὸ ἔθνος αὐτῆς τε καὶ Κηρύλλῳ συνεκέρησε, καὶ ἔτι ὅσα ἰδίως Ἀστραῖῳ συννήχθη, καὶ ὡς παρ' ἐλπίδας πάσας τοὺς ἐν Ἀστύροις συχνοὺς κινδύνους ἐκπεφυγότες, Κήρυλλος σὺν Δερκυλλίδι τὴν δίκην ὅμως, ἣν ἀδικήματος παλαιοῦ ὠφληκῶς ἐτύγγχανεν, οὐκ ἀπέφυγεν, ἀλλὰ παρὰ δόξαν πᾶσαν, ὡς ἐσώθη τῶν κινδύνων, οὕτω καὶ ἐκρουεργήθη· μετὰ ταῦτα, ὅσα κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πλανωμένη ἐθεάσατο, καὶ ὡς ἐν Ἐρυκί γενομένη πόλει Σικελίας συλλαμβάνεται καὶ πρὸς Αἰνησιδήμον, ἐτυράννει δὲ τότε Λεοντίνων οὗτος, ἀπάγεται· ἐν ᾧ πάλιν Παάπιδι τῇ τρισαλιτηρίῳ περιπίπτει τῇ τυραννοῦντι συνόντι, καὶ τῆς ἀπροσδοκίτου συμφορᾶς ἀνέλπιστον εὐρίσκει παραμυθίαν, τὸν ἀδελφὸν Μαντινίαν, ὃς πολλὰ πλανηθεὶς καὶ πολλῶν ἀπιστοτάτων θεαμάτων περὶ τε ἀνθρώπους καὶ ἕτερα ζῶα, περὶ τε αὐτὸν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ φυτὰ καὶ νήσους μάλιστα ἐξηγητῆς αὐτῆ καταστάς, ἕλην ἄφρονον παρέσχε μυθοποιίας ἀπαγγέλλειν ὑστερον τῷ Δεινίᾳ, ἄπερ αὐτὸς συνείρων εἰσάγεται, διηγούμενος τῷ Ἀρχάδι Κύμβᾳ.

Σ'. Ἐπειτα, ὡς λαθόντες Μαντινίας καὶ Δερκυλλίς ἐκ Λεοντίνων τὸ Παάπιδος πηριδίον μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ

 νώς ὑπῆντα καὶ ἐκόλυε τὴν Σινωνίδα, τὸ ξίφος ἀρπά-
 σασ ἀπ' αὐτῆς. Ἡ δὲ ὑπ' ὀργῆς ἐκπηδήσασα τοῦ κα-
 25 ταγωγίου καὶ δρόμῳ χρωμένη μανιώδει, τοῦτο πρὸς
 Ῥοδάνην εἰπούσα ἀπέρριψε μόνον· Καλῶ σε σήμερον
 εἰς τοὺς Γάρμου γάμους. Σόραιχος δὲ παραγενόμενος
 καὶ μαθὼν ἅπαντα παρηγορεῖ μὲν Ῥοδάνην, καὶ ἱα-
 τρέυσαντες τὸ τραῦμα ἀπολύουσι μετὰ τῶν χρημάτων
 30 τὴν κόρην πρὸς τὸν πατέρα.

Κ'. Ἄγεται πρὸς Γάρμον Εὐφράτης ὡς Ῥοδάνης
 καὶ ὡς Σινωνίς Μεσοποταμία· ἄγεται καὶ Σόραιχος
 καὶ ὁ ἀληθὴς Ῥοδάνης. Καὶ διαγνοὺς ὁ Γάρμος, μὴ
 εἶναι Σινωνίδα τὴν Μεσοποταμίαν, δίδωσι Ζοβάρᾳ
 35 παρὰ παταμὸν Εὐφράτην καρατομῆσαι, ἵνα μὴ, φησί,
 καὶ ἑτέρα τις τοῦ τῆς Σινωνίδος ἐπιβατεύσῃ ὀνόματος.
 Ὁ δὲ Ζοβάρας, ἀπὸ πηγῆς ἔρωτικῆς πῶν καὶ τῷ
 Μεσοποταμίας ἔρωτι σχεθεῖς, σώζει τε ταύτην καὶ
 πρὸς Βερενίκην Αἰγυπτίων ἤδη, ἅτε τοῦ πατρὸς τε-
 40 λευτήσαντος, βασιλεύουσαν, ἐξ ἧς ἦν καὶ ἀφελόμενος,
 ἄγει καὶ γάμους Μεσοποταμίας ἢ Βερενίκη ποιεῖται,
 καὶ πόλεμος δι' αὐτὴν Γάρμῳ καὶ Βερενίκη διαπειλεῖ-
 ται. Εὐφράτης δὲ παραδίδοται τῷ πατρὶ ὡς δημίῳ,
 καὶ ἀναγνωσθεὶς σώζεται, καὶ πληροῖ μὲν αὐτὸς τὰ
 45 τοῦ πατρὸς ἔργα, ὁ δὲ πατὴρ οὐ μιαίνεται τοῖς ἀνθρώ-
 πων αἵμασιν· ὕστερον δὲ ὡς τοῦ δημίου κόρη ἐξέρχεται
 τοῦ οἰκῆματος καὶ διασώζεται. Ἐν δὲ καὶ περὶ τῆς
 συγκαθευδούσης τῷ δημίῳ, τά τε περὶ αὐτὴν ἔθη τε
 καὶ νόμιμα, καὶ περὶ τῆς τοῦ γεωργοῦ θυγατρὸς, ὅπως
 50 ἀνάσπαστος γίγνεται, ἐπεὶ Σινωνίς τῷ Συρίας βασιλεῖ
 γαμηθεῖσα ἔσχεν ἰσχὺν τὴν ὀργὴν ἐπ' αὐτῇ πληρῶσαι·
 καὶ ὡς δημίῳ ταύτην συγκαθεῦδειν καταδικάζει· καὶ
 βῆ συνεκαθεύδῃσεν ἐν τῷ τῶν δημίων περιβόλῳ εἰσελ-
 θούσα τῷ Εὐφράτῃ ὃς καὶ ἀντ' αὐτῆς εἰς τὸ ἐκείνης

sibi infligens, suo sanguine Sinonidis titulo adscripsit : et
Rhodanes pulcher : Soræchus laqueo caput inserit. Dum
 ultimum Rhodanes vulnus sibi inferre parat, agricolæ
 filia superveniens magna voce clamat : non est Sinonis, quæ
 hic jacet : decurrens discindit laqueum Soræchi et Rho-
 dani gladium ademit, et vix persuadet narrans illa quæ
 de infelicis puella et de auro defosso accidissent, ad quod
 recipiendum ipsa venisset.

XIX. Sinonis vinculis soluta ad agricolæ domum fugit,
 furore adhuc in ejus filiam agitata : quam non reperit pa-
 rentemque de ea percunctatur ; ille viam monstrat, ipsa
 stricto gladio insequitur. Ubi deprehendit Rhodanem
 prostratum, illam autem solam adsidentem pectorisque
 vulnus ei foveantem, nam Soræchus medicum accersitum
 ierat, ira et zelotypia magis fervet et in puellam cum im-
 petu ruit. At Rhodanes collectis ad eam violentiam non-
 nihil a vulnere viribus, accurrit et avertit ab illa Sinoni-
 dem, gladio illi erepto. Illa præ ira e diversorio exiliens
 et cursu furibundo utens hoc solum Rhodani dictum obje-
 cit : *hodie te ad Garmi nuptias invito*. Soræchus adve-
 niens intellecta re omni, consolatur Rhodanem, curataque
 plaga cum pecunia puellam ad matrem remittunt.

XX. Ad Garmum ducitur Euphrates quasi esset Rhoda-
 nes et pro Sinonide Mesopotamia. Cognito Garmus Meso-
 potamiam non esse Sinonidem tradidit Zobaræ ad flumen
 Euphratem capite truncandam, ne qua, inquit, alia Sino-
 nidis nomen falso usurpet. Zobaras bibens ex fonte ama-
 torio et Mesopotamiæ amore captus, servavit eam et ad
 Berenicem Ægyptiorum jam reginam, patre mortuo, a qua
 eam quoque abduxerat, reduxit, Mesopotamiæ nuptias
 Berenice facit, et propter illam Garmus et Berenice bellum
 invicem minantur. Euphrates parenti suo ut carnifici tra-
 dilur, agnitus servatur, parentis officio ipse fungitur, itaque
 pater humano sanguine non contaminatur : postea ut car-
 nificis filia carcere egreditur et liber fit. Ibidem et de carni-
 ficis concubina, ejusque legibus ac moribus et de agricolæ
 filia ut vi abrepta fuerit, postquam Sinonis cum rege Syriæ
 nupta potestatem nacta esset illam ulciscendi : utque in
 septum carnificum introiens cum Euphrate concubuerit :

πρόσωπον ὑποκρυθεὶς ἐξῆλθε τοῦ περιβόλου, καὶ ἐκείνη ἀντὶ τοῦ Εὐφράτου τὸ ἔργον ἔπραττε τοῦ δημίου.

ΚΑ'. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδε προῦβαινε, παραδίδοται δὲ καὶ Σόραιχος ἐπὶ τῷ ἀνασταυρωθῆναι· ὁ δὲ τόπος ἄριστος, ἐνθα Ῥοδάνης καὶ Σινωνίς τὰ πρῶτα ἠυλίσαντο, ἐν τῷ λειμῶνι καὶ ἐν τῇ πηγῇ, ἐν ὅς καὶ τῷ Ῥοδάνει τὸ κεχυμένον ἐπεφόρατο χρυσίον, ὃ καὶ ἀπαγομένῳ ἐπὶ τὸν σταυρὸν Σοραίχῳ μὴνύει. Καὶ Ἄλανῶν στρατὸς ἀπόμισθος Γάρμῳ γεγωνὸς καὶ ἀπεχθάνομενοι περὶ τὸν χῶρον, ἐν ᾧ Σόραιχος ἐμελλεν ἀνασταυροῦσθαι, διατρίβουσιν· οἱ καὶ ἀπελάσαντες τοὺς Σόραιχον ἀγοντας ἔλυσαν. Ὁ δὲ τὸ μνηστὴν χρυσίον εὐρὸν καὶ τέχνη τι καὶ σοφία ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἀνιωόμενος, τοὺς Ἄλανοὺς ἐπειθεν, ὡς ὑπὸ θεῶν ταῦτά τε καὶ τὰ ἄλλα ἐκδιδάσχοιτο. Καὶ κατὰ μικρὸν ἐθίσας ἐλίκυσεν ὥστε σφῶν ἡγεῖσθαι βασιλέα, καὶ πολεμεῖ στρατῶ Γάρμου καὶ νικᾷ. Ἄλλ' ὕστερον ταῦτα, ὅτε δὲ Σόραιχος ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐπέμπετο, τότε καὶ Ῥοδάνης ὑπ' αὐτοῦ Γάρμου ἐστεφανωμένου καὶ χορεύοντος ἐπὶ τὸν πρότερον σταυρὸν πάλιν ἤγετο καὶ ἀνεσταυροῦτο, καὶ Γάρμος μεθύων ἅμα καὶ χορεύων περὶ τὸν σταυρὸν σὺν ταῖς αὐλητρίσιν ἔχαιρέ τε καὶ εὐφραίνεται.

ΚΒ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, Σάκας πρὸς Γάρμον γράμμα πέμπει, ὡς Σινωνίς τῷ Σύρων βασιλεῖ, μειρακίῳ ὄντι, γαμεῖται· καὶ Ῥοδάνης ἀνωθεν ἔχαιρε, Γάρμος δὲ ἑαυτὸν ἀνελεῖν ὄρμησεν. Ἐπισχὼν δὲ κατάγει Ῥοδάνην ἄκοντα τοῦ σταυροῦ, θανεῖν γὰρ μᾶλλον ἤρετο, καὶ κοσμεῖ στρατηγικῶς, καὶ πέμπει τοῦ πολέμου, ὃν πρὸς τὸν τῶν Σύρων ἀνεκίναί βασιλέα, στρατηγὸν ὡς ἔραστην κατὰ τοῦ ἀντεραστοῦ, καὶ φιλοφρονεῖται ὑπούλως, καὶ γράμμα κρύφιον γράφει τοῖς ὑποστρατήγοις, εἰ νίκη γένηται καὶ συλληφθῆ Σινωνίς, ἀναιρεθῆναι Ῥοδάνην. Ῥοδάνης δὲ καὶ νικᾷ, καὶ τὴν Σινωνίδα ἀπολαμβάνει, καὶ βασιλεύει Βαβυλωνίων· καὶ τοῦτο χελιδῶν προμηνύει· ταύτην γὰρ, ὅτε παρῆν Γάρμος καὶ συνεξέπεμπε Ῥοδάνην, αἰτὸς ἐδίωκε καὶ ἰκτίως· ἀλλὰ τὸν μὲν αἰτὸν ἐξέφυγεν, ὃ δὲ ἰκτίως ταύτην ἤρπασεν. Ἐν ὅς ὁ ἰς λόγος.

qui in ejus vultum assimilatus, e septo egreditur, quando illa pro Euphrate carnificis officio fungebatur.

XXI. Hæc quidem ita gesta sunt. Cruci traditur etiam Soræchus; locus definitur, ubi Rhodanes et Sinonis primum degerant, in prato et ad fontem, in quibus a Rhodane absconditum aurum inventum erat, quod nunc quoque abducto ad crucem Soræcho indicat. Alanorum exercitus, cui stipendia non erant data ideoque irati, versantur in loco ubi Soræchus cruci affigendus erat; abactis Soræchi custodibus, illum liberant. Ille reperto, quod monstratum erat aurum, arte quadam et astu e fossa extraxit, Alanisque persuasit se diis hæc et alia edoctum scire. Paulatim autem eos adsuefaciens eo pertraxit ut illum pro rege suo agnoscerent bellumque cum Garmi exercitu gesserit ac vicerit. Hæc postea facta sunt; quando vero Soræchus ad crucem ducebatur, eodem tempore et Rhodanes ab ipso Garmo coronato et saltante ad priorem illam crucem rursus ductus est et affixus. Garmus ebrius simul et saltans circum crucem cum tibicinis gaudebat et animo latabatur.

XXII. Dum hæc fiunt, Sacas Garmo epistolam mittit, Sinonidem cum Syriæ rege, juvene, nupsisse; Rhodanes pendens gaudebat, Garmus se ipse interficere properabat. Se cohibens tamen deducit invitum Rhodanum a cruce, mori malebat enim, paludamento ornat, ducemque belli quod adversus Syriæ regem movebat mittit, tanquam amantem adversus rivalem, et benigne sed simulate excipit, clandestinas litteras legatis ejus mittens (in quibus hoc mandatum) ut Rhodanem interficerent victoria parta et Sinonide prehensa. Rhodanes victor recuperat Sinonidem et regnum accipit Babylonæ, quod hirundo augurio portenderat; Garmo enim præsentem cum is Rhodanem mitteret aquila et milvus hanc persequabantur, aquilam ista effugit, milvus eam rapuit. De his (agit) liber decimus sextus.

ΕΥΜΑΘΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΤΟ ΚΑΘ' ΥΣΜΙΝΗΝ ΚΑΙ ΥΣΜΙΝΙΑΝ

ΔΡΑΜΑ.

EUMATHII PHILOSOPHI

DE HYSMINES ET HYSMINIÆ AMORIBUS

FABULA.

COLLATIS PARISINIS, VATICANIS ET MONACIBUS
CODICIBUS, RECOGNOVIT, EMENDAUIT, LATINE VERTIT

PHILIPPUS LE BAS.

PRÆFATIO.

De Eumathio sive Eustathio (nam de vero auctoris nomine viri docti dubitant) et de ejus libri historia litteraria disserendi non est hic locus. Adeat lector, qui de his quæret, notitiam quam interpretationi vernaculo sermone multis abhinc annis a me conscriptæ et vulgatæ (1) præfixi, et præsertim F. Osanni, viri eruditissimi, *Prolegomena ad Eustathii Macrembolitæ de Amoribus Hysminæ et Hysmines drama ab se edendum*, Gissæ, MDCCCLV, 4°.

Quibus autem auxiliis adjutus fuerim ad sanandum editionis Gaulminianæ contextum paucis exponam. Codices tredecim ipse contuli, Romanos scilicet quinque et Parisinos octo. Imo trium Monacensium Variantes lectiones in usus meos enotatas summa liberalitate mecum communicavit vir doctissimus et amicissimus Io. Geor. Krabinger, cui, illius gratia Vaticana et Parisina Synesii manuscripta exemplaria conferendo, paria paribus referre mihi contigit. Quin etiam codicem Ambrosianum Mediolani inspexi; septemdecim igitur codices mihi subsidio fuerunt, quorum descriptio sequitur.

VATICANI.

A. — CXIV forma quarta, charta bombycina, litteris minutissimis multisque compendiis scriptus, quem ad sæculum XII Amatius referebat, ego autem sæculo XIII antiquiorem non existimo.

(1) *Avantures de Hysminé et Hysminias par Eumathe Macrembolite, traduites du Grec, avec des remarques par Ph. Le Bas, Paris, J. S. Merlin, 1828. (T. XIV de la Collection des Romans grecs.)*

B. — CLXV, forma quarta, chartaceus, sæculo XVI exaratus, olim Alexandri Petavii, Pauli filii, deinde Christianæ reginæ.

C. — MCCCL, forma maxima, chartaceus, olim Fulvii Orsini, e n° CXIV, sæc. XVI exscriptum.

BARBERINI.

D. — CLXV, formæ quartæ, bombycinus; litteris minutissimis et compendiariis, ineunte sæc. XIII exaratus, sed mutilus. Incipit p. 9 editionis Gaulminianæ, l. 17, φρέαρ ὡς εἰς πῆλεις; desinit p. 285, l. 2, καὶ ἵνα τὰν μέσῳ παρῶ.

E. — CCCCIII, forma quarta, chartaceus, ex D exscriptus; initium non desideratur, sed desinit p. 250 ed. Gaulm., l. 26, συμπλακῆσμαι σοι, παρθένε.

MEDIOLANENSIS.

F. — B, CLV (in parte superiori Ambrosianæ Bibliothecæ), chartaceus, formæ maximæ, ann. 1545 a Valeriano quodam foroli-
viensi, canonico congregationis Sancti Salvatoris, parum emendate scriptus.

PARISINI.

G. — 2915, forma octava minore, a. 1364 exaratus. Ad finem desiderantur nonnulla folia quibus continebantur a p. 326, l. 10, ἀλλ' ὁ κήρυξ ἀναστὰς (IX, 3) usque ad p. 330, l. 13, ἰσθῶσί μου κατὰ μέτωπον (IX, 5), a p. 366, l. 16, οὐδ' ἐν χεῖλεσι παραμυθεῖται (X, 3) usque ad p. 373, l. 10, καὶ φησιν (X, 6); et a p. 425, l. 19, ἡ κόρη μετ' αἰδοῦς (XI, 12) usque ad p. 430, l. 21, ἡλίου δ' ἀνίσχοντος (XI, 15).

H. — 2914, chartaceus, forma octava minore, a. 1443 exaratus, si catalogo Codicum Manuscriptorum Bibliothecæ regię fides, cujus rei autem nullum indicium occurrit in codice, qui ineunte sæculo XV scriptus videtur. Folia autem 1-4 et 11-13 manus recentioris sunt et quidem indoctæ; charta etiam in hac codicis parte recentior est. Eumathii opus foliis 114 continetur, quorum ordo haud semel perturbatur. In hoc codice qui nullam librorum divisionem exhibet, lacunam deprehendes a p. 278, l. 9, παραττόμενον τὸ πολίχνιον (VIII, 2) usque ad p. 282, l. 9, τοῖς βαρβάροις συνανεκλίθησαν (VIII, 4).

I. — 2907, chartaceus, forma quarta, sæculo XV exaratus (minime autem XVI, quod asserit catalogus cod. mss. Bibl. reg.) et notæ satis bonæ.

K. — 2897 (Cod. Telleriano-Remensis, 49), chartaceus, formæ maximæ, sæculo XVI scriptus. In fronte legitur : « De Vaticana Bibliotheca descripti ex recentiori exemplari et cum pervetustiore collati quam diligentissime. » Qui recentior Vaticanus dicitur, est C; qui autem vetustior, A. — Hujus codicis lectiones sæpissime commemorat Boissonadius v. cl. in doctissimis librorum a se editorum commentariis.

L. — 2895, chartaceus, forma maxima, sæculo XVI exaratus, quem inter Parisienses optimum declarat Osannus (*Auct. Lex. gr.* p. 140), quem vero A, G et H posthabendum arbitror.

M. — 583, chartaceus, in quo permulta opuscula continentur sæc. XVI et XVII exarata et ab erudito quodam ad usum suum collecta, inter quæ exstant duo Eumathiani operis fragmenta, scilicet p. 166 et 167 quæ in Gaulm. edit. occurrunt a p. 213, l. 19, ἀνθρακας εὐρίσκω, usque ad p. 226, l. 17, οὐκ ἄκαιρον, et f° 168 et 169 quæ a p. 9, l. 17, φρέαρ ὡς εἰς πύλεις usque ad p. 32, l. 7, ἐπὶ τὸν ὕπνον ἐτράπημεν leguntur.

N. — *Suppl.* 157, chartaceus, formæ quartæ, descriptus Romæ, ex Vaticano CXIV, a Joanne a Sancta Maura Cyprio, patricio Nicosiensi, a. 1589.

O. — *Suppl.* 208, chartaceus, forma quarta minore, a Jacobo Seguier Romæ, ut videtur, exaratus. Longi Pastoralia continet et Eumathii libros I-IV ex Vaticano A descriptos.

MONACENSES.

P. — CXVI, chartaceus, in-folio, sæc. XVI. Vid. Ign. Hardt *Catalogus codicum manuscriptorum græcorum Bibliothecæ regię Bavaricæ*, t. I, p. 511.

Q. — CCCCXV, chartaceus, in-folio, sæc. XV. Vid. *ibid.* t. V, p. 250.

R. — CCCCLX, chartaceus, in-folio, sæc. XV. Vid. *ibid.* t. V, p. 432.

Cavendum est autem ne eadem omnibus istis codicibus fides

adhibeatur. Antiquissimum et, ni fallor, præstantissimum, Vaticanum scilicet, quem littera A signavi, et unde fluxerunt C K O N, ante omnes secutus sum. Ad cæteros tantummodo confugi, ubi nihil ille boni suppeditabat. Gaulminianum igitur contextum nusquam immutavi nisi veteribus exemplaribus fretus, exceptis quibusdam locis, ad quos sanandos propriis conjecturis uti coactus sum. De his breviter exponam.

IV, 8. Καὶ τοιόνδε ὁ ἀγρότης ἔχει. Sic correxi vulgatam καὶ τόξον ὁ ἀγρ. ἔχει. Nam arcus homini falce ad scœnum secandum instructo prorsus inutilis est, BLPQ καὶ τόξονδε, unde emendationem meam deduxi.

IV, 14. Vulgo legitur εἰ δὲ κεκρυμμένοι πένητες τοῖς περὶ τὴν γῆν ἐκάθηντο χάσμασι καὶ εἰ τούτοις ἐσκόρπιζεν, ὁ τεχνίτης οὐκ ἀφῆκεν ὄρᾶν, in quibus non ferri potest inepta lectio πένητες quam codices omnes tuentur, quod jam ipse viderat in notis suis Gaulminus, qui ὄρνιθες legendum esse judicabat. Correxi, audacius fortasse, κεκρυμμένα πετρῶνὰ quæ sensus requirebat, ratus vocem πένητες ortam esse ex metathesi elementorum ν et τ. Quin etiam confundi possunt α et ες. Vid. Bast *Comm. palæogr.* p. 765. Cæterum Eumathius non semel poeticas voces solutæ orationi miscet. Vid. Boissonade ad Choricium p. 139.

V, 9. Vulg. Καὶ σοὶ χάρις Ξενίῳ Διῖ. Correxi καὶ Ξενίῳ Διῖ, invitis codd.

Ibid. Gaulm. et K σὺν Ἰσμίνῃ καὶ σὺν ὄσοι. B. H. σὺν ὄσοις G L P Q R καὶ ξὺν ὄσοις. Leg. ξὺν Ἰσμίνῃ καὶ ὄσοι, subaud. τοῖς ἄλλοις quod habes infra V, 15.

10. Gaulm. et codd. Καλλισθένης. Corr. Κρατισθένης et infra 11 et 12; VI, 2 et 12.

15. Gaulm. et I σὺν Σωσθένει καὶ Πανθίᾳ καὶ ὄσοις τούτοις ἐξ Ἀυλικώμιδος εἶποντο. B D G H P R καὶ τοῖς ὄσοις. L N καὶ τοῖς ὄσοι. Q καὶ τοῖς ἄλλοις ὄσοις. Leg. καὶ τοῖς ἄλλοις ὄσοι.

VI, 8. Gaulm. καταδήσεται χάριτας. Dissentiunt codd.: καταδέσεται L, Q; καταδέσεται H; καταδαίσεται G; καταδαίσεται P, Q; κατεδέσεται A, K, N; καταιδέσεται I, quod receperim nisi sensus exposceret quæ scripsi καταδήσει τὰς χάριτας.

— 12. Gaulm. ὡς ὄλαις ἡ κόρη τοῦτο χερσὶν ὑποδέξατο, ὡς εὐχαριστήσοι τῷ σχήματι. Dedi ὑπεδέξατο, præeuntibus H I P Q R, et εὐχαρίστησε quo ducebat L, in quo legitur εὐχαριστήσαι.

— Ibid. Gaulm. ἐπὶ τὴν Αὐλίκιωμιν συγκαλέσειτο. L. προσανακαλέσειτο. Unde correxi προσανακαλέσατο.

VII, 1. Gaulm. Καὶ τὰ θύματα περὶ τὴν Ἰσμίνην. Καὶ πάλιν ἐγὼ θύσων ὄλον ἑαυτὸν ἢ θῦμα τὴν Ἰμίνην λαβεῖν. Addidi ἐπιθυμῶν, ex quo penderet λαβεῖν quodque fortasse evanuit propter similitudinem vocum θύματα, θύσων, θῦμα.

— 8. Gaulm. ἐκ πρῶρης. Correxi hic et VIII, 4, πρῶρας, sed vulgata retineri potest; nam sæpe ἰωνίζει Eumathius.

— 9. Ναῦς μοι παστὰς, καὶ κῦμα τάφος, καὶ πνεύματος ἦχος ὑμέναιος. P10 τάφος corr. θάλαμος. Cf. 19. θάλαμός σοι καὶ τάφος ἢ θάλασσα.

VIII, 3. Gaulm. et codd. ὁ μὲν οὖν δὴ πυθμὴν τῆς τριήρους καὶ νεανίσκους καὶ τοὺς ἄνδρας ἐδέχετο. Inserui τοὺς ante νεανίσκους.

— 14. Vulg. Εἰ δὲ καὶ στεφάνων δάφνης παρθενικῆς στέφανον ἐκ ῥόδων ἐρωτικόν. Inserui ἐκ ante δάφνης et correxi παρθενικῶν, quod requirebant sequentia.

— Ibid. Vulg. καὶ χεῖρα δεσπότης κτήση διδάσκαλον. Feci ut, mutato tantum ordine verborum, constaret iambus, quem sic constituerat Gaulm. κτήση δὲ χεῖρα δεσπότης διδάσκαλον.

IX, 1. Gaulm. et A C D E H I K N Q καὶ βωμὸν Ἀρτέμιδος παρθένου κόσμον ἔχουσα κεφαλὴν. B G L P R κεφαλῆ. Corr. κεφαλαῖον.

— 7. Vulg. ἰστῶσί μου κατὰ μέτωπον. Corr. ἰστῶσί μοι.

— 8. Vulg. ὁμοῖδουλος. Lege ὁμόδουλος, quod sæpe occurrit in Eumathio. Vid. 7 et passim.

— 9. Vulg. οὐ πιστεύειν τοῖς γράμμασιν, οὐ συνεχωρούμην τοῖς γράμμασι καὶ τοῖς πράγμασι πιστεύειν ἐθέλων οὐ συνεχωρούμην τοῖς γράμμασι. Leg. οὐ πιστεύων vel οὐ πιστεύειν ἐθέλων.

— 16. Gaulm. et I ἢ δ' αὖ· οὐ τοῦ νῦν ἐστὶ ταῦτα καιροῦ. A. B. G. H I K L N P Q ἢ δ' αὖ· μ' οὐ τοῦ νῦν κ. τ. λ. R. μοῦ. Leg. ἢ δ' αὖ· ἀλλ' οὐ κ. τ. λ.

X, 17. Gaulm. ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης καὶ μέχρις αὐτῆς. Codd. καὶ μέχρις ἄκρης αὐτῆς τελευτῆς. Inserui τῆς ante τελευτῆς, suadente Boissonadio ad Philostr. Epist. p. 153.

XI, 4. Gaulm. τέχνης ζωγράφου et sic cæteri codd. præter B in quo manus recentior correxit τέχνης, quod secutus sum.

— 12. Vulg. εἰπεῖν δ' αἰσχύνῃ. Corr. αἰσχύνῃ.

— 13. Vulg. καὶ πρὸς τὴν θάλασσαν ἡλιγγίων. Scr. ἰλιγγίων. Vid. Jacobs ad Achill. Tat. p. 565.

— 21. Gaulm. Ἄλλὰ κατέψευσμαι τὸ κηρύκιον· Ἐρωτα παῖδα Διὸς ἀντηλ-
λαξάμην πατρός· καὶ Ζεὺς οὐ καταστερίσει τὰ καθ' ἡμᾶς. A H Ἄλλ' ὦ. G Ἄλλ'
οὐ. B Ἄλλ' εἰ. L. Ἄλλ' ἦ et correxit ad marg. εἰ quod recepi. Imo καὶ
addidi ante Ἐρωτα et delevi ante Ζεὺς.

— 22. Gaulm. εἰ οὐ καταστερίσει καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἢ Ποσειδῶν κατα-
στηλογραφῆσει τοῖς ὕδασι, ἢ Γῆ μὴ καταφυτουργῆσει τοῖς φυτοῖς καὶ τοῖς
ἄνθεσιν, ἀλλ' ὡς κ. τ. λ. Delevi καὶ ante τὰ καθ' ἡμᾶς, mutato ἦ in εἰ quod
dant plerique codices, et iteravi οὐ post vocem Ποσειδῶν, prævio A.

Quod ad versionem latinam attinet, Gaulminianam, elegantem
quidem, sed plerumque infidelissimam, refingendam esse duxi,
servatis tantum quæ servari poterant. Contextum autem quem nulla
nisi librorum divisione distinxit Gaulminus, per paragraphos sive
sectiones minores partitus sum, ut minus tædium faceret græculus
noster legentibus, data identidem interquiescendi occasione.

Operam omnem dedi ut omnia quam accuratissime typis descri-
berentur; si quid me fugit, ignoscas, lector benevole. Vale, nostris-
que conatibus feliciter utere.

ΕΥΜΑΘΙΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΤΟ ΚΑΘ' ΥΣΜΙΝΗΝ

ΚΑΙ ΥΣΜΙΝΙΑΝ

ΔΡΑΜΑ.

BIBLION ΠΡΩΤΟΝ.

1. Πόλις Εύρυκωμικς καὶ τᾶλλα μὲν ἀγαθὴ, ὅτι καὶ θαλάσση στεφανοῦται, καὶ ποταμοῖς καταβρέβεται, καὶ λειμῶσι κομᾶ, καὶ τροφαῖς εὐθνηεῖται παντοδαπαῖς, τὰ δ' εἰς θεοὺς εὐσεβῆς, καὶ ὑπὲρ τὰς χρυσᾶς Ἀθήνας, 5 ἅλη βωμῶς, ἅλη θύμα, θεοῖς ἀνάθημα· προκηρύσσει τὰς ἑορτάς, πανηγύρεις ἀγεί, θύει τὰ πρόσφορα καὶ Διὶ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Παρὰ δὲ ταύτῃ τῇ Εὐρυκώμιδι, καιρὸς Διασιῶν καὶ κλῆρος ἐπὶ τοὺς κήρυκας· καὶ τοῦτο γὰρ ἔθος τῇ πόλει καὶ νόμος ἐγγραφός, ἂν καιρὸς πα- 10 νηγύρεως ἱερᾶς, κλῆρος ἐπὶ τοὺς ἄζυγας τῶν προϋχόντων τῆς πόλεως· καὶ πρὸς δὲ ὁ κλῆρος ἐκπέσει, κήρυξ στέλλεται τῇ λαχούσῃ, πρότερον ἐστεφανωμένος τῆς δάφνης.

2. Κλῆρος οὖν ἐπ' ἐμὲ, καὶ στεφανίτης ἐγὼ, κάλ- 15 λιστέ μοι Χαρίδημε, καὶ κήρυξ ἱερὸς ἐς Αὐλικωμιν· πρόειμι τοῦ ἱεροῦ περιεστεμμένου δαφνίνῳ τὴν κεφαλὴν, ἱερῶ χιτῶνι, ἀρβύλῃ σεμνῇ· δέχεταιί με τὸ παρεστὸς προπομπῇ λαμπρᾷ λαμπάδων, δάδων, προπεμπτηρίων ὀδῶν, ἅλης ἱερᾶς προπομπῆς. Ὁρθὴ γούν 20 ἡ πόλις, καὶ πᾶν τὸ ταύτης περὶ ἐμὲ· ὁ μὲν ἀσπάζεται, ὁ δὲ περιπτύσσεται, ἄλλος ὀρχεῖταιί μου πρὸ ποδῶν, καὶ κατ' ἄλλον ἄλλος τὸν θρίαμβον ἐξυφαίνειί μοι· εἴποις ἂν ἰδὼν ποταμὸν ἐριβρύχην καὶ πολυβῆρον περιβρέβειν με τὸν κήρυκα. Ἐν στόμα πάσῃ τῇ πόλει· Ἄ κήρυξ 25 Ὑσμινίας, καὶ κήρυξ οὐκ ἐς τυχοῦσαν, ἀλλ' ἐς Αὐλικωμιν. »

3. Ἦκω τοίνυν ἐπ' αὐτήν· τί γὰρ δεῖ τὰν μέσῃ φιλοσοφεῖν; ὦ γὰρ, ἦκω κήρυξ, καὶ δέχομαι παρ' αὐτοῦ οὐχ ὡς κήρυξ, ἀλλ' ὡς θεός· συντρέχειί τὸ πληθός, 30 κοσμοῦσι τὰς ἀγυῖας, μυρρίναις τὴν δόδον μοι καταπάσσουσιν, ὀδμαῖς τὸν ἀέρα θολοῦσι, καταβρέχουσι τὸ παρεστὸς βόδων σταλαγμοῖς· ἐμὲ δὲ περιῦσᾶσι, καὶ λαμπρόν τινα χορόν τοῦτον ἐλίσσουσιν, ὄδον καὶ Σωκράτην οἱ ζηλωταὶ περιεστῆκισαν· ἐφέλκονταιί με 35 πάντες πρὸς ἑαυτούς, εὐτυχίαν ἡγούμενοι πρὸς δὲ καταλύσαιί με, ὡς ὑπὲρ μεγάλων ἐκ μεγάλης στελλόμενον κήρυκα· νικᾷ Σωσθένης, καὶ ἄρμα φέρων, ἀνάγειί καὶ περὶ τὴν οἰκίαν μεταγεί με καὶ μάλα φιλοτίμως φιλοφρονεῖί καὶ περὶ τὸν κῆπον εἰσάγειί με.

EUMATHII

PHILOSOPHI

DE HYSMINES

ET HYSMINIÆ

AMORIBUS.

LIBER PRIMUS. [G. 1—7.]

1. Urbs Eurycomis ceterum nobilis est, quia mari cingitur, fluviis alluitur, pratis virentibus circumdatur, ac deliciis omnimodis affluit. Quod autem ad Deos attinet pietate et illustres Athenas superat, tota in aris, tota in sacrificiis, Diis quasi donarium consecratur. Dies sacros edicit, panegyres celebrat, Jovi ceterisque numinibus rite rem facit. In hac civitate Diasiorum tempore caduceatores sortiri mos est; hæc enim consuetudo scripta pariter lege rata est, cœlibes urbis præcipuos, adventante sacræ panegyris tempore, sortiri: ille autem, cui sors obtigerit, lauro primum coronatus mittitur ad eam urbem quam sors illi tribuerit.

2. Sors igitur me contigit, confestimque coronatum, sacrum me caduceatorem, formosissime Charideme, ad Alicomidenses allegant. Itaque templo egressum lauri corona sacraque veste nec non et venerando colthurno insignem, adstans me exceptit populus, lampadibus, tædis, et cantibus prosequutus abeunti sacrum veluti comitatum instruxit. Erecta igitur urbs, et ex omni circa me illius frequentia hic salutatur, hic amplectitur, alius saltationem ante pedes explicat, et quo quisque potest honore triumphantem colit. Ego caduceator fragosa videbar undosi fluminis circumitione vallari. Una vox eademque totius urbis sonat, Hysminiam caduceatorem non in exiguam aliquam civitatem, sed Alicomidem ire.

3. Quam tandem perveni. Ea porro, quæ medio tempore acciderunt, remetiri opus non est. Alicomidem, amice, caduceator ingressus, non ut caduceator, sed ut numen exceptus sum. Concurrunt multitudo, quæ vicus ornat, myrtis viam sternit, unguentis aërem inficit, rosaceaque aqua adstans temperat. Me circumdant et splendido illo choro involvunt quo Socratem sectatores sui circumdabant; omnes scilicet enixe ad se trahunt; felicem illum existimant, apud quem diverterem, magnæ urbis caduceator, magnarum ergo rerum missus. Vicit tandem Sosthenes, curruque ad ædes ductum, honorifice ac comiter habuit: hortum demum succedere voluit.

4. Ὁ δὲ μεστός ἦν χαρίτων καὶ ἡδονῆς, πλήρης
 φυτῶν, ὅπως ἀνθρώπων μεστός· αἱ κυπάριττοι στοιχηδόν,
 αἱ μυρβίναι κατὰ στέγην συνηρεφεῖς· αἱ ἄμπελοι βο-
 στρυχοῦνται τοῖς βότρυσι· τὸ Ἴον προπηδᾷ τῶν φύλλων,
 5 καὶ μετ' ὀδμηῆς ὑραίζει τὴν ὄψιν· τῶν βόδων τὸ μὲν
 προκύπτει τῆς κάλυκος, τὸ δ' ἐγκυμονεῖται, ἄλλο προ-
 κέκυφεν· ἔστι δ' ὁ καὶ πεπανθὲν κατὰ γῆν ἐββύη. Τὸ
 κρίνον κοσμεῖ τὸν κῆπον, ἡδύνει τὴν ὄσφρησιν, τὸν
 θεατὴν ἐφέλκεται, καὶ πρὸς τὸ βόδον ἐρίζει· σὺ δ' ἂν εἰ
 10 δίκαστῆς καθίσῃς αὐτῶν, οὐκ οἶδ' ὅτι τὴν νικῶσαν ἀπο-
 χαρίσῃ. Ταῦτ' ἰδὼν, τὸν Ἀλκινόου κῆπον ἐδόκουν
 ὄραῖν, καὶ μῦθον οὐκ εἶχον τὸ παρὰ τοῖς ποιηταῖς σεμ-
 νολογοῦμενον πεδίον· Ἠλύσιον δάφνη γὰρ καὶ μυρβίνη,
 καὶ κυπάριττος καὶ ἄμπελοι, καὶ τάλλα τῶν φυτῶν,
 15 ὅσα τὸν κῆπον ἐκόσμηι, ἢ μᾶλλον ὁ Σωσθένης ἐφερε
 κῆπος, ἐφαπλοῦσι τοὺς κλάδους ὡς χεῖρας, καὶ ὡσπερ
 χορὸν συστησάμενα κατοροφοῦσι τὸν κῆπον· ἐς τοσοῦτον
 δὲ τῷ ἡλίῳ παραχωροῦσι προκύψαι τὴν γῆν, ἐς ὅσον ὁ
 ζέφυρος πνεύσας τὰ φύλλα διείσειεν. Ἐγὼ δ' εἶπον
 20 ἰδὼν· « Χρυσέαν ἐπέλεξο μοι τὴν σειρὰν, Σώσθενες. »
 6. Φρέαρ ὡσεὶ πῆχεις ὀρύρωκτο τέσσαρας· σφεν-
 δόνη τὸ σχῆμα τοῦ φρέατος· κιονοειδῆς αὐλὸς περὶ τὸ
 μεσαίτατον κέντρον λόγον ἐπέχων πρὸς τὸ τοῦ φρέατος
 κύκλωμα· λίθος ἦν ὁ αὐλὸς, καὶ λίθος ἑκατοντάχρους.
 25 Ἐκ Θετταλῆς λίθου φιάλη περὶ τὴν κορυφὴν τοῦ αὐτοῦ,
 καὶ ἐπὶ ταύτῃ κατὰ χρυσὸς ἀετὸς ἀποπτύων τοῦ στό-
 ματος. Ἡ φιάλη τὸ ὕδωρ ἐδέχετο· ὁ ἀετὸς ἐξέτεινε τὸ
 πτερόν, ὡς δοκεῖν ἐθέλειν λελοῦσθαι τοῖς ὕδασιν· ἀρτι-
 τόκος αἰετὸς τοὺς ἐμπροσθίους ὀκλάσασα τῶν ποδῶν πίνει
 30 τοῦ ὕδατος· αἰπόλος τῇ θηλῇ παρακάθηται, ψαύει τῶν
 οὐθάτων. Καὶ ἡ μὲν πίνει τοῦ ὕδατος, ὁ δ' ἀμέλγει γάλα
 λευκόν· καὶ ὅσον αὕτη προσκέχνηε τῇ ποτῇ, ὁ αἰπό-
 λος οὐκ ἀνανεύει τῆς ἀμολγῆς, τὸ δ' ὑπὸ τὴν θηλὴν
 ποιμενικὸν κισσύθιον οὐκ ἀσφαλῶς ὄχυρωθὲν τὴν περὶ
 35 τὸν πυθμένα ὀπῆν, οὐκ ἐπέχει τὴν ἐκ τῆς θηλῆς ἐκροήν.
 Καὶ λαγῶδες τῷ κύκλῳ συνεφιζάνει, καὶ τῷ δεξιῷ τῶν
 ἐμπροσθίων ποδῶν ἀνορύττειν, ὡσπερ τὸ στόμα, πη-
 γὴν ὕδατος, ἐκείθεν ἀναστομοῖ, καὶ ὄλην καταβρέχει
 τὴν γένυν. Συνεπεκάθητο δὲ τῷ φρέατι περὶ τὸ στε-
 40 φάνωμα καὶ χελιδῶν, καὶ ταῶς, καὶ περιστερὰ, καὶ
 τρυγῶν, καὶ ἀλεκτρυῶν, ἅ πάνθ' Ὁφαιστος ἐχαλοῦρή-
 γησε, καὶ Δαιδάλου χεῖρ ἐτεχνόργησεν· ὕδωρ ἐξερχεῖτο
 τῶν χελιδῶν αὐτῶν, ὁ μετὰ ψόφου ῥέον φωνὴν τοῖς
 ὄρνισιν ἐχαρίζετο. Ἐψιθύριζε καὶ τὰ πέταλα τῶν δέν-
 45 δρων τῷ ζεφύρῳ ἀναχρουόμενα· εἶπες ἂν ἀκούσας ἡδὺ
 μελίττειν τὰ πτηνά. Τὸ δὲ γε καταβρέχον ὕδωρ
 διειδὲς ὃν πρὸς τὰς τῶν λίθων χροιάς μετεβάλλετο.
 Τὸν τοῦ φρέατος πυθμένα νησιώτης ἐκόσμηι λίθος, λευ-
 κὸς μὲν, ἀλλ' ὑπεμελαίνετο κατὰ μέρη· καὶ τὸ μελά-
 50 νοιμα τέγγην ἀπεμιμείτο ζωγράφου, ὡς ἐντεῦθεν δοκεῖν
 τὸ ὕδωρ κινεῖσθαι διηνεκῶς, καὶ καταχυματοῦσθαι,
 καὶ ὅσον ἀνακρυοῦσθαι τὰ κύκλωθεν ἐκόσμηι τοῦ
 φρέατος λίθος Χίος, ὁ ἐκ Λακαίνης, καὶ Θετταλὸς ἐτέ-
 ρωθεν, καὶ μέσον πολύχρους τις, καὶ ὅλον ἑκατοντά-

4. Ille autem gratiarum voluptatisque locus erat; nam
 arborum copia refertus florum varietate abundabat: hinc
 cypressorum ordines et myrti, usum tecti præstantes;
 hinc et racemis crinitæ vites; ac erumpentes foliis violæ
 præter odoris fragrantiam oculos recreabant: etiam rosæ,
 quarum illa e caliculis jam tum prominebat, illa folia non-
 dum expansa non parturiverat, illius jam decidua inarce-
 bant. Lilia hortum decorant, nares permulcent, spectantem
 morantur; tibi autem, si eorum sederes iudex, dubium
 maneret, cui victoriam largireris. Hæc cernens, Alcinoi
 hortum inspicere mihi videbar, et quæcumque de Elysio
 poetarum carminibus magnifice celebrantur pro fabulis
 habenda non duxi; lauri enim, myrti, cypressi, vites præ-
 ter maximam plantarum diversitatem, quibus ornatur hor-
 tus, aut potius quas Sosthenis hortus habet, ramis veluti
 manibus expansis hortum tamquam choro instituto florida
 concameratione tegunt: tantum autem solis radios admit-
 tunt, quantum leniter flans zephyrus contextas frondes
 concutiendo dimovet. Ego autem hæc videns dixi: « O
 « Sosthenes, aurea me catena ligasti. »

5. Fons ad quatuor aut circiter cubitos effossus fundæ
 figuram exhibet: in medio tubus columnæ formam gerens
 centri rationem ad putei ambitum servat. Lapidus est
 tubus, ex lapide multicolore; cuius in vertice phiala ex
 Thessalico lapide, cui inaurata insidens aquila, ore lym-
 phas ejaculatur, expansis alis, quasi lavandi studio gestiret.
 Proxima est recens a partu capra, quæ anterioribus incli-
 natis pedibus ex aqua bibit, cuius ad mammas assidet
 caprarius et ubera nulget. Et hæc quidem aquam haurit,
 ille autem lac candidum expromit; quantumque capra
 aquis inhlet, ideo a mulgendo caprarius non cessat, sed
 pastoralis mulctri uberibus suppositi pars infima que non
 stricte clauditur mammaram effluvium non coeret. Ibidem
 et lepus circulo assidens dextro anteriorum pedum sibi aqua-
 rum fontem secundum magnitudinem oris fodit, totas ex
 potu maxillas madidus. Videas et ad fontis coronam hiru-
 dinem pavonemque et columbam cum turture et gallo
 gallinaceo, quæ omnia fabricatus erat Vulcanus, et perfe-
 cerat Dædali manus. Quæ autem ab horum rostris aqua
 cadit, mox cum strepitu fluens vocem avibus tribuebat.
 Arborum folia vento trepidantia submurmurabant; quæ
 audiens volucres suaviter dixisses modulari. Aqua vero
 perspicua quæ diffluit lapidum colores admittebat. Fundum
 insularis ornabat albus quidem lapis sed nigricantibus ma-
 culis distinctus et pictoris artem nigredo imitabatur, ita ut
 indesinenter inde aqua moveri videretur vibrarique in lenes
 fluctus et quasi curvari. Decorabatur ambitus Chio mar-
 more Laconicoque et Thessalico, ac pars media alio

χρους, ἐναλλάξ ἀλλήλοις προσαρμολόμενοι. Καὶ ἦν θέαμα καινόν, καὶ ὄλον χάριτος, καὶ φρέαρ οὕτω ποι- κλον, καὶ πτηνὰ τὸ ὕδωρ ἐκπτύοντα, καὶ Θετταλὴ φιάλη, καὶ κατάρχρως ἀετὸς πηγῆν φέρων ἐν στόματι.

6. Κλίναι κύκλωθεν στοιχηδόν, οὐκ ἀπὸ ξύλων, οὐκ ἐξ ἐλέφαντος, ἀλλ' ἐκ λίθων λαμπρῶν· Θετταλαὶ τὴν βάσιν, τὰς πλευρὰς Χαλκίτιδι λίθω περιχοσμούμεναι. Ἡμισφαίρια περὶ τὰς κλίνας ὑπέκειτο· ἂ πάνθ' ὁ τεχνί- της ἐκ Πεντέλης ἐλάξευσεν ἐς ποδὸς ἀνάπαιλαν· τὰς κλίνας μυρρίναι πανταχῶθεν περιέσκεπον εὐφωῖς ἀνα- τεταμέναι, πρὸς ἀλλήλας συνδούμεναι, καὶ ὄλον πρὸς ὄροφον ἀπευθυνόμεναι.

7. Ταῦτα δὴ ταῦτα, μὰ Δί', ὄροϊν, ὄλην τὴν ὄψιν ἀπεθέμην τοῖς θεάμασι, μικροῦ δέιν καὶ ἄφρονος εἰστή- κειν· ὁ δὲ Σωσθένης πρὸς μέ φησιν· « Ἀπόθου τὸν πρε- σβευτὴν, ἀπόθου τὸν κήρυκα, σὺν ἡμῖν ἀνακλίθητι. » Ἀποθέμενος οὖν τὸν στέφανον, καὶ τὸν κηρύκειον χι- τῶνα, καὶ τὸ ἱερὸν πέδιλον, ἀνακέκλιμα. Συνακέ- κλιται δέ μοι καὶ Κρατισθένης ἀδελφιδούς ἐμός, ἄλλος αὐτὸς (οὕτω γὰρ ἐγὼ τὸν φίλον ὀρίζομαι), ἐξ Εὐρυκώ- μιδος συνεχπλεύσας μοι. Ἄνακεκλίμεθα τοίνυν ἐγώ τε, καὶ Κρατισθένης, καὶ Σωσθένης, καὶ Πανθία γυνή.

8. Καὶ τὰ περὶ τροφᾶς καὶ τρυφᾶς τί δεῖ κατὰ μέ- ρος φιλοκρινεῖν; Ὑσμίνῃ παρθένῳ τῇ θυγατρὶ Σωσθέ- νης οἰνοχοεῖν ἐγκελεύεται ἢ δ' ἀνεζώσατο τὸν χιτῶνα, ἐγύμνωσε τῷ χεῖρε μέχρις ἀγκῶνος, τὴν περὶ ταύτας ὀθόνην μηρίνῳ λεπτῇ περὶ τὸν τράχηλον ἀναδήσασα, καὶ παρακαθίσασα τῇ περιστερεῖ τὰς χεῖρας ἐνίπτετο, τοῦ στόματος τοῦ πτηνοῦ καθυπουργούντος τῷ λειτουρ- γήματι. Εἴτ' αὖ τι σκεῦος ἀργύρεον ἀναλαβομένη, περὶ τὸ ῥάμφος ἄγει τοῦ ἀετοῦ, καὶ περὶ μόνην ῥοπήν ἐπλή- ρωσεν ὕδατος· οὕτω κατὰ κρονὸν τὸ ὕδωρ κατέρρρει. Καὶ περὶ τὸ σκεῦος ἐντίθησι τὰ ἐκπώματα, καὶ κατα- πλύνασα ταῦτα λίαν ἐπιμελῶς τε καὶ φιλοκάλως, γί- νεται πρὸς τῷ λειτουργήματι. Ἐπιε μὲν οὖν ὁ Σω- σθένης· οὐκ ἔπειθε γὰρ με αὐτὸ προπιεῖν. Εἴτα καὶ ἡ Πανθία συνέπιεν· ἐμὲ δὲ τρίτον εἶχεν ἡ πόσις. Ἦκεν οὖν ἡ παρθένος, καὶ παραθεμένη μοι τὸ ποτήριον, « Χαίροις, » ὑπεψιθύρισεν. Ἐγὼ δ' ἀκούσας οὐδὲν εἶπον, ἀλλ' ἔπιον μεθ' ἡδονῆς ὅσης, ὅτι καὶ τὸ ἐκπώμα μάλα τερπνόν, καὶ τὸ ὕδωρ διειδὲς καὶ ψυχρόν, καὶ τὸ πόμα μάλα γλυκὺ, ὧν τί γένοιτ' ἂν ἡδύτερον ἀνδρὶ διψῶντι καὶ καυματουμένῳ καὶ ζέοντι; Καὶ μετ' ἐμὲ Κρατι- σθένης πίνει τοῦ νέκταρος· οὕτω γὰρ ἐγὼ τὸν ἐξ Αὐλί- κῶ μιδος οἶνον καλῶ.

9. Μικρὸν προσανείχμεν ταῖς τροφαῖς πυκναῖς οὐ- σαις καὶ πολυτελέσι τὰ μάλιστα· καὶ ἄλιν ἐπίνομεν. Ἦκεν οὖν ἡ παρθένος καὶ ἐπ' ἐμὲ, καὶ μάλα βραχεῖα φωνῇ, « Ἐγεις, φησὶν, ἐξ ὁμωνύμου παρθένου τὴν « κύλικα. » Καὶ τὸν πόδα ταύτης ἐπὶ τὸν ἐμὸν ἐπιτέ- θεκε, καὶ προσεπέθλιθεν ἐφ' ὅσον ἐγὼ τοῦ πόματος ἔπιον· ἐγὼ δ' ἠρουρίων, νῆ τοὺς θεοὺς, καὶ τάχα ἂν καὶ ἀπέσκωψα πρὸς αὐτήν, εἰ μὴ τύχη γενέσθαι τὸ πρᾶγμα νερόμικτα· ἄλιν οὖν ἔτρεφόμεθα, καὶ ἄλιν ἐπίνομεν.

multicolore et quasi sexcento colore, alternatim et per vices mutuo conjunctis. Ita jucundum oculorum spectaculum fuit fons tam eleganti variaque perfectus arte, evomentes aquam volucres, et Thessalica phiala cum aurata ave, quæ fontem ore ferebat.

6. Lecti in circuitu ordine positi, non lignei, aut eburnei, sed ex splendidis lapidibus fuere. Thessalico mar- more basis, Chalcidico latera exornantur. Lectis subjace- bant semicirculi quos omnes artifex ex Pentelico sculpserat ad pedum quietem paratos. Extensæ peritissime myrti connexæque inter se et quasi in tectum directæ undique le- ctos circum tutantur.

7. Hæc omnia, per Jovem, conspiciens, oculisque omnino in hæc spectacula defixis, pæne obmutueram, cum me Sosthenes his verbis alloquitur : « Depone legationis insignia « caduceatorumque exue et mensæ nobiscum accumbas. » Corona igitur et caduceatoris veste, sacroque cothurno depositis, mensæ accumbo, simulque accumbit et Cratis- thenes, consobrimus meus, mihi que tanquam alter idem (sic enim amicum definio), qui mecum ex Eurycomide na- vigarat. Accumbimus igitur ego et Cratisthenes, Sosthenes- que et Panthia uxor ejus.

8. Eduliorum cupediorumque copiosa fercula dinume- rare quid juvat? Hysminem filiam virginem Sosthenes vi- num præbere jussit. Illa vestem succincta, manusque ad cubitum nuda, linteum quod eas circumdabat tenui funi- culo cervici alligavit, columbæque propinqua assidens manus lavit, volucris ore ad hanc rem usa. Mox argen- teum vas sublatum aquilæ rostro supposuit, totumque unica decidentis aquæ bulla replevit, tanto cum impetu scatu- rientis instar fontis liquor affluebat. Postquam proxima vasi pocula statuit, ea diligenterque et eleganter abluit, et ad ministerium parata constitit. Primus Sosthenes bibit, nec enim ut præbiberem persuadere potuit. Subsequuta est Panthia; mihi autem, tertio enim bibendum erat, virgo acce- dens poculum præbuit, leniterque, « Salvus esto, » insur- ravit. Ego autem hoc audiens, tacui, sed maxima cum voluptate bibi, quoniam jucundo poculo, frigidaque et perspicua aqua, et suavissimi vini haustu eximie delecta- bar, quibus quid dulcius accidat sitienti homini, et ardore succenso ac æstuanti? Cratisthenes ultimus nectar bibit, sic enim Aulicomidis vinum appello.

9. Ut aliquandiu copiosos et opipares admodum deglu- tivimus cibos, rursus exceperere pocula. Ad me igitur Hysmine venit, tenuique et admodum deminuta voce infit : « Habes ab ejusdem nominis virgine poculum, » et cum dicto pedem meum suo imposito tamdiu pressit, quamdiu ego bibi. Erubui, per deos, dictoque fortasse eam inse- ctatus essem, nisi tota res fortuito accidisse mihi visa esset. Iterum igitur ad cibos revertimur, et iterum bibimus.

Ἦκεν ἡ κόρη, κινῶσά μοι προὔτεινε τὸ ποτήριον· ἐγὼ δ' ἐξέτεινα τὴν χεῖρα λαθεῖν, καὶ τῆς μὲν κύλικος ἐλαβόμην, ἡ δ' οὐκ ἀπεσπᾶτο τῶν τῆς παρθένου χειρῶν· ἡ γάρ μοι παρθένος καὶ παρετίθετο τὸ ποτήριον, καὶ παρακατεῖχεν αὐτὸ, καὶ τῷ μὲν σχήματι παρετίθετο, τῇ δὲ ἀληθεία κατεῖχεν αὐτό. Ἔρις οὖν ἐν χειρσί, καὶ χεῖρ παρθένου κόρης νικᾷ χεῖρα κήρυκος παρθένου. Ἐγὼ δ' αἰσχυνοῦς τὴν ἤτταν, εἶπον πρὸς τὴν παρθένον γλώσση κήρυκος, ἐλευθέρᾳ φωνῇ, παρθένω ψυχῇ·

10 « Οὐ βούλη μοι δοῦναι; τί δὲ ἄρα βούλη; » Ἡ δὲ συναρπάξει τῷ λόγῳ τὴν χεῖρα τῆς κύλικος, ὅλη δ' ἐντρομος ἐγεγόνει, καὶ τὴν παρεῖαν ὑπὲρ τὴν φύσιν ἤρουθρίωτο, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὄλους ἀφῆκε τῇ γῆ, καὶ ἦν ὡς ἐκ κεραυνοῦ βληθεῖσα τινός, καὶ ὅλην ἐπὶ τοῦ προσώπου

15 φέρουσα τὴν αἰδῶ.

10. Πανθία πρὸς τὴν κόρην ἄγει τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὄλους θυμοῦ, ὄλους ζήλου, καὶ πλήρεις αἵματος· εἰσβάλλει τούτους ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῆς παιδός, ἐπὶ τὰς χεῖρας, ἐπὶ τοὺς πόδας, ἐπὶ τὸν τράχηλον· ὅλην ἔχει τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν κόρην, καθ' ὅλης θυμοῦται, καθ' ὅλης ὀργίζεται, ἐρυθραίνεται τὴν παρεῖαν· ὁ καὶ παράδοξόν μοι δοκεῖ, θυμοῦ τικτόμενον ἔρευθος· ὠχρίᾳ πάλιν ὡς τοῦ παντός ἐρυθρήματος καθ' ὄλου τοῦ τῆς Ὑσμίνης προσώπου καταβρύνετος. Ὁ δὲ γε Σωσθένης ὀριμὸς πρὸς τὴν παρθένον ἰδὼν καὶ αὐτὸς, καὶ κινήσας τὴν κεφαλὴν, ἐκείθεν εὐθὺς ἀφαρπάξει τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ φησι· « Διάσιων καιρὸς, κατατροφή· « σωμειν τὰ Διάσια· ὄλοι γενόμεθα τῆς ἑορτῆς, ὄλοι « τῆς πανηγύρεως. Ζεὺς παρὰ τῇ τραπέζῃ, καὶ Διὸς « τράπεζα, ὅτι καὶ ὁ κήρυξ οὗτος Διός, » τῇ χειρὶ με παραδεικνύς. Καὶ ὁ Κρατισθένης, ἐγγύς μοι παρακαθήμενος, πλήττει με σιγῇ τῇ χειρὶ, τῷ ποδὶ τὸν πόδα προσεπιθλίβει μου, καὶ, « Σίγα, » φησὶ μοι τῷ ψιθυρίσματι. Ἐγὼ δὲ τίς γενοίμην οὐκ εἶχον· ἤρουθρίωτο, εἰσίων, ὠχρίων, ἐδειλιῶν, ὑπέτρεμον, ἡσχυνόμην ἑμαυτὸν, τὸν Σωσθένην, τὴν Πανθίαν, τὴν κόρην, τοὺς παρεστῶτας, καὶ τὸν ἐμὸν Κρατισθένην. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἐσπέγηεν, ἀπαλλαγῆναι ταύτης ἡυχόμενος.

25

30

35

11. Ἡ κόρη καὶ πάλιν ἐκίρνα τῷ πατρὶ κελευσθεῖσα, καὶ μετὰ πατέρα Σωσθένην, καὶ μετὰ μητέρα Πανθίαν ἦκε πρὸς με τὸν κήρυκα· ὁ δὲ Σωσθένης πρὸς μέ φησιν· « Ὑσμίνης κήρυξ, πόμα σοι τοῦτο τῆς ἑορτῆς, « καὶ πῖθι τὸν Δία τιμῶν, καὶ χαίρε. Χαίρε τρυφῶν, « χαίρε πίνων, χαίρε κηρύσσων Διάσια. » Ἐγὼ δ', « Ἀντίχαιρε, Σώσθηνες, εἶπον, ὀθιω ποικίλως ἡμᾶς φιλοφρονούμενος καὶ πολυτελῶς. » Ἡ δὲ κόρη παρίστατο, τῇ μὲν χειρὶ τῇ χειρὶ μου παρατιθεμένη τὸ ἔκπωμα, τοὺς δ' ὀφθαλμοὺς ὄλους τοῖς ὀφθαλμοῖς μου συμπλέκουσα.

40

45

50

Προτείνω τὴν χεῖρα λαθεῖν, ἡ δὲ τὸν δάκτυλον ἐπιθλίβει μου, καὶ θλίβουσα στένει, καὶ φύσημα λεπτὸν ὡς ἐκ καρδίας φυσᾷ. Ἐγὼ δ' εἰσίων τῷ Κρατισθένει περὶ ὄμενος· καὶ ὀθιω κατελύετο τὸ συμπόσιον.

12. Ἦγον οὖν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ δωμάτιον Σωσθένης,

Accessit virgo, mixtoque potu obtulit poculum quod ut arriperem manum protendi; et quidem arripui, sed virgo suis avelli manibus non sinebat; nam mihi puella et poculum praebebat et retinebat, et gestus quidem praebentis fuit, revera autem non demittebat. Ortum est inter nostras manus certamen, vicitque intacta puellae manus intacti caduceatoris manum. Puduit me superatum, virginemque caduceatoris lingua, libera voce, casto animo, interrogavi: « Nonne vis mihi poculum dare? aut quid tibi « vis? » Illa, his dictis, confestim manum a poculo abstinuit pavida, genis plus solito rubentibus, demissisque in terram oculis, stabatque veluti gravi tonitru tacta, verecundo vultum rubore suffusa.

10. Panthia defixis in puellam luminibus, ira, indignatione, sanguine suffusis, puellae caput, manus, pedes, cervicem intuita, totam denique percurrans, illi succensebat et irascebatur. Erubuit primo totis genis, ita ut, quod mihi insolens visum est, ruborem iracundia pareret: mox autem palluit, ita ut omnis ille rubor in virginis faciem transcurrisse videretur. At Sosthenes acri virginem obtutu defigens, et caput quassans, oculis inde statim aversis, haec addidit: « Diasiorum tempus est, quae jucunde nobis « peragenda; nos in festum, nos in panegyrim totos confestim, urget praesentia Jovis, qui his epulis adest, nam « Jovis hoc convivium et hic caduceator, » me digito moustrans. Cratisthenes interim mihi proximus, pedem suum meo imponens, meque manu tacite pulsans, silere jubet submurmurans. Ego quis aut unde essem nesciebam; ita tantum rubor, pallor, timor, pudorque et tremor subierant, pudor propter me, propter Sosthenem, Panthiam, puellam, adstantes, meumque etiam Cratisthenem. Itaque destinato contuitu mensam intuebar, ab illa discedere cupidus.

11. Virgo iterum jussa patri vinum praebuit, post patrem Sosthenem Panthiae matri; postque matrem Panthiam, accedit ad me caduceatorem. Tum vero Sosthenes: « Hysminia, Jovis caduceator, festi tibi Jovisque poculum hoc « est; tu modo inter epulas et pocula hilaris esto; hilaris « esto nobis Diasia nuntians. — Et tu quoque, mi Sosthenes, subjeci, qui nos adeo abundanter splendideque « excepisti. » Adstabat autem puella poculum mihi porrigens, oculos meos oculis suis totos complexa. Praetendo manum ad accipiendum, et illa digitum premit simulque ingemiscit, tenuem imo de pectore spiritum ducens. Ego autem Cratistheni obsequens tacui, finemque hunc convivium habuit.

12. Nos igitur ad cubiculum ducunt Sosthenes, Panthia

Πανθία, παρθένος Ὑσμίνη, καὶ θεράπαινοι τρεῖς· ἡ μὲν ἐκ τοῦ φρέατος ὕδωρ ἔφερεν, ἡ δὲ τι σκεῦος ἀργύρου ἐπ' ὤμων ἀνεῖχεν, ἡ δὲ τρίτη λίνον κατὰ χιόνα λευκόν. Ἐπέθηκεν τοῦ δωματίου, καὶ Σωσθένης μοι, 5 « Χαίροις, » εἰπὼν, σὺν τῇ Πανθίᾳ ὄχρητο. Ἐγὼ δὲ καὶ Κρατισθένης ἀνεκεκλίμεθα περὶ κλίνας δευτέρας λαμπρῶς ἐσταλμένας καὶ μαλακῶς. Ὑπέθηκε τὸ σκεῦος περὶ τὸν σκίμποδα κλίνης ἐμῆς ἡ τοῦτο κατέχουσα· ἡ ἑτέρα τὸ ὕδωρ ἐπέβαλεν· ἡ δὲ παρθένος Ὑσμίνη δκλάσασα τὸ 10 πῶδε καὶ λαβομένη μου τῶν ποδῶν ἐκπλύνει τῷ ὕδατι (καὶ τοῦτο γὰρ τοῖς κήρυξιν ἀφουσιῶται)· συνέχει τούτους, κατέχει, περιπλέκεται, θλίβει, ἀσφορητὶ φιλεῖ, καὶ ὑποκλέπτει τὸ φίλημα· καὶ τέλος ἀμύττουσα τοῖς ὄνυξιν γαργαλίζει με. Ἐγὼ δὲ ἄλλα σιγῶν καὶ φέρων 15 ἄκων ἀνεκάγχασα· ἀνένευσεν ἡ κόρη, καὶ ἀτενῶς ἰδοῦσά με, μικρὸν ἐμειδίασε, καὶ πάλιν κατένευσε, καὶ ἐγὼ τοῖς ἔρωσιν οὐκ ἐπένευον· ἀπομάσσει μου τοὺς πόδας, τὸ μάρτρον ἐκ τῶν τῆς θεραπαινίδος ἀνελομένη χειρῶν· ἡ δὲ, « Χαίροις, εἰποῦσά μοι, κήρυξ, » 20 ὄχρητο.

13. Ἐγὼ δὲ περὶ τὸν ὕπνον ἐτραπόμην εὐθὺς, καρβαρήσας καὶ τροφῇ καὶ πόσει καὶ πόνοις τοῖς τοῦ κηρύγματος. Περὶ δὲ τρίτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ὁ καλὸς Κρατισθένης ἐξυπνίζει με λέγων· « Οὐ χρὴ παννύχιον 25 « εὐθεῖν ἀνδρα κήρυκα. » Ἐγὼ δ' ἀπεσπῶμην τῶν ὕπνων, αἰδοῖ καὶ φιλεῖ παρθένος· οἱ δ' οὐκ ἀπεσπῶντό μου τῶν ὀφθαλμῶν· τροφῇ γὰρ καὶ πόσει καὶ κόπος ὕπνου πηγῇ. « Τί δὲ φῆς, ὦ Κρατισθένης, εἶπον, τί μου « τῶν βλεφάρων τὸν γλυκὺν ἀποσπᾶς ὕπνον; » Ὁ δὲ τὰ 30 περὶ τράπεζαν ἐξήτει μαθεῖν, καὶ πῶς ἀνεκάγχασα, καὶ τὴν ἐμὴν ἐλοιδόρει γλωτταν, « Γλώσσης τοι, λέγων, φειδωλῆς θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος, πλείστη δὲ τε χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης. »

14. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτόν· « Τάλλα μὲν τοῦ δεῖπνου, 35 « Κρατισθένης, οἶσθα, καὶ συνανακλιόμενος ἡμῖν καὶ « πίνων τοῦ νέκταρος, τὰ δὲ περὶ τὴν κόρην τοιαῦτα « πρῶτόν μοι φέρουσα τὸ πόμα, « Χαίροις, » ὑπεψιθῆ- « ρισε· δεύτερον, « Ἐξ ὁμωνύμου παρθένου χειρῶν δέ- « χου, φησὶ, τὸ ποτήριον, » ἡρέμα δὲ καὶ τοῦτο, καὶ 40 « τὴν ἀκοὴν ὑποκλέπτουσα· ἐς ὅσον δ' ἐγὼ ἐπίνον, αὐτὴ « τῷ ποδὶ τὸν πόδα μου κατεπέθλιβε· τρίτον ἔφερε μοι « τὸ πόμα, καὶ διδοῦσα πάλιν ἐπέχει· ἐγὼ δ' ὅπερ ἀκή- « κοας εἶρηκα, τὰ δ' ἐφεξῆς οἶδας, τὸν τῆς Πανθίας « θυμὸν, τὴν ὄργην τοῦ πατρὸς, τὴν τῆς χάρας κίνη- 45 « σιν, τὴν αἰδῶ τῆς παρθένου, τὴν σιγὴν, τὴν ἐκπλη- « ξιν, τὸ ἐρύθημα, καὶ ἄλλα πάνθ' ὁπόσα πέπονθεν, « ὡς ἐκ κερανοῦ βληθεῖσά τις· πρὸς ἃ δὴ πάντα, νῆ « τὸ σεμνὸν τοῦτο κηρύκειον, ἡσχυνόμενη αὐτὸς, καὶ « μᾶλλον τὴν σὴν ἐπιτίμησιν, ἧτις με σιγᾶν ἐπετρέ- 50 « ψατο. Τέταρτον ἐπίνωμεν σωτήρι Διί, καὶ πάλιν « Ὑσμίνη τὸν ἐμὸν ἐπέθλιβε δακτύλον. Ταῦτα τὰ « τῆς τραπέζης· τὰ δὲ τῆς κλίνης ὁποῖα; νίπτει μου « τοὺς πόδας, περιπλέκεται, θλίβει τοὺς δακτύλους, « φιλεῖ, καὶ φιλοῦσα κλέπτει τὸ φίλημα, καὶ τέλος

Hysmine puella et ancillæ tres, quarum altera haustam ex fonte aquam ferebat, altera sublaturam in humeros argenteum vas, tertia lintenum candidissimum. Mox cubiculum subivimus, et, « Vale » dicto, Sosthenes ac Panthia recesserunt. Ego autem et Cratisthenes sumptuosis mollibusque collocati lectulis decubimus. Mox ancilla vas quod ferebat in lecti scabello posuit; altera autem aquam infudit. Hysmine autem, flexis geniculis, pedes meos prehendit et lavit (nam hoc caduceatoribus religionis ergo tribuitur); illos continet detinet, complectitur, premit, tacite osculatur, oscula furtim decerpens et denique unguium fitillatione leviter corradit. Ego ad cætera tacitus omniumque patiens, invitus tamen ad hæc in risum erupi. Respexit ad risum Hysmine, intentisque in me defixa oculis aliquantulum subrisit; mox autem illos demisit quamvis tot amoris indicis non annuerem, statimque accepto ex ancillæ manibus linteo pedes detersit, ac recessit salutem caduceatori precatam.

13. Ego autem cibo potuque ac sacri ministerii laboribus gravatus nec mora in profundam quietem sepultus sum. Formosus Cratisthenes circa tertiam vigiliam noctis me somno excussit, his verbis increpans:

Legatum totam per noctem ducere somnos non decet.

Ego pudori et amicitiae obsequutus somnis excutior, qui tamen omnino ex oculis non excussi sunt; cibi enim potusque et defatigatio somni fons. Atque ille quidem ea, quæ in convivio acciderant, risusque causam quærens nimiam loquendi petulantiam arguebat, hoc dicto

Optimus est homini thesaurus lingua modesta, Maximaque illius est gratia pauca loquentis.

14. Ego autem, « Cætera, inquam, non ignoras, quia « una nobiscum accubuisti et ex nectare bibisti; quæ vero « ad puellam spectant te docebo. Primum poculum cum « præbuit, « Salvus sis, caduceator » submurmurat. Mox, « Ab ejusdem nominis virgine secundum habeas, » inquit, « adeo deminuta voce, ut auditum falleret; tandemque « pedem meum suo imposito pressit, quamdiu bibi. Ter- « tio poculum quidem præbere videbatur, sed tamen reti- « nebat; itaque illa, quæ audivisti, exciderunt. Reliqua « tu nosti, Panthiæ indignationem Sosthenisque iram, « capitis motum, puellæ pudorem, silentium, consterna- « tionem, ruborem, et singula, quæ veluti fulmine « tacta perpessa est; quorum omnium et maxime objurga- « tionis tuæ, quæ silentium imperavit, testor sacrum « meum ministerium, me pudebat. Quartum bibimus « Jovi Servatori, rursusque Hysmine digitum meum pres- « sit. Atque hæc sunt, quæ in convivio evenerunt; quæ « vero circa lectulum? Hysmine pedes meos lavit, com- « plexa est, digitos pressit, furtivaque ingessit oscula, tan- « dem pedum solum unguibus leniter carpsit, unde, ut au- « disti, in risum erupi. — O te felicem, exclamavit Cra-

« ἀμύττει τὸ πέλμα μου τοῦ ποδός ὅθεν, ὡς ἤκουσας, ἀνεκάγχασα. » Καὶ ὁ Κρατισθένης, « ὦ τῆς εὐτυχίας, ἀνακέκραγε· παρθένος ἔρξ σου, καὶ παρθένος οὕτω καλή· σὺ δ' οὐκ ἀντερῆς; » Ἐγὼ δέ, « Καὶ τί τοῦτο ἔρξν εἶρηκα. Καὶ πάλιν ὁ Κρατισθένης μέγα ἀνακέκραγεν. « Πράκλεις, τῆς ἀτοπίας, τῆς ἡλιθιότητος· ἀλλ' ἕλεός σοι Ἔρωσ, μήτηρ Ἀφροδίτη, καὶ ἕγγες ἐρωτικάι. » Ἐγὼ δέ, « Τίνες οὗτοι, πρὸς τὸν Κρατισθένην φημί, τίς δέ μοι τούτων διδάσκαλος; » Ὁ δέ μοι, « Φύσεις ζώων 10 « ἀδίδακτοι. » Πάλιν οὖν ἐπὶ τὸν ὑπνον ἐπάτημεν.

« tisthenes, puella te amat et quidem pulcherrima puella : « tu autem non redamas? — Quidnam vero est amare? » subjeci. « Hercules, respondit ille, ὁ insulstatem, ὁ simplicitatem! at tibi Amor Venusque mater et omnes Cupidinum illecebræ faveant. » Ego iterum ad Cratisthenem : « Quænam ista sunt, quis mihi illorum magister futurus est? » At Cratisthenes, « Animantia, inquit, ea, quæ ab natura illis insita sunt, ab ullo non docentur. » Confestimque, his dictis, oculos iterum in quietem fleximus.

BIBAION ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

LIBER SECUNDUS.

1. Τῇ δ' ὑστεραία πάλιν ἐπὶ τὸν κῆπον γενόμενοι, τοὺς ὀφθαλμοὺς ταῖς χάρισιν ἐτρεφόμεθα, τὴν ἡδονὴν μεθέλωκοντες ἐπὶ τὰς ψυχάς· ἦν γὰρ ἀγαθῶν χυρίων ὁ κῆπος, καὶ θεῶν δάπεδον, καὶ ὄλων χάρις καὶ ἡδονή, τέρψις ὀφθαλμῶν, καρδίας παραψυγή, παραμυθία ψυχῆς, μελῶν ἀνεσις, ἀνάπαυλα σώματος· τὰ μὲν περὶ τὸν κῆπον, ὅσα καὶ οἶα· τὸ δέ γε θριγγίον, ἄλλο τεράστιον, τοσοῦτον αἰρόμενον ὕψος, ὅσον ἀνεπίβατα τὰ τῷ κήπῳ τηρεῖν καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ ποσὶ, πάντοθεν 20 κατεχαριτοῦτο χειρὶ ζωγράφου σοφῆ.

2. Παρθένοι τέτταρες ἐγεγράφατο στοιχηδόν· ἡ πρώτη λαμπρῶς τὴν κεφαλὴν ἐστεφάνωτο· λίθοι περὶ τὸν στέφανον μάλα τηλαυγείς, πῦρ ἀπαστρέπτοντες, καὶ ὧϊς ἀπαυγάζοντες, ὑδάτων μεστοί. Εἰποὶς ἂν μεμίχθαι τὰ ἄμικτα, ὕδωρ καὶ πῦρ ἐν λίθῳ, καὶ ἄμφω 25 τερπνὰ καὶ ἄμφω χαρίεντα· τὸ μὲν κυματοῦται τῷ ἐρυθρήματι, τὸ δ' ἀνταστράπτει· οὕτως ὁ τεχνίτης ἀκριβῶς τὴν φύσιν τῶν λίθων ἀπεμιμήσατο· μάργαροι περικυκλοῦσι τοὺς λίθους, κατὰ χιόνα λευκοί, σφαιροειδεῖς τὸ σχῆμα, τὸ μήκος ὑπὲρ τὰς φύσεις αὐτῶν· οἷς ἐγὼ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὄλους ἀποδοῦς, εἶπον μετὰ θάμβους καὶ ἡδονῆς· « Χάλαζα καὶ ἀνθρακες πυρός. » Ὁ δὲ Κρατισθένης (παρῆν γὰρ καὶ αὐτός) ἀνεκάγχασέ μου τῇ παραχρήσει τοῦ ῥήματος. Ὁ πλόκαμος εὐφυῶς περὶ 35 τοὺς ὄμους ἠπλωται τῆς παρθένου, καὶ βοστρυχοῦται μὲν ὡς εἰκός· υποχρυσίζει δὲ τὸ βοστρύχιμα. Ὁρμισκος περὶ τὸν τράχηλον τῆς παρθένου ἐξ ἀργυρίου μετὰ στιγματῶν χρυσοῦ· βακίθινος ὁ πόρπαξ αὐτῷ. Χεῖρες τῆ παρθένου λευκαὶ καὶ ὄντοις παρθενικαί· ἡ δεξιὰ 40 ταθεῖσα καὶ αὐ κυρτωθεῖσα, τῆς κεφαλῆς ἤψατο τῷ δακτύλῳ, καὶ τοῦ περὶ τὸ μέτωπον ἀνθρακος· ἡ δὲ λαία σφαιρίδιόν τι κατέχει περιτεπέε. Ὁ δεξιὸς ποὺς ἀσάνδαλος τῆ παρθένης· τὸν γὰρ τοὶ λαῖον ἐπεκάλυπτε τὸ χιτῶνιον. Ὁλος ὁ χιτῶν ἀκαλλῆς καὶ ὄϊον ἀγροικιώτερος· τὸν γὰρ πάντα κόσμον περὶ τὴν κεφαλὴν 45 τῆς κόρης ὁ τεχνίτης ἐκένωσεν, τὰ δ' ἄλλ' ὡς ἔτυχε κατεπέχρωσεν.

3. Ἡ μετ' αὐτὴν παρθένος καὶ τὴν τάξιν δευτέρα,

1. Sequenti die rursus hortum ingressi, ad amoenitates ejus oculos vertimus maximam animo voluptatem percipientes. Erat enim veluti bonorum omnium locus deorum sedes, gratiis voluptateque affluens, oculorum voluptas, cordis levamen, animi solatium, membrorum recreatio, corporis requies. Quæ quidem ad hortum spectant, ita se habent; murus autem quo cingebatur erat et ipse aliud miraculum : ad tantam altitudinem erectus, quanta sufficeret ad oculos gressusque arcendum ab omnibus, quæ in horto erant, ex omni parte decorabatur perita pictoris manu.

2. Inter cætera virgines quatuor ordine sequentes obtutibus se meis objecere. Primæ splendida corona caput cingebatur; corona gemmis radiat, quæ igneum coruscantes, humidum tamen fulgorem jaculantur. Affirmes mixta esse quæ misceri nequeunt, liquorem scilicet ignemque in eadem gemma, sed perbelle simul ac lepide : namque ut ille rubore nativo fluctuat, sic alius luce propria adverse fulgurat, adeo pictor lapidum naturam perfecte imitatus est. Lapidus cinguntur unionibus nivis instar, candidis, rotundis figura, magnitudinis insolitæ. Ego autem, defixis in hoc spectaculum oculis, reique miraculo ac voluptate percussus, grandinem ignisque carbones conjunctos exclamavi. Cratisthenes (aderat enim et ille) vocabuli abusu in risum erupit. Crines virginis undanter in humeris puellæ fluentes atque in cincinnos, ut decet, distincti, subflavi auri colorem referunt. Collum virginis torques argentea coronat, quam auri inaculis distinctam hyacinthina fibula subnectit. Virginis iuanus candidissimæ ac vere puellares : expansa dextera rursusque curvata caput suspensumque fronti carbunculum digito tractat; læva globulum elegantem gestat. Dextrum pedem sine calceo virgo porrigit, alterum enim vestis occultit. Ille pida ac ruris plenior tunica : nam pictor omnem ornatum in virginis caput impuderat, reliquas corporis partes obviis coloribus pinxit.

3. Secundæ virgini, quæ ordine sequebatur, militaris forma

δλη στρατιώτης, πλὴν τοῦ προσώπου, εἰ μὴ ὅτι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀγρωιότερος ἢ κατὰ παρθένον ἰδεῖν. Κόρυς περιαστράπτει τὴν κεφαλὴν, καὶ ταύτην κατακοσμεῖ. Θυρεὸς τὸ στέρον, φολιδωτὸς χιτῶν τὸ με-
5 τάρφρονον, μίτρα τὴν ζώνην, τὸν ταρσόν, τὴν χεῖρα καὶ τὰλλα τῶν μελῶν στρατιωτικῶς κατεπέφρακτο. Ἡ χεῖρ κατὰ δρῦν παχεῖα· οἱ δὲ γε δάκτυλοι πρὸς τὸ παρθενικὸν ἐγεγράφατο. Ἐν ὅσοις τῶν μελῶν ἐγυμνοῦτο, δλη παρθένος ἦν ὁ στρατιώτης· ἐν ὅσοις δὲ κατεπέ-
10 φρακτο, θλον στρατιώτην τὴν παρθένον ἐώρας. Ἀσπίς τῇ λαίῃ τῇ παρθένω, εἰ δὲ γε βούλει, τῷ στρατιώτῃ τῇ δ' αὖ ἐτέρᾳ δολιχὸν ἔγχος, γραφεῖον Ἄρεος.

4. Ἡ μετ' αὐτὴν δλη παρθένος, δλη σεμνὴ τὴν ὄψιν, τὸ σχῆμα, τὸν χιτῶνα, τὸ πέδιλον, ἐστεφανωμένη τὴν
15 κεφαλὴν, οὐκ ἐκ λίθων κατὰ τὴν πρώτην, οὐκ ἐκ μαργάρων κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ὄλοις φύλλοις, ἀλλ' ὄλοις ἄνθεσι. Ῥόδον οὐκ εἶχεν ὁ στέφανος, ἢ λαθομένου τοῦ τεχνίτου, ἢ τῶν χρωμάτων ἡττωμένων τῆς τοῦ ῥόδου βαφῆς. Ὁ πλόκαμος τῇ κόρῃ κατεχεῖτο μικρὸν, καὶ αὖ περὶ τὸν στέφανον ἀνεδέδετο. Λευκὴ καλύπτρα
20 περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ περὶ τὸ μέτωπον κατεκάλυπτεν. Ἀραχνώδης ὁ χιτῶν τῇ παρθένω, τὸ χρῶμα λευκὸς, ποδήρης τὸ σχῆμα, καὶ ὄλωις πλατύς. Ἡ δεξιὰ τῶν χειρῶν δεξιῶς ἐπικειμένη τῷ στήθει, τὸν δμῶνυμον κατακαλύπτει μαζόν· οἱ δάκτυλοι τὸν λαῖον θλον περι-
25 καλύπτουσι κατετικεῖμενοι, καὶ φυλάσσοντες· ἅμαζον εἰποῖς ἰδὼν γεγράφαι τὴν κόρην. Ἡ δ' ἐτέρα χεῖρ τὸ χιτῶνιον ἀνέχει πρὸ τῶν μερῶν· ὁ γὰρ βορβῆας ἐδόκει πνεῖν κατὰ μέτωπον, καὶ τὸ πολὺ τοῦ χιτῶνος περὶ τὴν
 20 τουργήσει τοῖς φυτοῖς καὶ τοῖς ἀνθεσιν, ἀλλ', ὡς ἐν
 ἀμαράντοις ζύλοις καὶ λίθοις ἀδάμασιν, Ἐρμοῦ γρα-
 φίδι καὶ μέλανι καὶ γλώσση πῦρ πνεούση ῥητορικὸν
 τὰ καθ' ἡμᾶς στηλογραφηθήσεται. Καὶ τις τῶν δψιγόν-
 ων καταρτηροῦσει ταῦτα, καὶ ὡς ἀθανάτω στήλῃ
 25 τοῖς λόγοις ἀνδριάντα χαλουργήσει κατὰ χρυσον.

23. Ὅσον μὲν οὖν ἐν ἀνθρώποις ἐρωτικώτερον, τῶν
 πολλῶν ἐρωτικῶν χαρίτων ἡμᾶς ἀποδέξεται· καὶ ὅσον
 παρθενικὸν καὶ σεμνότερον, τῆς σωφροσύνης ἀγάσεται.
 Ὅσον δὲ ἐκ τύχης αἰμαλώτων καὶ δοῦλόν ἐστι, καὶ οὕτω
 30 τῆς ἐλευθερίας ἡμᾶς ἀποδέξεται, καὶ θάρσος λάβῃ κατὰ
 ψυχὴν· ὅσον δὲ συμπαθέστερον, ἐλεήσει τῶν δυστυχη-
 μάτων ἡμᾶς· καὶ οὕτως ἡμῖν ἔσται τὰ τῆς μνήμης
 ἀθάνατα· ἡμεῖς δὲ καταχαριτώσομεν τὴν γραφὴν, καὶ
 ὄλην τὴν βίβλον κατακοσμήσομεν, καὶ χάρισιν ἐρωτι-
 35 καῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα βίβλους κοσμοῦσι καὶ τοὺς
 λόγους κατακαλλύνουσι· κλῆσις δ' ἔστω τῇ βίβλῳ, τὸ
 καθ' Ὑσμίνην δρᾶμα καὶ τὸν Ὑσμινίαν ἐμέ.

fines indelebilem servabis? Hoc profecto tuum est. Sed victum te puderet, metuisque ne, nostra exprimendo, tua quoque notiora facias.

22. Tu igitur omnium parens Tellus, si fugientis Daphnes miserta, occultasti illam et salvasti, et sponte tua cognominem plantam produxisti quæ memoriam beneficii tui conservaret; si Hyacinthum immortalæ cognomine planta reddidisti, an et nostri memoriam non conservabis nec de nomine nostro dictæ plantæ gignentur, æterna Hysmines et Hysminiae rerum monumenta, in quibus casus nostros effugisti et inscribens perennitati commendabis? Verum Enosigæus Neptunus, verum terram quatens, et in te leonino rugitu fremens, irruet, et te parentem omnium, historiam nostram conservantem, præterea illum ob Amoris victoriam aspernatam obruet. Et tamen ego communis matris amantissimus cultor et observantissimus sum. Ideo si neque Jupiter res nostras in astra referet, neque Neptunus mari inscribet, neque ipsa plantis Tellus et floribus æternas efficiet, saltem Mercurii stylo, atramentoque et igneam eloquentiæ flammam spirante lingua descriptæ, tanquam perituris numquam tabulis et adamantinis saxis fixa manebunt. Certe posteriorum aliquis disertissime singula explicando, tanquam immortalæ columnæ, ita verbis suis auream statuam superstruet.

23. Quantum igitur est inter homines amantiorum nos ob tot et tanta Amoris beneficia obvio plausu excipiet; similiter quantum pudicorum erit et castorum temperantiæ ergo mirabundi laudabunt. Sed et sortis injuria captivorum et servorum quantum erit, hi pariter omnes nos ob restitutam libertatem læti excipient et animum redintegrabunt; denique quibus ad misericordiam promptior est animus, prorsus ob infortunia miserebuntur: atque ita immortalitati memoria nostra sacrabitur, nos autem scripturam librumque venustiore faciemus Amorum gratiis, cæterisque quibus libros exornant sermonesque decorant; libello autem nomen sit Amorum Hysmines Hysminiaeque historia.

EROTICAM
DE
APOLLONIO TYRIO
FABULAM

EX CODICE PARISINO EMENDATIUS

EDIDIT

ET PRÆFATIUNGULA NOTULISQUE

INSTRUXIT

J. LAPAUME LINGONENSIS,

RHETORICEN ANTEA PROFESSUS IN CÆSAREO VERSALIARUM LYCEO
LAUREAMQUE ADEPTUS LITTERATORUM MAGISTRALEM.

PRÆFATIUNCULA.

I.

In Cæsareo Parisiorum museo . latinus quidam incerti auctoris asservatur Codex qui, si ad artem respexeris voluminis exarandi et apificandi, intra quartum et decimum quidem sæculum subsistet ; si autem verba attenderis et rem, ætatis sibi longe remotioris fidem faciet. Is nimirum liber, romano licet sermone perscriptus, in veteri quodam totus est opere vertendo ex alia lingua, quam, multis iisque gravissimis de causis, græcam esse nemo inficias ierit. Meram enim et vividam Græcitatē, hunc apud nostrum, quisquis est, interpretem, redolent tibi cum plurimæ voces vocumve juncturæ, tum etiam agentium seu personarum mores, loci, præsertimque dominantia nomina.

Sexcenties ergo noster, dum prudens solœcizantis latine speciem præ se gerit, reipsa græcissat inter vertendum ; et linguæ Latii, tanquam de industria, negligens aut oblitus, verbum saltem verbo satagit reddere, fidæque oppido curiositati inservire destinat. Cul-pam ideo vitet, imo laudem mereat, si quid insolentius hic aut illic minus apte dixerit, quoad spectetur et conferatur Tulliana illa in verbis serendis genuina concinnitas.

Græcos alioqui et pene Cecropios mores huic eroticæ nostræ de Apollonio Tyrio *Μυθοποιή* affictos esse evincetur, si quis Gymnasium, Ganeamque et Neptunalia cum æde Artemidis, et cætera reputabit quæ passim legentibus occurrent.

Ubique jam Asiæ aut Helladis, nunc Antiochiæ, nunc Tyri, Tarsive, Mitylenæ, aut Ephesi, non sine festiva quadam et legitima mobilitate scenæ, res agitur, ita videlicet ut quæ græce scripta morataque est fabula, ea ne aliter habitare et apud exteras gentes tanquam exulare dicatur.

Fabulæ autem hujusce amatoriæ nostræ Protagonista, haud temere ac fortuito nuncupatur Apollonius, quippe cui Apollo vates et augur egregiam impertierit sagacitatem illam, quæ proxime ad divinationem accedit, et solvendis Antiochi regis ænigmatibus

adhibetur. Medico jam ei qui, multis ante Andream Vesalium annis, sopitam modo, non extinctam, in Apollonii uxore suscitatur ac refovet vitam, nomen est Ceramoni, puta mortis debellatori, cum nil aliud vox ea significet, ducta a græca Κηραμόντης, id est ὁ ἀποτρέπων συμφορὰν, ὄλεθρον, θάνατον, ὁ ἀλεξίκακος. Rex adeo Mitylenæ, qui in foro ubi Tarsiam piratæ sub corona venalem exposuerant, Lenonio lenoni adversatur, dum certatim et auctiori usque pretio virginem uterque vult emptam sibi, justo et suo vere nomine dictus est Antinagoras, seu qui certatim et unde doleat alteri, aliquid in foro emit, ut monent radices ἀγοράω et ἀντί cum epenthesi videlicet τοῦ Ν ἐφέλωστικῶ. Quemadmodum autem puellarum custos ille, in lustro Mitylenensi, ironice et per antiphrasim dicitur Amiantus, tanquam corruptelæ nescius, ab α priv. atque μαιίνω, sic terribilissimum istud hominum par, cui Tarsia erat a parente commissa, aptum apprime et moribus suis consonum nomen obtinet, cum vir hinc, Strongulio, græce Στρογγυλίας, ου, ἄνθρωπος κοντόχονδρος, ὀλοστρόγγυλος, illinc mulier, Dionysias, seu vinosa, vocitetur.

Alias hic attingere supersedeo dominantes etiam sive κυρίους et eadem e græca penu depromptas appellationes, quales sunt Andronius, Antiochus, Archistratus et Archistratis uxor, Hellanicus, Lycoris, Philothemia, Tarsia, Thaliarchus et Theophilus. Quas si quis pronunciaverit, hujus statim etiam aliud agentis sese menti offerent Ἀνδρώνιος, Ἀντίοχος, Ἀρχίστρατος, et Ἀρχίστρατις, Ἑλληνικός doricè Ἑλλάνικος, Ἀκύωρις, Φιλίθემις, Ταρσία, Θαλιάρχος et Θεόφιλος.

II.

Christiano autem viro, tanquam auctori, imputandum esse Apollonii MS., fabulamve, quarto et decimo sæculo, e græco versam in latinum sermonem, satis superque testantur, præter Angelum a quo nunciatur Antiochus fato functus, nuncupatæ hic Domino, Vivo Deo illic, utrobique scilicet J. C. D. N., adjurantis Tarsia preces.

Hunc porro Christianum scriptorem, Κοινοβιώσαν egisse patet ex illa celebratissima salutandi, Reverende, Mi Reverendissime, formula quam passim noster interjecit interpres.

Ejusdem latinitas, quam cave ne pro novicia sumas, tibi quintum

sapit sæculum; et quin depravati ac lascivientis eloquii nonnihil ex eversi Romanorum imperii labe contraxerit, fieri non potuit.

Quinto quidem prius sæculo, nullam omnino, in qualibet conscriptam lingua, græcæ Apollonii fabulæ versionem est inveniri. Sed exinde astrictam orationem dicas et prosam inter se certare, utra non contemnendum Heliodori Longique æmulum significantius interpretetur.

Primum igitur, habita saltem temporum ratione, locum obtinebit versio quædam politicis versibus composita. Quæ tota ἀνεπίστωτος perierat, ut pote cujus auctor nec qui nec quo tempore aut nomine vixerit, ulli omnium palam fiat; ni V. CC., Cambius ille nostras, aliquantulum ejus reliquiarum, paucillas nempe et dijectas voces immenso suo quasi hospitio infirmæ et infimæ græcitatæ excepisset.

Duodecimo jam sæculo, quo tempore politici illi versus quos, annorum septima et decima adhuc centuria, excerpsit Cambius, multis in cœnobiis asservati, nonnusquam et legerentur, latinis versibus, non dico Apollonii τὴν μυθοποιεῖαν, sed politicos incerti metaphrastæ στιχου, expressit sacerdos quidam, Godefridus a Viterbio.

Quarto et decimo deinde sæculo, Godefridi hexametros Anglus nomine Gower in modum redegit poematii cui titulus: *Confessio amantis*. Et ducentos post annos, adeo sunt sua fata libellis, e *Confessione* seu commentario *amantis*, tanquam signum quoddam ex indigesta rudique marmoris mole, exprimebat suam Periclem, alter ille temporum nostrorum Æschylus, cui nomen est Shakspeario. Nam si qui, auctore Schlegelio quem, dubium ea de re, Dryden impugnat imo expugnat, hanc fabulam demptam volunt ex operibus poetæ, illis profecto e mente excidit non aliunde ortam Romeum et Juliolam, quam e græca quoque μυθιστορία, ex Ephesiis videlicet fabulis Xenophontis, nisi quod, ut Romeus et Juliola Abrocomæ Anthiæque, ita Apollonii Pericles locum insedit.

Sed apud Shakspearium, Gowerum, Godefridum a Viterbio, incertumque politicorum versuum auctorem, nil aliud mihi extat aut apparet, quam multiplex quædam, plus minus variegata, quasi dicas plus minus infida, πρωτοτύπου prosæ μετάρρασις. Et quod pronum atque in aperto semper erit prosæ, prosam quasi ad calcem vel ad amussim premere aut dirigere, ideo tantum honoris tantumque

σπουδῆς ac pretii nostro accedat oportet Cæsareæ bibliothecæ Codici, quem, si mens ingeniosa monachi, ut e græco in latinum verteretur Apollonii opus, centum jam ab annis fere compositum, quinto forsitan sæculo excogitavit, monachi rursus solertior dextra quarto et decimo sane descripsit atque iniavit.

Ut ut sese habeat res, sexti ac decimi certe sub finem sæculi, anno videlicet M DLXXXV, Augustæ Vindelicorum, e prælis in lucem exiit, edente Welsero, latina quædam pedestri sermone expressa Apollonii fabula, cui titulus: *Narratio eorum quæ contigerunt Apollonio Tyrio.*

Cui autem libuerit æstimare quanta, ob ipsum Welserum, utilitatis fiat accessio illi Codici nostro, quantamque ideo opportunitatis auctionem capturus sit, a me vere princeps editus liber, is volumen perlegat Augustæ Vindelicorum, idque nostra cum editione ex illo Codice ducta comparet.

Welserus enim, etsi ex membranis vetustissimis a se in medium afferri Apollonium profiteatur, seu male oculus hæserit in legendo, aut in capiendo mentis acumen, gratis dum immutat, assuit aut recidit, æque auctorem deturpat gratis; nec per eum stat quin in tam sui dissimili Apollonio ipsum quæramus Apollonium.

Vindelicorum tamen Augustæ, ibi dum degeret Welserus, multæ magnæque, in SS. Udalrici et Afræ cœnobio, ei suppetebant opes, quibus ad intelligenda transcribendave antiqua rei literariæ monumenta, juvaretur.

Tunc etiam temporis, inter Manuelis Eugenici libros, Constantinopolitana receperat bibliotheca græcam fabulam Apollonii qui casus ipse suos retulit. Nam, ut scriptum reliquit Welserus, « hujus « profecto Apollonii credenda est (historia) ».

Viennæ, cæterum, opus idem tunc extitisse liquet ex ipso Cæsareæ bibliothecæ catalogo, cui manet inscriptum. In universum autem æstimanti, Apollonius, id est quilibet latitare monachus maluit ψευδωνύμως sub hac falsi nominis umbra, ut pro velo erat alii Philoponus, Theodulus alii, dignus admodum videbitur, qui jam Heliodorum inter et Longum mediis assideat. Si non episcopus evasit, ut prior; nec ab episcopo, ejus, ut amborum, fabula e græco est in gallicum sermonem versa, at, illæsa semper gravitate morum et sanctimonia, facete, lepide ac festivo lectorem pariter

delectat atque monet. His adde quod præstantissimo omnium recentioris ævi poetarum materiam præbuit, in qua ingenii vires exerceret.

Etenim, ut apud nos Daphnidem et Chloam exceperunt Paulus ac Virginiola — de Annella autem et Lubino tacere lubet —, sic ab Apollonio et Archistratide, tanquam ab avorum legitima quadam stirpe, profecti sunt recta Heloisa, Abelardus et cum Julia amasius ejus nomine S. *preux*.

Iidem igitur qui nil adhuc Longi novimus, præter nomen et librum Longi, Apollonii jam tenebimus, sin minus verum nomen et patriam, cum utrumque sit *ψευδώνυμον*, at certe librum et tempus libri; exitum nempe quarti post Christum natum sæculi.

Eo faustiolem Apollonius fortunam, pene dixi Apollinem, expertus est quam Aristides, cujus fabulas græcas latinam in prosam deduxit Sisenna, quod carminibus vicissim græcis, romanis ac britannis diverse interpretantium, ortum et famam dedit.

Libellus vero Noster, ut paucis finiam, eo maxime tot ab operibus id genus distat, quod moribus ac religioni consulit, nedum vel minime noceat; graphiceque et scenice, summus ad imum, prodocet quam juste Deus unicuique nostrum provideat. Quamobrem auctori ejus Apollonio, qui suos ipse casus enarravit, liberum fuit atque ab omni temeritate solutum, Ephesiæ in templo Artemidis deponere et proprie consecrare alterum e voluminibus quæ paria omnino et vere gemina confecerat.

III.

Quidquid est in rebus humanis imum et summum, altissime seu dejiciatur aut rursus evehatur mortale corpus, cunctas demum, in utramque partem, fortunæ vices unus, vivendo, continuavit, miscuit, exhaustit Apollonius ille noster, suæ ipsius fabulæ scriptor simul et actor. Nam, juvante Deo, nec officiente fors est sua ipsius solertia et mentis industria, supremos attigerat honores, absolutamque felicitatem, unde mox in humillima et ærumnosissima quæque, tanquam in procellosum et importuosum mare, deturbatus, nunquam non incontaminatus exstitit, rerum adversarum usque et vere immersabilis undis. Uxorem etenim Apollonius duxit avitis editam regibus puellam, quæ illum ex omnibus ob eximias ingenii et

animi dotes, selegerat. Paulo post cum ea solvit e portu, regnum sibi hæredis nomine excepturus. Sed inter nãvigandum enixa est Archistratis; statimque suspenso venarum pulsu per frigoris intemperiem, torpet, riget; et, quod speciem præbet emortuæ, emortuam habent, sepeliunt; atque projiciunt in mare loculum, qui mox, submovente fluctu, oræ Mitylenæorum allabitur. Tarsiam interea, recens editam, curandam tradit Apollonius Dionysiadi, apud quam ineuntis quatuordecim primos ætatis annos exigit. Brevi autem, ejectum in oram, ut Ceramo medicus loculum prospexit, vadit, arcam jubet recludi, et in ea mulierem videt, supremos quæ non afflarat dum spiritus. En sopitam in ea, tanquam igniculum suppositum cineri, suscitatur vitam; et quam extinctam putares, ea confestim ante ἀσλους aras, in intactæ sacrarium Artemidis se recipit. Interim adolescebat Tarsia in domo Dionysiadis, cui erat et ipsi filia. Hæc eo gravius in amicula ferebat ingenii formæque nitorem ac præstantiam, quod malignam ipsi et laute novercam naturam esset experta. Immotum igitur stat animo Dionysiadis necari Tarsiam. Sed quum jam in eo erat puella, ut a Theophilo, proh! falsam nominis fidem, interficeretur, pirate accurrere, rapere, raptamque in foro vicinæ urbis venalem statuere cœpti sunt. Puella nunc utrius futura sit, contendunt inter se Lenonius quidam, ut satis nomen innuit, leno, et hujus regionis rex Antinagoras. Lenoni Tarsia heu! dura auctionum sorte obtigit. Sed nihil est ejus cur timeas illibato pudicitie flori. Nam media in corruptela, incorrupta deget; atque e sordibus existet intacta, rosæ similis dumorum quam nulla nimirum manus carpit, et cui suæ pro vallo sunt spinæ, ut ipsa cecinit:

« Ut rosa de spinis
 manibus violarier ulli. »

Subito autem in oram Mitylenæ hiems denuo projicit Apollonium, qui, dolore confectus, jurat non barbam, non capillos sese jam esse recisurum. Conjugem videlicet tunc habet mortuam, cum tamen vivit Ephesi, ubi sacra fert Artemidis, casta et intemerata sacerdos; filiam adeo tunc habet mortuam, cum tamen vivit in eadem atque ipse civitate, Mitylenæ, ubi Veneri litare constantius recusat. Victus tandem partim instantium amicorum precibus, partim communi omnium gaudio, nam aderant Neptunalia, suis se comitibus tradit deducendum et oblectandum. Exiit ergo paulisper

squalorem, tenebras, luctum; et dum huc et illuc urbis ingreditur, mox cantus audit et carmina puellæ cujus tot sunt ænigmata quot voces. Apollonius tunc conjicit, capit et: Meum, ecce meum, exclamat, sanguinem! meam, ex me natam, Tarsiam! Et ambo una tendunt Ephesum, ubi suam Apollonio uxorem, suam Tarsis matrem Artemis servabat et tuebatur.

Quodsi in his omnibus Dei Vivi fulgide apparet providens misericordia, ejusdem non minus justitiam declarant non modo cœlitus interempti Antiochus et filia, quorum portentosos amplexus disjunctum fulmen ac fregit; sed etiam Dionysias et Strongulio, lapidibus obruti a plebe, et Lenonius leno, qui vivus arsit et combustus est.

Legentem rursus non mediocriter juvabit, si Hellenicum, pauperculum hunc piscatorem, qui naufrago nudoque injecerat Apollonio lacera lænæ suæ partem, viderit magnifice donatum a sceptucho nostro haud immemori, cui deinceps Antiochia, Tyrus, Cyreneque regnantur.

IV.

Respicienti autem ad diversos, pro ratione temporum ac locorum, hominum mores, proderit obiter notare, hunc apud Apollonium nostrum cum et alia, tum quæ dicta sunt de proficiscendi literis, gallice *passé-port* seu *congé*; de peculiari vestitu quem quis, Arionis in modum, induebat, tragicam comicamve personam acturus; de sublatorum in crucem servorum dirumpendis cruribus; de præbenda uxoribus a viris dote, et de multis aliis rebus id genus, quas longius est recenseri.

Sed finem facienti liceat mihi iterum asseverare hunc nostrum Lutetiæ membranum, ob amissum scilicet et plane desperatum *πρωτότυπον* Apollonii librum, ob deletam imo ejusdem in versus politicos translationem, paucissimis tamen exceptis vocibus, quæ Cambii nostratis in glossarium tanquam in portum emergerant, jam vetustissimum omnium et ideo fidissimum evasisse, licet quinto Reparatae Salutis sæculo compositus, quarto, non prius, et decimo, latinis his literis quæ sequentur, sit commendatus.

Quamobrem non nullius fore utilitatis autumo, si emendatius jam nunc ex codice Parisino editum, Præfatiunculaque et Notulis

auctum de meo, in vernaculam aliquando nostram traduxero, et *κριτικῆ* commentatione præmuniero opus in quo suos ipse, quarto exeunti sæculo, Apollonius casus pedestri Græcorum sermone enarravit; si uno verbo, totius per me licuerit ut Europæ res litteraria integram sibi sinceramque vindicet aliquando fabulam quam hactenus, mancam frustamque, et quod pejus est, multis numeris mendosam ac nodosam, haud immerito omisit aut flocci fecit.

Præfabar Versaliis pridie nonas Augusti, anno † MDCCCLV.

J. LAPAUME.

NOTULÆ.

Tria genera sunt vocum quæ, apud nostrum Apollonii interpretem, spectandæ videntur. Primum genus est græcarum vocum quas romanis, tanquam toga, literis vestivit; secundum, latinarum quas ad insolentiam significandi detorsit; tertium vero, latinarum rursus quas negligentius aut etiam minus commode usurpavit, sive effinxerit eas, seu tantum composuerit prodigialiter.

A.

Opera igitur pretium erit, notari sexcentas, græcitatibus ergo habet

Paginæ 611 linea 25 habet, ad dextram: *In* imaginem mortis *viderent*, ut moris est apud Græcos *ὄραω εἰς τι*, quod, velit nolit, summus apud nos scribendi idemque agendi magister sic est imitatus: « Quand je *regarde aux affaires de l'Europe...* » — Guizot.

Pagin. 612 lin. 39, ad sinistram: Scias *quia*; græce est *εἰδῆς ὅτι*.

Ejusdem l. 2, ad dextr.: Ait *ad* semetipsum; græce est *εἶπε πρὸς ἑαυτόν*.

Ejusdem l. 13, ad sinistr.: Audi *quia*; græce est *ἀκούσον ὅτι*.

Pag. 614 l. 22, ad sin.: *Tribonario* circumdatum; græce est *τριβωνάριον*, seu *τριβώνιον*, ductum a *τριβῶ*, gallice *rapé* (vêtement), *usé jusqu'à la corde*.

Ejusdem l. 26, ad sin.: *Cui* miserearis; græce est *σπλαγχνίζεσθαι* et *συμπαθεῖν τινί*, gallice *s'attendrir en fauteur de qq.*

Ejusdem l. 4, ad dextr.: Percinctum *sabano*; græce est *σάβανον* aut *σεθένιον*, qua ægyptiaca voce significabatur hispida quædam ad usum lavantium vestis: *Πεστεμάλι τοῦ λουτροῦ ἀπὸ χονδρόπανον*, gallice *vêtement de bain en étoffe grossière*.

Ejusdem l. 10, ad dextr.: Liquore *palladio*; græce est *παλλάδιος*; *Palladis* nempe seu *Minervæ* oleum, quo liquore perungi solebant lavantes juxta et athleteæ.

Ejusdem l. 20, ad dextr.: *Ad* suos ait; græce, πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ εἶπε.

Ejusdem l. 23, ad dextr.: Accepto *ceromate*; græce est *κηρώματος*. *Κήρωμα*, πᾶν ὅτι εἶνε καυμὸν ἀπὸ ἡ ἀλειμμένον μὲ κηρί, quale est, plus minus, apud nos τὸ *cérat*.

Pag. 615 l. 26, ad sin.: Misereberis *illi*; sicut vulgatissimum τὸ miserere *nobis*, referatur ad græcismum *συμπαθεῖν αὐτῶ*.

Ejusdem l. 15, ad dextr.: Scies *quare*; sic vertitur γνώσει ὅτι.

Pag. 616 l. 7, ad sin.: Jubet eum *cæta* digna requiescere. Sub hoc *cæta* latitat, veriusve emergit τὸ *κοίτη*, dorice *κοίτα*.

Ejusdem l. 22, ad sin.: Juro *quia*; versio est juncturæ ὤμοσα ὅτι.

Ejusdem l. 41, ad sin.: *Potentibus nobis... nos* crucias; hic schema est compositionis, usurpatissimum apud Græcos, quibus *Ἀνακολούθια* vulgo appellatur.

Ejusdem l. 35, ad dextr.: *Naufragium passus es*; ut apud Græcos, apertissima illa translatio, *εὐπλοίας τυχεῖν*, Soph. Œdip. Tyr. v. 431, significabat τὸ rem bene gessisse, ita τὸ *ναυαγεῖν* de his erat in usu, quibus res minus fauste cesserat. In nostra etiam Gallorum lingua invaluit, simili prorsus sententia, mos vocis illius æquæ, *réussir*; Italus est *riuscire*, quasi rursus uscire,

denuo in ostium ire, seu portum ingredi, surgit aut port, *aboutir*. Rursus per τὸ *échouer* non modo innuimus *naufragium pati*, sed etiam inanem ubivis operam *navare*, incassum cuilibet incumbere *remo*, nequidquam e quacunque navi inimicum imbrem *exantllare*.

Paginæ 617 linea 3 habet, ad sinistram: Dixi vobis *quod*; sic vertitur ὅμῃν εἶπον ὅτι.

Paginæ 618 linea 19 habet, ad dextram: Astutiam et *apodixin*; græce est *ἀπόδειξιν*, quæ vox hoc loco idem valet atque τὸ *κατόρθωσιν*.

Paginæ 619 linea 29, ad sin.: *Sine solo* patria; ingeniose designatur *pontus*, cui apud Græcos nomen adjicitur *ἄπατος*, ἀτρύγητος.

Paginæ 620 linea 29, ad sin.: *Villicus aporiatus*; accipe *ἄπορος*, seu inops consilii, egenus omnium.

Ejusdem l. 37, ad dextr.: *Amiante*, vade; quasi dicatur incorrupte, satiusve incorruptibilis; *Ἀμιάντος* a *μαίανω*.

Paginæ 621 linea 47, ad dextr.: Confiteor *quod*; græce est ὠμολόγησα ὅτι.

Sequentis paginæ linea 20 habet, ad sinistram: Crede *quia*; *πίστευσον ὅτι*.

Pag. 622 l. 6, ad sin.: *Abremovit* barbam; binæ hic *προθέσεις* *ab* et *re*, unde insolentius conflatur vox *abremovit*, memoriam tibi refricent τοῦ ὑπεξαίρωμαι, in quo sic dividas licet: ὑπὸ-ἐξ-αίρωμαι.

Paginæ 623 linea 6, ad sin.: Disce *quod*; μάθησον ὅτι.

Ejusdem l. 15, ad sin.: Spero enim *quia*; ἐλπίζω γὰρ ὅτι.

Paginæ 627 linea 45 habet, ad dextram: Hic est *paranymphus* meus; scite admodum Apollonius vetulum piscatorem qui eum tanquam deduxit ad sponsam, vocat τὸν αὐτοῦ *παράνυμφον*, puta amasio συνοδεύοντα εἰς τῆς νύμφης, ut qui ad nuptiarum curam genero adjungatur.

B.

Jam attendas velim plurimas quæ secuturæ sunt voces, ob insolentiam significandi.

Paginæ 611 linea 7 habet, ad sinistram manum: Cum magnitudine *pollicitationis* currebant; quo in loco τὸ *pollicitationis* idem sonat quod apud nos τὸ *dot* (sponsalia). Nam a viris olim dos mulieribus, non a mulieribus, ut nunc increbruit, viris afferebatur.

Pag. 615 l. 1, ad sin.: Infertur *gustatio*; gallice est *le goûter*; τὸ πρόγευμα.

Ejusdem l. 4, ad sin.: *Ministeria* intuens; gallice est *les services de table*.

Ejusdem l. 18, ad dextr.: Induit *statum*; gallice est *un costume*.

Ejusdem l. 37, ad dextr.: *Argenti pondera* XL; XL *livres d'argent*.

Pag. 617 l. 22, ad dextr.: Data *profectoria*; supple vocem epistola seu charta, et ambas intellege *passe-port*.

Ejusdem l. 46, ad dextr.: *Chartis* plumbeis; accipe hic *feuilles de plomb*, ut dicunt *feuilles de toile*.

Pag. 619 l. 19, ad sin.: Reversa de *auditorio*, græce est

ἀκροατήριον, gallice *l'école*, audiendi nimirum locus. Pag. 620 l. 23, ad dextr.: Intrat in *salutatorium*; gallice est *le parloir*.

Pag. 621 l. 17, ad sin.: Quomodo tecum *novicia*? Verba quemadmodum ficta modo dixeris novicia, sic interpreti nostro novicia nuncupatur, puella gallice *ouvellement débarquée*. Inde etiam τὸ *une novice* ou Agnès apud nos originem duxit.

Pag. 622 l. 38, ad dextr.: *Causam* tam vilem inter nos non invenisti quam me; τὸ *causam* attendas, quæso; siquidem hic idem sonat atque *creaturam*, gallice *un être*; et apud Italos parce deductum est in vocem *cosa*, quæ genuit τὸ *chose*.

Pag. 623 l. 28, ad sin.: Est enim *scholastica* et suavissimi sermonis; hic *scholastica* idem est atque literata, exculta, erudita, ut sonat apud Anglos τὸ *Scholar*. Scholastica igitur, latum mare, distat a græco σχολαστικός, stolidus nempe ac stupidus in nugis et quisquilliis.

Ejusdem l. 38, ad sin.: Hæc est *pietatis causa*; c'est là une *chose* pieuse, une *Œuvre de charité*. Nam τὸ *charitas*, id est nostra christianorum pietas, nomen obtinet, non, ut placebat nudius tertius probatissimo scriptori, a Tullianis illis *carus* et *caritas*, quibus videlicet manifestiori et arctiori necessitudine consentiunt caro, carnalitas et gallice *chère*, chair et *caresser*, sed a græco χάριτος, χάρις. Unde fit ut nobis, quotquot gentilitati non inservimus, per h representari oporteat charus et charitas. Næ, iterum atque iterum sit dictum, Charitas nobis defluxit a χάριω, gaudere; et ideo duplex significat gaudium, quorum est unum dantis, alterum accipientis. Quid luculentius addam? Χάρις, ubi gaudium est τοῦ δίδόντος, peculiari vocabulo dicitur etiam εὐεργεσία; sed χάρις, si gaudium est τοῦ λαμβάνοντος, nomen accrescit εὐγνωμοσύνη. Sic utrimque subest gaudium, puta utrimque spirat et viget *charitas*, cujus spuriam, non germanam, sororem si qui impensius laudant et attollunt caritatem, ipsi viderint, nec ipsis unquam vel minimum ab ea dolerit.

Pag. 625 l. 26, ad dextr.: Ad forum *abauris* ducitur; τὸ *abauris* aureum verbum est, etsi fictum nuper et noviciis annumerandum. *Abauris* autem, græce ἄωτος (sans oreilles), mire prorsus nostro consonat *essorillé*, cujus e visceribus mihi sane, non dieam libet, sed licet extrahere singula é-aurillé, é-s-orillé, jam, ubi de more Italorum consonans erit duplicata, *essorillé*. Permultis abhinc annis in Gallia sic vocabantur homines pessimi, quibus δῆμος; carnifex aures avulserat in foro dicto, non sine causa, *le guillori*, quasi *arrache-oreilles*, juxta fidem ipsarum verbi radicem: *guille* (avellere, ducitur, ut de William fit Guillaume et vice versa) atque *ori*, latine, auri, auris.

Paginæ 627 linea 7 habet, ad dextram: *Depost*; mediæ et infimæ latinitatibus est τὸ *depost*, italice *dapoi*, gallice *de-puis*.

F.

En tibi denique multæ prodibunt voces, ob negligentiam incuriamve dignæ quæ notentur.

Paginæ 616 linea 31 habet, ad sin.: In valetudinem *incurrisse*; obsoleta vox *incurrisse*, nisi Catonis linguam et Euniam oculitus, ad communem et usitatam *incurrisse* tibi strenue recidatur, qualis legitur in linea 19 paginæ 619, ad sinistram manum.

Paginæ 618 linea 29, ad dextr.: Adoptavit eam *ut* filiam suam; auctor sim demas τὸ *ut*, per quod solœcizatur. Ejusdem paginæ linea 40, ad dextr.: *In* amissa deflebam *conjuge*.

Ejusdem l. 40, ad dextr.: *In* reservata mihi filia consolabar; hoc minus latine expressum, si libet emendari, sat erit expungas τὸ *in*.

Pag. 619 l. 35, ad sin.: Haberet *ad* obsequium; pessimæ latinitatibus est *habere ad*; et *obsequias* anteposuerim τῷ barbaro isti, certe longe aliud sonanti, *obsequium*, *cultum* nempe et *observantiam*.

Ejusdem l. 11, ad dextr.: *Nutrix* in gremio puellæ deposuit spiritum; displicet sane, fatebor enim, *nutrix* in gremio puellæ; nam aliter sese res habet ubique gentium et temporum. Siquidem gremium est matris seu nutricis, genibus et intra sinus vestis exterioris (gallice *giron*) alumnium refoventis; sed, melhercle, gremium nusquam nec unquam fuit aut erit puellulæ vetulam et jam jam inorituram anum amplexantis.

Ejusdem l. 24 ad dextr.: Laudabant eam *vehementer*; τὸ *vehementer* junctum cum laudabant, explauseram, nisi vertisset τὸ *δεινῶς ἐπήνεσαν*.

Ejusdem l. 38, ad dextr.: De *medio nostri*; *Ædopol*, solœcismus iste defleri magis quam defendi potest.

Pag. 620 l. 23, ad dextr.: Perducitur *in* domum; τὸ *in* opipare solœcizantis est.

Pag. 621 lin. 13, ad sin.: *Ne* alicui narres, mendum est, loco τοῦ *ne* cui.

Ejusd. pag. lin. 40, ad dextr.: Ut vidit *a* longe; versio est mendosa, τοῦ adverbii πόρρωθεν, quasi πόρρω, et θεν cujus perperam τὸ *a* vicem explet.

Pag. 623 l. 4, ad dextr.: *Sordium* conscia non sum; τὸ *sordium* sit tibi pro spondeo, per schema συναλοιπήν aut κρᾶσιν.

Ejusdem l. 42, ad sin.: X sestertia *auri* et XX *aureos*; satius erat, mobile bis usurpari, aut bis fixum, hocce modo: sestertia *aurea* et nummos *aureos*, vel sestertia *auri*, *aurique* nummos.

Pag. 624 l. 11, ad sin.: *Oræ* semper vicina; eradendum duxi et commutandum ita τὸ ripe; ut pote cui, metrorum causa, nullus esset in versu locus.

Ejusdem l. 38, ad sin.: Flaminae per *tubulos* (*tubes* apud nos) surgunt; absurdum erat legi, ut habet MS., *tabulas*. Hic enim qui non virgula, sed τῷ *a* cadit, sensu cadat necesse est.

Ejusdem l. 17 ad dextr.: *Nulla* est peregrina; omisi τὸ iterum *mihî*, ut sex videlicet mensuris, *ne più ne meno*, fulclatur tanquam pedibus hexameter.

Pag. 625 l. 23, ad dextr.: Leno, *de quo* se vindicet; τῷ vindicare *se de* alqo. nonnihil sibi est solœcismi.

Ejusdem l. 31, ad dextr.: *Impediebatur loqui*; — latine forsitan?

Ejusdem l. 38, ad dextr.: *Ut* ergo *plenius*; præstiterit dixisse, *quo plenius*.

Mihi nunc, sub finem, liceat afferre in medium alia quaedam longe majora vocabula, quippe quæ plus factura sint ad reconditiorem nostri operis captum. Huc accedant igitur, inter alia:

E paginæ 613 linea 32, ad sin.: *Reverendissime*; quæ vox, græce σεβαστότατε, librarlo nostro et interpreti, cœnobiotæ (κοινοβιῶται) nimirum, multa recursabat scribentive aut enunciante.

E paginæ 620 linea 8, ad sin.: *Dominum* mihi testari et precari permittas; hic τὸ *Dominum* valet J. C. - D. N.

Ex ejusdem linea 49, ad dextr.: Per *Deum Vivum*; accipe hic eundem illum J. C. - D. N.

E paginæ 626 linea 35, ad sin.: Vidit in somno *Angelum*; christiani sane est viri angelum induci, et partes suas in opere sic mandari cœlesti cuidam nuncio, Γαβριὴλ sit aut frater ejus Παπαγγλ.

EROTICA

DE APOLLONIO TYRIO

FABULA.

CAP. I.

Fuit quidam rex in civitate Antiochia, nomine Antiochus. Habuit ex amissa conjugē filiam speciosissimam, in qua natura nihil erravit. Quæ cum ad nubilem pervenisset ætatem, et species pulchritudinis ei cresceret, multi eam in matrimonium postulabant, et cum magnitudine pollicitationis currebant*. Sed cum pater deliberaret cuidam potentissimo filiam suam in matrimonium dare, cogente iniqua libidinis flamma, incidit filiæ suæ amorem; cœpitque eam amplius diligere quam patrem oportebat. Qui, cum luctaretur cum furore, pugnabat cum dolore: pudor vincit amorem.

CAP. II.

Quadam die, luce prima vigilans, irrupit cubiculum filiæ suæ; famulos suos longius sequi jussit, quasi cum filia sua aliquod secretum colloquium haberet; et stimulante cupidinis igne, filiæ suæ nodum virginitatis erupit, perfectoque scelere evasit cubiculum filiæ suæ. Quæ, scelesti patris impietate polluta, cum vellet celare, in pavimento guttæ sanguinis ceciderunt. Et cum puella, quid faceret, cogitaret, nutrix ejus subintroivit. Quam ut vidit flebili vultu, hortata est et ait: Quid tibi vultus turbatur et animus? Puella ait: Chara nutrix, modo in hoc cubiculo duo nobilia nomina perierunt. Nutrix ait: Cur hoc dicis? Puella ait: Quia, ante legitimarum nuptiarum diem, sævo scelere violata sum. Nutrix ait: Et quis tanta audacia regis virginem, regni thorum, ausus est violare, nec timuit regem? Puella ait: Impietas fecit hoc scelus. Nu-

trix ait: Cur ergo non indicas patri tuo? Puella ait: Et ubi est pater? Si intelligis, nomen patris periit in me. Itaque, ne hoc pateat mei genitoris scelus, et patris macula in gentibus innotescat, mortem peto; mortis mihi remedium placet. Nutrix, ut audivit puellam mortis sibi remedium quærere, blandis sermonibus cohortata est, et colloquio revocavit ad vitam. Patris sui voluntati satisfacere conabatur.

CAP. III.

Inter hæc rex impiissimus, simulata mente, ostendebat se civibus suis pium genitorem. Intra domesticos vero parietes maritum se suæ filiæ lætabatur. Et, ut semper impie filia sua frueretur, ad expellendos petitores, novum genus nequitiae excogitavit. Quæstionem proponebat, dicens: Si quis vero quæstionis meæ solutionem invenerit, filiam meam in matrimonium accipiet; qui autem non invenerit, decollabitur. Jam plurimi undique reges, undique principes patriæ, propter incredibilem speciem puellæ, morti se proponebant. Et si quis, prudentia litterarum, quæstionis solutionem non invenisset, decollabatur; et caput ejus in portæ fastigio ponebatur, ut advenientes in imaginem mortis viderent*, et conturbarentur, ne ad talem conditionem accederent.

CAP. IV.

Sed, cum tantas crudelitates exerceret rex Antiochus, interposito brevi temporis spatio, quidam juvenis Tyrius, princeps patriæ suæ, locuples valde, Apollonius nomine, confidens in abundantia litterarum, navigans attingit Antio-

chiam; ingressusque ad regem salutavit: Ave, rex. Et ut vidit, rex quod videre nolebat, ad juvenem ait: Salvi sunt nupti parentes tui? Juvenis ait: Ultimam significaverunt diem. Rex ait: Ultimum nomen reliquerunt. Juvenis ait: Nam præterierunt dies suos. Rex ait: Ita est; et ait ita. Juvenis ait: Regis gener esse opto; in matrimonium filiam tuam peto. Rex, ut audivit quod audire nolebat, irato vultu respiciens juvenem, ait: Nosti filiae meae nuptiarum conditionem? Respondet: Novi; et ad portam civitatis vidi. — Quia quæstio conditionis in porta civitatis scripta erat. — Rex indignatus ait: Audi quia* ignora quæstionem. Scelere vehor; materna carne utor; quæro fratrem meum, matris meae virum, nec invenio. Juvenis, audita quæstione, paululum secessit a rege; et, dum scrutatur scientiam, luctatur eum sapientia. Favente Deo, invenit nodum quæstionis; et reversus, ait regi: Bone rex, proposuisti quæstionem; audi ejus solutionem. Quod dixisti scelere vehor, non es mentitus: te ipsum respice. Quod enim dixisti materna carne vescor, nec hoc es mentitus: filiam tuam intueri. Rex, ut audivit quæstionis solutionem juvenem exsolvisse, timens ne scelus suum patefieret, irato vultu eum respiciens ait: Longe es, juvenis, a quæstione mea; tu erras. Nihil dicis; decollari merueras; sed habeas XXX dierum spatium; recogita tecum, et cum reversus fueris et quæstionis meae solutionem inveneris, accipies filiam meam in matrimonium. Sin aliter, legem agnosces.

CAP. V.

Juvenis itaque conturbatus, accepto comitatu, navem ascendit, tendens in patriam suam Tyrum. Sed, post discessum Apollonii, rex Antiochus vocavit dispensatorem suum Thaliarchum, cui ait: Thaliarche, secretorum meorum fidelissime minister, scias quia* Tyrius Apollonius invenit quæstionis meae solutionem. Ascende ergo confestim navem ad persequendum juvenem. Et cum veneris Tyrum, quære inimicum ejus; qui ferro aut veneno interimat eum; et reversus cum fueris, statim libertatem accipies. Thaliarchus, assumens pecuniam simulque venenum secum, petiit patriam innocentis. Apollonius parvo tempore attigit patriam suam; et introiens domum suam, aptatoque scrinio codicillorum suo-

rum, cum non invenisset aliud nisi quod cogitaverat, ait ad semetipsum: Quid agis, Apolloni? Quæstionem regis solvisti, filiam ejus non accepisti; ideoque dilatus es, ut neceris. Et exiens foras, naves multo frumento onerari præcepit. Sed multo pondere auri et argenti vestique copiosa et paucis comitantibus fidelissimis servis, hora noctis tertia, navem ascendit, tradiditque se alto pelago.

CAP. VI.

Altera die, in civitate sua quæritur et non invenitur. Fit mæror ingens, quod amantissimus princeps patriæ nusquam comparuit; sonat planctus per totam civitatem. Tantus vero circa eum civium amor erat, ut multo tempore tonsuræ cessarent, publica spectacula tollerentur, balnea clauderentur. Non templa neque tabernacula quisquam ingrediebatur. Et, dum hæc Tyri geruntur, supervenit Thaliarchus dispensator, qui ad necandum eum a rege missus fuerat. Et videns omnia clausa, ait cuidam puero: Si valeas, indica mihi quæ sit causa, quod civitas hæc in luctu moretur? Cui ait puer: Hominem improbum video, qui scit et interrogat; quis enim nescit? Ideo enim civitas hæc in luctu moratur, quod pater hujus, princeps Apollonius, ab Antiocho rege reversus, subito nusquam comparuit. Dispensator autem, ut vidit, gaudio plenus, rediit ad navem; et certa navigationis die pervenit Antiochiam; et ingressus ad regem ait: Lætare, domine mi rex; Apollonius, timens regni tui vires, nusquam comparuit. Rex ait: Fugere quidem potest, sed perfergere non potest. Continuo autem hujuscemodi edictum proposuit rex Antiochus, dicens: Quicumque Tyrium Apollonium, contemptorem regni mei, vivum exhibuerit, accipiet L talenta auri; qui vero caput ejus attulerit, centum accipiet. Hoc edicto proposito, non tantum inimici ejus, sed etiam amici ejus, cupiditate ducti, ad persequendum juvenem properabant. Quæritur ergo Apollonius per terram, per montes, per sylvas et per universas indagine, et non invenitur.

CAP. VII.

Tunc rex jussit classes navium preparari; sed moras facientibus, qui classi navium insistebant, jam Apollonius medium maris umbilicum tene-

bat, et respiciens ad eum, gubernator ait : Domine Apolloni, numquid de arte mea aliquid vereris? Respondit Apollonius : Ego quidem de arte tua non vereor ; sed de arte Antiochi regis vereor. Intra itaque interiora pelagi ; rex enim longam habet manum ; quod vult facere, perficiet ; et vereor ne me persequatur. Gubernator ait : Arma paranda nobis ; littus Tarsi, Tarsum petamus ; Tarsi est nobis ventus tranquillus. Apollonius ait : Eamus. Et sic, Deo gubernante, applicuit Apollonius.

CAP. VIII.

Et, dum ambularet in littore, visus est a quodam cive suo, Hellanico nomine, qui eodem supervenerat ; et accedens ad eum, Hellanicus ait : Ave, domine Apolloni. At ille, salutatus, fecit sicut, potens, consueverat facere : sprevit hominem. Et indignatus : Ave, inquit, Apolloni rex ; te saluto ; et despiciere noli paupertatem honestis moribus decoratam ; et audi forsitan quod nescis : Proscriptus es. Apollonius ait : Et patriæ principem quis potuit proscribere? Hellanicus ait : Rex Antiochus. Apollonius ait : Qua ex causa? Hellanicus ait : Quare, quod pater est, esse voluisti. Et quanti sum proscriptus? Hellanicus senex ait : Ut quicumque te vivum exhibuerit, accipiat L talenta auri ; si quis vero caput tuum ei obtulerit, centum accipiat. Itaque, moneo te, fuge ; præsidium manda. Dixit et sine mora discessit. Tunc jussit Apollonius rogatum senem revocari protinus ; et jussit centum talenta auri ei dari. Cui ait : Reverendissime *, exemplo pauperum accipe, quia mereris ; et puta te mihi caput a cervicibus amputasse, et pertulisse gaudium regi. Ecce habes pretium C talenta, et manus puras a sanguine innocentis. Cui senex ait : Absit, domine, ut hujus rei causa præmium accipiam. Apud enim bonos homines amicitia non comparatur pecunia, sed innocentia.

CAP. IX.

Et valedicens ei, recessit ; et respiciens Apollonius vidit ad se venientem notum sibi hominem, mæsto vultu, dolentem, nomine Strongulionem. Accessit ad eum et ait : Ave, Strongulionem. Accessit ad eum et ait : Ave, Strongulio. Et ille repondit : Ave, domine Apolloni. Quid itaque his in locis, turbata mente, moraris? Apollonius ait : Rex Antiochus expulit me a

regno, et proscriptionem meam C jussit, et ei se daturum quicumque meum caput ipsi obtulerit, eo quod filiam ejus, imo adulteram detexerim, quam quasi conjugem in matrimonium sumpsit. Et ob hoc, si fieri potest, in patria vestra volo latere. Strongulio ait : Domine Apolloni, civitas nostra parva est, et nobilitatem tuam non potest sustinere. Præterea duram famem, sævamque patimur sterilitatem annonæ ; nobis ulla spes salutis non est ; sed crudelissima mors ante oculos nostros est. Cui Apollonius ait : Strongulio, mi reverendissime, age ergo Deo gratias, quod me profugum finibus vestris applicuit. Dabo ergo civitati vestræ centum millia frumenti modiorum, si fugam meam celaveritis. Strongulio, ut audivit, prostratus pedibus, ait : Domine Apolloni, si esurienti civitati subvenieris, non solum fugam tuam celabunt ; sed, si necesse fuerit, pro salute tua gladio dimicabunt.

CAP. X.

Ascendit itaque Apollonius tribunal in foro ; et cunctis civibus præsentibus dixit : Cives Tarsi, quos annonæ caritas opprimit, ego Apollonius Tyrius replebo. Credo enim vos hujus beneficii memores, si fugam meam celaveritis. Scitote me legibus Antiochi regis esse fugatum ; sed, vestra fidelitate favente, huc sum directus. Dabo itaque centum millia modiorum, eo pretio quo sum in patria mea mercatus, singulos modios æreis VIII. Hoc itaque audito, cives Tarsi, qui modium singulis aureis mercabantur, hilares effecti, clamoribus gratias agentes, certatim frumenta portabant. Tunc Apollonius, ne, deposita regia dignitate, mercatoris magis quam donatoris partes videretur assumere, pretium quod accepit, civitatis utilitatibus redonavit. Cives vero tanta beneficia ejus ex ære collato repræsentarunt. Bigam enim in foro statuerunt, in qua stans, dextra manu fruges tenens, sinistro pede modium calcat ; et in basi ejus scripserunt : CIVITAS. TARSUS. TYRIO. APOLLONIO. DONVM. DEDIT. EO. QVOD. CIVITATEM. A. SEVA. FAME. LIBERAVERIT. LIBERALITATE. SVA.

CAP. XI.

Interpositis deinde mensibus paucis, adhortante Strongulionè et Dionysiade conjuge ejus, ad Pentapolitanorum marinam navigare propo-

suit, ut illic lateret, eo quod illic benignius agere affirmarent. Cum ingenti igitur honore a civibus deductus est ad mare; valedicens Apollonius omnibus, ascendit ratem. Sed tribus diebus noctibusque, ventis prosperis navigavit; subitoque mutata est pelagi fides. Concitata tempestas pulsat mare et sidera cœli. Tunc sibi unusquisque rapit tabulam, et mortem moratur. Et in tali caligine tempestatis perierunt universi. Apollonius solus, tabulæ beneficio, in Pentapolitanorum littora pulsus est. Stans vero Apollonius in littore nudus, et intuens tranquillum mare, ait : Neptune, fraudator hominum, deceptor innocentium, an, Antiocho rege crudelior, propter hoc me reservasti, ut inopem et egenum rex crudelissimus persequatur facilius? Quo itaque ibo? Quam partem petam? Aut quis ignotus dabit auxilium vitæ?

CAP. XII.

Et hæc ad semetipsum locutus, subito animadvertit, et vidit quemdam piscatorem, grandi sacco ac sordido tribonario * circumdatum. Et, cogente necessitate, prosternens se ad pedes hujus, profusisque lacrymis, ait : Miserere, quisquis es; nudo succurre et naufrago, non humilibus natalibus genito. Et ut scias cui * miseraris, ego sum Apollonius Tyrius, patriæ meæ princeps; aut in compositione es calamitatis meæ, qui modo genibus tuis provolutus, deprecor vitam. Piscator, ut vidit speciosum juvenem pedibus suis provolutum, misericordia motus, tenuit manum ejus, et duxit eum intra tectum paupertatis suæ, posuitque epulas quas habere potuit. Et, quo plenius pietati suæ satisfaceret, exiit se tribonario, et in duas partes incidit æquales; deditque unam juveni, dicens : Tolle quod habeo, et vade in civitatem; ibi forsitan qui misereatur tui invenies; et si non inveneris, huc revertere. Paupertas, quæcumque fuerit, sufficiet nobis; mecum piscaberis; illud tamen admoneo, ut, si quando, Deo favente, dignitati tuæ redditus fueris, ne despicias dimidium tribonarii mei. Apollonius ait : Si non memor fuero tui, iterum naufragium patiar, nec tui similem inveniam, qui mei misereatur. Et hæc dicens, per demonstratam sibi viam iter carpens, portas civitatis intravit.

CAP. XIII.

Et, dum secum cogitaret unde auxilium peteret vitæ suæ, prospiciens puerum nitidum per platanam currentem, oleo unctum, percinctum sabano *, ferentem lusus juveniles ad gymnasium pertinentes, maxima voce dicentem : Audite, cives; audite, peregrini, liberi et ingenui; abluui qui vult, gymnasium petat. Apollonius, hoc audito, exuens se tribonario, ingreditur lavacrum, utitur liquore palladio *; et dum, exercens, singulos intuetur, parem sibi quarit et non invenit, subito Archistratus, rex totius illius regionis, cum turba famulorum ingressus, dum cum servis lulum pilæ exerceret, volente Deo, misit se Apollonius regi. Et, cum currentem sustulit pilam, subtili velocitate percussam, ludenti remisit regi remissamque rursus velocitate percussit, nec cadere pilam passus est. Et notavit rex velocitatem juvenis; sed, quia sciebat se in pilæ lusu minime parem habere, ad * suos ait : Famuli, recedite a palladio; hic enim juvenis, ut suspicor, mihi comparandus est. Apollonius, ut audivit a rege laudari, constanter accessit ad regem; et accepto ceromate *, docta manu circumfricuit eum tanta subtilitate, ut multum ei proficeret. Deinde in solo gratissime fovit; et exeuntis manu officia reddidit, et discessit.

CAP. XIV.

Rex ad amicos suos, post discessum juvenis, ait : Juro per communionem salutis, amici, me nunquam melius lavisse quam hodie, beneficio nescio cujus adolescentis. Et respiciens ad unum de famulis, ait rex : Juvenis ille, qui mihi officium fecit, unde, quis est? Famulus vero secutus est juvenem; viditque cum sordido tribonario coopertum; et reversus ad regem, ait : Juvenis ille naufragus est. Rex ait : Tu, unde scis? Famulus ait : Illo tacente, habitus indicat. Rex ait : Vade celerius, et dic ei : Rogat te rex ad cœnam. Apollonius, ut auditum est, adquievit; et, reducente famulo, pervenit ad regem. Famulus vero, prius ingressus ad regem ait : Naufragus adest; sed abjecto habitu introire confunditur. Statim rex jussit eum dignis vestibus indui, et ingredi ad cœnam.

CAP. XV.

Ingressus itaque Apollonius triclinium, contra

regem, assignato loco, discubuit. Infertur gustatio *, deinde cœna regalis. Apollonius, cunctis epulantibus, non epulabatur; sed aurum, argentum, vestes immensas regis, ministeria * dum
 5 flens cum dolore intuetur, quidam senex invidus, juxta regem discumbens, vidit juvenem curiose singula respicientem, et ait regi: Bone rex, ecce homo cui tu benignitatem animi tui ostendisti, fortunæ tuæ invidus est. Rex ait:
 10 Male suspicaris; nam juvenis iste non invidet; sed plurima se perdidisse testatur. Tunc rex, hilari vultu respiciens Apollonium, ait: Juvenis, epulare nobiscum, et meliora de Deo spera.

CAP. XVI.

15 Et, cum hortaretur juvenem, introivit filia regis, jam adulta virgo, et dedit osculum patri, deinde discumbentibus amicis. Quæ, dum singulos oscularetur, pervenit ad naufragum et rediit ad patrem, et ait: Bone rex et pater optime, quis est ille juvenis qui, contra te, honorato discumbit loco, et flebili vultu nescio quid dolet? Rex ait: Is in gymnasio mihi gratissime officium fecit; propterea illum ad cœnam rogavi; quis autem, aut unde sit, nescio. Sed si scire vis, interroga illum; decet ejus te omnia scire; forsitan,
 20 cum cognoveris unde sit, misereberis illi *. Hortante itaque patre, puella pervenit ad juvenem; et verecundo sermone sic aggreditur eum, dicens: Licet taciturnitas tua sit tristior, generositas tamen nobilitatem ostendit. Si vero molestum
 30 non est, indica mihi nomen et casus tuos, Apollonius ait: Si nomen quæreris, Apollonius; si opes, in mari perdidisti; si vero nobilitatem, Tyri reliqui, ultra Tarsum. Puella ait: Apertius mihi indica, ut intelligam. At ille universos casus
 35 suos exposuit; finitoque sermonis colloquio, fundere lacrymas cœpit. Quem ut vidit rex flentem, respiciens filiam suam, ait: Nata dulcis, peccasti; quia, dum nomen et casus scire voluisti adolescentis, veteres ei renovasti dolores. Peto
 40 itaque, dulcis filia, ut quidquid volueris, juveni dones. Puella, ut audivit a patre suo sibi ultro promissum, quod ipsa præstare volebat, respiciens juvenem, ait: Apolloni, jam noster es; depone mœrorem, et, quia patris mei indulgentia permittit, locupletabo te. Apollonius cum
 45 gemitu et verecundia gratias egit. Rex, gavisus ob tantam filiae suæ benignitatem, sic ait ad eam:

Nata dulcissima, sine salvum habeas; defer tibi lyram, et aufer juveni dolorem, et exhilara convivium.

CAP. XVII.

Puella vero jussit sibi deferri lyram; et, ubi accepit, cum omni dulcedine vocis chordarum
 5 miscuit sonos. Omnes laudare cœperunt et dicere: Non potest melius, non potest dulcius aliquis sonare. Apollonius vero tacebat. Rex ait: Apolloni, non bonam rem facis; omnes filiam meam in arte musica laudant; tu solus tacendo vitu-
 10 peras. Apollonius ait: Bone rex, si permittis, dicam quod sentio. Filia tua in artem musicam modo incedit; nondum didicit. Denique jube mihi tradi lyram, et scies quare * nescit filia tua. Rex Archistratus ait: Apolloni, intelligo te in
 15 omnibus esse locupletem; et jussit ei tradi lyram. Et egressus foras Apollonius induit statum*; et corona caput decoravit, et accipiens lyram, introivit triclinium. Et ita stetit, ut eum non Apollonium, sed Apollinem existimarent.
 20 Atque ita, silentio facto, arripit plectrum, animumque arti accommodat. Miscetur vox cantus modulata cum chordis; et discumbentes una cum rege, magna voce, laudare cœperunt. Post hæc, deponens lyram, induit statum comicum, et
 25 inauditas actiones expressit, atque mirabiliter placuit. Deinde induit tragicum, et nihilominus mirabiliter placet. Puella, ut vidit juvenem omnium studiorum arte cumulatam, incidit amo-
 30 rem ejus; finitoque convivio, puella respiciens patrem, ait: Chare genitor, promiseras mihi paululo ante, ut quidquid voluissem, de tuo, Apollonio darem. Rex ait: Et promiseram et promitto. Puella, intuens Apollonium ait: Apol-
 35 loni, magister, accipe ex indulgentia patris mei auri talenta CC, argenti pondera * quadraginta, vestem copiosam, et servos XX. Et ad famulos ait: Afferte, præsentibus amicis, quod Apollonio magistro meo promisi, et in triclinio ponite. Et, jussu reginæ, allata sunt omnia. Laudant
 40 omnes liberalitatem puellæ; peracto convivio, levaverunt se omnes; et valedicentes regi et reginæ, discesserunt. Ipse quoque Apollonius ait: Bone rex, miserorum misericors, et tu, regina amatrix studiorum, valete. Et respiciens ad
 45 famulos, quos illi regina donaverat, ait: Tollite, famuli, hæc quæ regina donavit; eamus et hospitalia quæramus.

CAP. XVIII.

Puella, timens ne amatum suum non videret, respexit ad patrem, et ait: Bone rex et pater optime, placet tibi ut Apollonius, hodie a nobis locupletatus, abscedat; et quod illi donasti, malis hominibus rapiatur? Rex ait: Benedicis dicens, dulcis filia; et confestim jubet cum cœta * digna requiescere. Sed puella Archistrati, amore incensa, inquietam habuit noctem; vigeatque in pectore vulnus; verba, cantusque retinet Apollonii, et sonos veri amoris. Vigilans ergo prima luce, irrupit cubiculum patris sui, seditque supra thorum ejus. Pater, ut vidit filiam suam, ait: Nata dulcis, quid est quod præter consuetudinem tuam vigilasti? Puella ait: Hesternæ studia me excitaverunt. Peto itaque, pater charissime, ut me hospiti nostro, studiorum gratia, tradas. Rex gaudio plenus jussit ad se venire juvenem. Cui ait: O Apolloni, studiorum tuorum felicitatem filia mea a te discere concupiscit. Itaque, si desiderium natæ meæ adimpleveris, juro per regni mei vitam quia *, quidquid tibi mare abstulit, ego tibi restituam in terris. Apollonius, hoc audito, cœpit docere puellam sicut ipse didicerat.

CAP. XIX.

Interposito autem brevi tempore, cum non posset puella ratione ulla amoris sui vulnus tolerare, simulata infirmitate, cœpit jacere. Rex autem, ut vidit filiam suam subitanam in valetudinem incucurrisse *, sollicitus, adhibuit medicos. At illi, tentantes venas, tangunt singulas partes corporis; sed ægritudinis nullas causas inveniunt. Rex, post paucos dies, tenens Apollonii manum, forum civitatis ingreditur. Et dum cum eo deambularet, ecce juvenes nobilissimi tres qui, per longum tempus, filiam ejus in matrimonium petierant, una voce salutaverunt regem. Quos ut vidit, rex subridens ait: Quid est quod una voce me pariter salutastis? Unus ex illis ait: Petentibus nobis * filiam tuam in matrimonium, sæpius nos differendo crucias; propter quod hodie simul venimus, locupletes, bonis natalibus geniti. Itaque de tribus unum elige, quem vis habere generum. Et rex ait: Non apto tempore interpellastis; filia enim mea studiis vacat, et præ amore studiorum imbecillis jacet. Sed ne videar vos sæpius differre, scribite in codicillis nomina vestra, et dotis quantitatem. Rex, acce-

ptis codicillis, annulo sigillavit; et dedit Apollonio, dicens: Sine, hos codicillos perfer discipulæ tuæ. Hic enim locus te desiderat.

CAP. XX.

Apollonius, codicillis acceptis, petiit domum regiam, et introivit cubiculum. Puella, ut vidit quem diligebat, ait: O magister, quid est quod singularis cubiculum introivisti? Apollonius ait: Domina, sume hos codicillos, quos pater tuus tibi transmisit, et lege. Puella, acceptis codicillis, legit tria nomina petitorum; sed non elegit ejus quem volebat. Lectis itaque codicillis, et respiciens Apollonium, ait puella: Magister, non te dolet quod ego nubo? Apollonius ait: Imo et gratulor quod, abundantia litterarum, et studiorum percepta disciplina, me volente nubis. Puella ait: Magister, si me amares, doleres. Et hæc dicens, tanti amoris audacia scripsit; et signatos codicillos juveni tradidit, isque pertulit in forum et tradidit regi. Scripsit ei sic: Bone rex et pater optime, quoniam clementiæ tuæ indulgentia permittit mihi ut rescribam, nunc rescribo. Illum volo conjugem, qui naufragium passus est, et a fortuna deceptus est in mari. Et, ne mireris quod pudica virgo tam impudenter scripserim, quod præ pudore narrare non potui, id per eeram mandavi, quæ pudorem non habet.

CAP. XXI.

Et rex, perlectis codicillis, ignorabat de quo naufrago diceret; et, respiciens tres juvenes, ait: Quis vestrum naufragium passus est? Unus ex illis, nomine Andronius, ait: Ego. Alius ait illi: Tace; in morbo te consumas; nec sanus sis, nec salvus. Mecum litteras didicisti; portas civitatis nusquam, sine me, existi: naufragium * ergo passus es. Rex, cum invenisset quæ naufragium diceret, respiciens Apollonium, ait: Tolle hos codicillos et lege; potest enim fieri ut, quod non intelligo, tu intelligas, qui interfuisti. Apollonius, acceptis codicillis, velociter pertransiit; et, cum sensit se amari, erubuit. Rex apprehendit Apollonii manum, paululumque ab illis discedens, ait: Apolloni, invenisti naufragum? Bone rex, inquit Apollonius, si permittis ut dicam, inveni. Et, his dictis, rex vidit faciem ejus roseo rubore perfusam et erubescens; intellexit dictum, et ait: Gaudio

sum plenus, Apolloni; et quod filia mea cupit, mea voluntas est. Et respiciens ad juvenes illos, ait: Certe dixi vobis quod * non apto tempore interpellastis. Sed cum tempus nubendi adven-
 5 rit filiae meae, mittam ad vos; et dimisit eos a se. Ipse apprehendens Apollonii manum, non jam ut hospitis, sed ut generi, introvit in domum reginae.

CAP. XXII.

10 Et, relicto Apollonio, intrat rex solus ad filiam suam, et ait: Nata dulcis, quem tibi conjugem elegisti? Puella vero prostravit se pedibus sui patris, et ait: Pater piissime, quia cupis audire desiderium filiae tuae, amo naufragum, a fortuna
 15 deceptum; sed ne pietatem tuam ambiguitate sermonum detineam, Tyrium praecceptorem meum; cui si me non tradideris, perdes filiam tuam. Rex vero, filiae suae lacrymas sustinere non valens, motus pietate, ait ad eam: Ego, dulcissima filia, amando factus sum pater. Diem ergo nuptiarum sine mora statuam. Postera vero die, vocavit amicos urbium vicinarum ditionis regni sui, et potentes; quibus convenientibus ait: Amici, quare vos vocaverim in unum, discite.
 25 Sciatis filiam meam velle nubere Apollonio praecptori suo. Peto itaque ut omnium laetitia sit, quod filia mea virum prudentem sortita est. Et haec dicens, diem nuptiarum indicit. Numerantur dies; convivia proluxa tenduntur, et celebrantur
 30 nuptiae regiae dignitatis. Ingens inter conjuges amor vivo affectu; incomparabilis dilectio, inaudita laetitia.

CAP. XXIII.

Interpositis autem diebus et mensibus, puella
 35 cum haberet ventriculum deformatum, sexto mense, aestivo tempore, dum spatiantur in littore, vident navem speciosissimam; et dum eam mirantur, laudant. Agnovit eam Apollonius esse de patria sua; et conversus ad gubernatorem, ait: Dic mihi, si vales, unde venias. Et gubernator
 40 ait: Tyro. Apollonius ait: Patriam meam nominasti. Gubernator ait: Ergo Tyrius es tu? Apollonius ait: Tu dixisti. Gubernator ait: Noveras aliquem principem illius patriae? Apollonius ait: Quemdam me ipsum. Gubernator
 45 ait: Sicubi illum videris, dic illi: Laetare et gaude. Rex enim Antiochus, fulmine percussus, arsit cum filia sua. Opes igitur regiae et regnum

Antiochiae Apollonio reservantur. Apollonius, his auditis, gaudio plenus, respiciens conjugem suam, ait: Quod aliquando naufrago credidisti, modo comprobas. Peto itaque, chara conjux, ut permittas me ad regnum percipiendum ambulare.
 5 Puella, ut audivit, profusis lacrymis, ait: Rare conjux, si in longo itinere esses, ad partum meum festinare debueras. Nunc autem, cum sis praesens, disponis me derelinquere? Sed si jubes, pariter navigemus. Et pervenit ad patrem suum, et ait: Chare genitor, laetare et gaude. Rex enim Antiochus periit. Dum enim concubuit cum filia sua, Deus percussit eum fulmine. Opes autem regni et diadema conjugum meo reservantur. Per-
 15 mitte ergo ut navigem cum eo; et libentius me permittas: unam dimittis, recipies duas.

CAP. XXIV.

Rex exhilaratus jussit navem produci in littus, et omnibus bonis impleri. Praeterea nutricem ejus, Lycoridem nomine, et obstetricem peritis-
 20 simam, propter partum ejus, simul navigare praecipit. Et, data profectoria*, deduxit eos ad littus; osculatus est filiam et generum, et ventum prosperum optabat. Et ascenderunt navem cum multa familia, multoque apparatu. Vento
 25 itaque flante, se commiserunt alto pelago. Qui dum, per aliquot dies, variis ventorum flatibus jactantur, septima contingente luce, enixa est puella, saevo ore ventorum flantium congelato sanguine, conclusoque spiritu, defunctae reprae-
 30 sentans effigiem. Subito exclamavit familia; cucurrit Apollonius, et vidit conjugem suam exanimem jacentem. Scindit a pectore vestem; unguibus primas adolescentiae genas discerpit, et lacrymas fundit, jactans se super caput ejus,
 35 et ait: Chara conjux, et Archistrati regis unica filia, quid dicam regi patri tuo, qui me naufragum suscepit? cum haec et similia diceret, introvit ad eum gubernator, et ait: Domine, tu quidem pie facis, sed navis mortuum non suffert. Jube
 40 ergo corpus in pelagum mitti. Apollonius ait, indignatus: Quid narras, pessime homo? Hoc vobis placet, ut corpus istud in pelagum mittam, quod me suscepit naufragum et peregrinum? Inter haec vocavit fabros navales, et jubet aptari
 45 tabulas, et fieri loculum amplissimum, chartis* plumbeis circumdari foramina, et rimas diligenter picari praecipit. Quo facto, regalibus arna-

mentis decoratam puellam in loculo composuit cum multo fletu, deditque osculum. CC. XX sestertia auri subter caput ejus posuit, et codicillos scripsit. Deinde jussit infantem diligenter
 5 nutriri, ut vel in malis haberet jucundum solatium, et pro filia vel neptem ostenderet regi. Et sic jussit in mare mitti loculum. Cum magno igitur luctu et clamore missum est a familia.

CAP. XXV.

Tertia vero die, jactum est in littus Ephesiorum, non longe a prædio cujusdam medici, nomine Ceramonis*. Qui die illa, ambulans in litore, vidit loculum fluctibus expulsum, jacentem in ripa. Et ait discipulis suis: Tollite cum diligentia loculum istum, et ad villam proferte;
 15 et ita fecerunt. Medicus vero leviter aperuit, et vidit puellam regalibus ornamentis decoratam, et speciosam valde et falsa morte occupatam. Et stupens ait: Quas putamus lacrymas hanc puellam parentibus reliquisse? Et videns sub capite ejus
 20 pecuniam positam, et codicillos scriptos, ait: Videamus quid desideret dolor. Quos cum resignasset, invenit scriptum ita: Quicumque hunc loculum inveneris, habebis XX sestertia auri. Peto itaque ut dimidiam partem habeas, dimidiam vero funeri eroges. Hoc enim corpus multas
 25 reliquit lacrymas. Quod si aliud feceris quam dolor desiderat, ultimus tuorum decedas; nec sit qui corpus tuum sepulturæ commendet. Perlectis vero codicillis, ad famulos ait: Præstemus corpori quod dolor imperat; juro autem per spem vitæ meæ me amplius erogaturum in hoc funere. Et jubet instrui rogam. Dum ergo sollicite rogam instruit, supervenit discipulus medici, aspectu
 30 adolescens, sed ingenio senex. Hic, cum vidisset corpus speciosum super rogam positum, ait: Magister, hoc novum funus. Ceramo ait: Bene venisti hac hora; te exspectavi. Tolle ergo ampullam unguenti; et quod supremum est defunctæ beneficium, superinfunde sepulturæ. Et perveniens juvenis ad corpus puellæ, detrahit a pectore vestes, fundit unguenti liquorem per artificium; artificiosa manu tractat; præcordia sentit, tentat tepidum corpus, et obstupuit. Palpat venas et indicia rimatur narium, labia labiis probat,
 45 sentit spiramento gracilem vitam cum morte luctantem, et ait famulis suis: Supponite faculas per quatuor angulos lentas. Quibus suppositis,

puella teporata; coagulatus sanguis liquefactus est. Quod ut vidit juvenis, ait magistro suo: Magister, peccasti. Nam hæc quam putas mortuam, vivit; et faculas, ut facilius credas, ego illi statim adhibebo; viribus spiritum clausum patefaciam. Et, his dictis, pertulit puellam in cubiculum, et posuit in lectum suum, et calefecit oleum, et madefecit lanam, funditque super pectus puellæ. Sanguis qui intus frigore coagulatus fuerat, accepto tepore, liquefactus est; et cœpit
 10 spiritus perclusus per medullas discurrere. Venis itaque patefactis, aperuit oculos, et recepit spiritum, quem jam perdiderat. Leni et balbutienti sermone ait: Rogo te, quisquis es, ne contingas aliter quam contingi oportet regis
 15 filiam et regis uxorem. Juvenis, ut vidit quod magister suus fallebat, quod in arte non vidit, gaudio plenus, vadit ad magistrum suum et ait: Veni, magister, et accipe discipuli tui astutiam et apodixin*. Et, ut vidit puellam vivam quam
 20 putabat mortuam, respiciens discipulum suum, ait: Amo curam et prudentiam tuam; probo artem, laudo diligentiam; et audi, discipule. Nolo te artis beneficium existimes perdidisse; accipe pecuniam; hæc enim puella multam
 25 pecuniam in meas ædes pertulit secum. Et jussit salubribus cibus vesci, et fomentis recreari. Sed, post paucos dies, ut cognovit eam regio genere ortam, adhibitis amicis, adoptavit eam ut* filiam suam. Rogat autem cum lacrymis ne ab
 30 aliquo contaminetur; inter sacerdotes Dianæ feminam cum feminis misit. Ibi omne genus castitatis inviolabiliter observatur.

CAP. XXVI.

Inter hæc Apollonius, cum ingenti luctu, gubernante Deo, applicuit Tarso, et descendit
 35 rate, et petiit domum Strongulionis et Dionysiadis. Quos cum salutasset, omnes casus suos cœpit exponere illis dolenter. Quantum, inquit, in* amissa conjugē flebam, tantum in* reservata mihi filia consolabar. Tunc Apollonius, intuens
 40 Strongulionem et conjugem ejus Dionysiadem, ait: Sanctissimi hospites, post amissam conjugem charam, mihi reservatum regnum recipere nolo, neque ad socerum reverti, cujus in mari perdidit filiam; sed potius agam mercatoris opera.
 45 Commendo itaque vobis filiam meam, ut eum filia vestra Philothemia nutriatur; quam ut bono et

simplici animo suscipiatis peto, et ut nomine patriæ vestræ cognominetis Tarsiam. Præterea nutricem uxoris meæ, nomine Lycoridem, quæ cura sua custodiat puellam, vobis relinquo.
 5 Hæc ut dixit, tradidit infantem, deditque aurum multum et argentum, ac vestes pretiosissimas; et juravit se non barbam nec capillos capitis nec unguis detonsurum, nisi prius filiam suam nuptui traderet. At illi stupentes quod tali sacramento se obligasset, cum magna fide se puellam educaturos promittunt. Apollonius vero, commendata filia, navem ascendit; alta pelagi subiit, ignotasque et longinquas petiit Ægypti regiones.

CAP. XXVII.

15 Interea puella Tarsia, ut facta est quinquennis, traditur scholis; deinde studiis liberalibus vacat, una cum filia eorum Philothemia. Cumque ad quatuordecim annos pervenisset, reversa de auditorio*, invenit nutricem suam Lycoridem subitaneam valetudinem incurrisse. Et sedens juxta eam super thorum, casus infirmitatis ejus exquirat; cui nutrix ait: Audi, domina, morientis amicula verba suprema, pectorique tuo commenda; et dixit: Domina Tarsia, quis tibi pater, aut mater atque patria? Puella ait: Patria, Tarsus; Strongulio, pater; Dionysias, mater. Nutrix cum gemitu ait: Audi, domina Tarsia, natalium tuorum originem, ut scias quid post mortem meam agere debeas. Tibi, sine solo* patria; mater, Archistrati regis filia. Quæ, cum te enixa esset, statim percluso spiritu, ultimam vitam finivit diem; et eam pater tuus Apollonius, effecto loculo, cum ornamentis regalibus et XX sestertiis auri, in mare misit, ut quocumque fuisset
 35 delata, haberet* in supremis ad obsequium funeris sui; quo delata itaque sit, ipsa sibi testis est navis. Nam rex Apollonius Tyrius pater tuus, amissam conjugem lugens, te in cunabulis posuit. Quo tantum solatio recreatus, applicuit
 40 Tarso; commendavitque te cum magna pecunia vesteque copiosa Strongulioni et Dionysiadi uxori ejus, hospitibus suis; notum faciens barbam capillosque capitis et unguis non detonsurum, nisi te prius nuptui traderet. Cum suis igitur ascendit
 45 ratem; et, ut ad nubiles tuos annos annua vota persolvat, se remeaturum esse promittit. Sed pater tuus, qui tanto tempore nec scripsit, nec salutis suæ nuntios misit, forsitan periit. Nunc ergo

meone te, ne, casu aliquo, hospites tui, quos tu parentes appellas, tibi aliquam injuriam faciant. Pergas ad forum, ibique invenias statuam patris tui in biga stantem; ascende in eam, et statuam ipsius comprehendere, et casus tuos desuper omnibus expone; et cives, memores patris tui, injuriam tuam vindicabunt. Puella ait: Chara nutrix, si prius senectuti tuæ aliquid naturaliter accidisset, quam hæc referres, ego originem natalium meorum nescivissem. Et, cum hæc diceret, nutrix in
 10 gremio* puellæ deposuit spiritum. Exclamavit virgo; cucurrit familia, et corpus nutricis sepelitur; et, jubente Tarsia, in littore monumentum ejus fabricatum est. Et, post paucos dies, puella, deposito luctu, rediit ad studia liberalia; et,
 15 reversa de auditorio, non prius cibum sumebat, quam nutricis suæ monumentum visitaret; et ferens ampullam vini ingrediebatur, et ibi manes parentum suorum invocabat.

CAP. XXVIII.

20

Dum hæc aguntur, quadam feriata die, Dionysias cum filia sua et cum Tarsia per publicam transibat viam. Et videntes cives Tarsiam speciosam, et ornatam melius, laudabant eam vehementer*; et omnes dicebant: Felix pater, cui
 25 Tarsia filia est! Illa autem, quæ adhæret lateri ejus, turpis est, et dedecus. Dionysias, ut audivit Tarsiam laudari, et filiam suam vituperari, conversa in furorem, et singula secum cogitans, ait: Pater ejus, ex quo hinc profectus est, anni
 30 sunt XV; et non venit ad recipiendam filiam suam; credo mortuum esse; aut in pelago periit, et nutrix ejus mortua est. Neminem habeo æmulum; tollam hanc de medio, et ornamentis ejus filiam meam ornabo. Et jussit venire villicum suburbanum, nomine Theophilum. Quæ ait:
 35 Theophile, si vis libertatem accipere, Tarsiam tolle de medio nostri*. Villicus ait: Quid peccavit innocens virgo? Et scelerata mulier ait: Negare mihi non potes; fac quod jubeo; sin aliter, me
 40 senties iratam. Interfice eam, et mitte corpus ejus in mare; et, cum nuntiaveris factum, præmium cum libertate accipies. Villicus libertate seductus cum dolore discedit; et pugionem acutissimum præparavit; et celans latere suo, abiit
 45 ad nutricis Tarsiae monumentum. Puella rediens de studiis, solito more, tulit ampullam vini et coronam; et venit ad monumentum, et omnes casus suos exposuit. Et exiens foras villicus, im-

petu factu adversus puellam, crines ejus apprehendit, et traxit ad littus. Et dum vellet eam interficere, ait puella: Theophile, quid peccavi, ut de manu tua moriar? Villicus ait: Tu nihil
 5 peccasti, sed pater tuus Apollonius, qui te cum magna pecunia et ornamentis regalibus reliquit. Et puella lacrymans ait illi: Peto, domine, ut, si jam nulla spes est vitæ meæ, Dominum * mihi testari et precari permittas. Villicus ait: Testare;
 10 Deus enim scit me coactum hoc esse facturum scelus.

CAP. XXIX.

Sed cum puella Deum precaretur, subito piratæ apparuerunt; et videntes puellam sub jugo mortis stare, exclamaverunt dicentes: Crudelissime
 15 barbare, parce, tu qui ferrum tenes. Hæc enim præda nostra est, non tua victima. Villicus, vocibus piratarum territus, fugit post monumentum. Et piratæ applicantes ad littus, tulerunt virginem et alta pelagi petierunt. Villicus, post
 20 moram, exiit; et videns puellam raptam a morte, gratias egit Deo, quod non fecisset scelus; et reversus ad sceleratam mulierem, ait: Quod præcepisti, domina, factum est; comple quod
 25 promisisti. Et scelerata mulier ait: Quid narras, latro pessime? homicidium fecisti, et libertatem quæris! Revertere in villam, et opus tuum fac, ne iratum dominum et dominas sentias. Villicus aporiatu* ibat; et elevans manum ad Dominum:
 30 Domine, tu scis quia non feci istud scelus; esto judex in hac causa. Et rediit ad villam. Postera vero die, prima luce, scelerata mulier, admissum facinus insidiis et fraude volens celare, famulos misit ad vocandos amicos. Qui venientes consederunt. Tunc scelerata mulier lugubribus
 35 vestibus circumdata, laniatis crinibus, nudo et livido pectore affirmans dolores, exiit de cubiculo, et fictas fundens lacrymas, ait: Amici fidelissimi, scitote Tarsiam Apollonii filiam
 40 hesternæ die, subitaneo dolore stomachi, in villa suburbana esse defunctam, meque eam honestissimo funere extulisse. Omnes vero, ex animatione sermonum et ex habitu, et lugubribus vestibus et fallacibus lacrymis seducti, crediderunt.
 45 Postera die, placuit universis patriæ principibus ob merita et beneficia Apollonii, filia ejus in littore fieri tumulum ex ære collato, non longe a monumento Lycoridis nutricis ejus. Scriptum est in titulo sic: TARSIAE VIRGINI, APOLLONII, FI-

LIE. PRO. BENEFICIO. PATRIS. FIVS. EX. ERB. COLLATO. DONVM. DEDERVNT.

CAP. XXX.

Interea piratæ, quæ Tarsiam rapuerunt, de-
 5 venerunt in civitatem Mitylenen. Deponitur Tarsia venalis, et inter cætera mancipia proponitur. Et videns eam leno, Lenonius nomine, cupidissimus, nec vir nec femina, contendere cœpit, ut eam emeret. Sed Antinagoras, princeps civitatis ejusdem, intelligens nobilem et speciosam puellam, obtulit pro ea X sestertia aurea.
 10 Leno ait: Ego dabo XX. Antinagoras obtulit XXX; leno XL; Antinagoras L; leno LX, Antinagoras obtulit LXX; leno LXXX; Antinagoras obtulit LXXXX; leno dat C, dicens: si quis superdederit, ego X superdabo. Tunc Antinagoras
 15 ait: Ego, si cum isto lenone contendero, ut unam emam, plures venditurus sum. Sed permittam eum emere; et cum eam in lupanari statuerit, intrabo prior, et ego eripiam virginitatem ejus, et erit mihi perinde ac si eam comparassem. Ad-
 20 ducitur puella lenoni; numeratur pecunia; perducitur in* domum, intrat in saluatorium*, ubi leno Priapum ex auro et gemmis habebat, et ait Tarsia: Adora numen præsentissimum. Puella
 25 ait: Nunquam adoravi tale numen; numquid civis Lampsacenus es tu? Leno ait: Quare? Puella ait: Quia Lampsaceni cives Priapum colunt. Leno ait: Ignoras, misera, quia in domum incidisti lenonis et avari? Puella, ut audivit, toto corpore contremuit; et prostrata pedibus ejus,
 30 dixit: Miserere, domine; succurre virginitati meæ; et rogo ne velis hoc corpus meum sub tam turpi titulo prostituere. Leno ait: Leva te; misera, nescis quia apud tortorem et lenonem nec preces nec lacrymæ valent? Et vocavit ad se
 35 eundem puellarum, et ait: Amiante*, vade ad cellam ubi Briseis stetit; et ista puella ornetur diligenter, et titulus scribatur. Qui Tarsiam de-
 40 virginare voluerit, dimidiam auri libram dabit; postea singulis aureis populo patebit. Et fecit custos Amiantus sicut jussit dominus ejus. Tertia vero die, Tarsia, antecedentibus turbis et symphonicis, ducitur ad lupanar. Sed Antinagoras rex prior affuit; et velato capite lupanar ingreditur. Introivit in cellam et sedit super lectum
 45 puellæ, et ostium clausit. Puella procidens ad pedes ejus, ait: Miserere mei, domine; per juventutem tuam et per Deum vivum* te adjuro, ne

velis me sub hoc turpi titulo violare. Contine impudicam libidinem, et casus infelicissimæ virginis audi, et natalium meorum originem. Cui cum universos casus suos exposuisset, confusus et pietate plenus, stupuit vehementer et ait : Erige te sine metu; homines enim sumus; habeo et ego filiam tibi similem, de qua similes casus possum metuere. Et dedit XL aureos in manu virginis, dicens : Ecce habes, domina Tarsia, amplius quam virginitas tua venalis posita est. Dic advenientibus similiter, quousque liberere. Puella, lacrymis profusis ait : Ago, domine, pietati tuæ gratias; et rogo ne alicui* narres quod a me audivisti. Antinagoras ait : Si hæc narra- vero, filia mea, cum ad tuam venerit ætatem, pœnam similem patiat. Et cum lacrymis discessit; et occurrit illi collega ejus, qui ait : Quomodo tecum novicia*? Antinagoras ait : Non potest melius. Cum magno igitur affectu usque ad lacrymas, subsequutus est eum Antinagoras, ad videndum exitum rei. Juvenis ut intravit, solito more, puella ostium clausit. Cui juvenis ait : Si valeas, indica mihi quantum dederit tibi juvenis qui ad- intravit. Puella ait : Quaterdenos aureos. Juvenis ait : Non illum puduit; homo dives non grande fecerat si libram auri tibi dedisset. Sed, ut scias meum animum esse meliorem, tolle libram integram auri. Antinagoras audiebat, et dicebat : Quo plus dabis, eo plus plorabit. Puella autem, acceptis aureis, prostravit se ad pedes ejus; et, similiter expositis casibus suis, confudit juvenem et avertit a libidine. Aporiatus denique juvenis ait : Alleva te, domina; et nos homines sumus, casibus subjacentes. Puella ait : Ago, domine, pietati tuæ gratias; et peto ne cui narres quod audiisti. Et exiens foras invenit Antinagoram ridentem, et ait illi : Magnus homo es; non habuisti cui propinares lacrymas tuas nisi mihi? Et ut admirationem providerent, tacentes cœperunt aliorum exitus exspectare. Et tanquam insidiantibus illis occulto aspectu, omnes qui intrabant dabant pecuniam. Et revertens Tarsia dicebat lenoni : Ecce virginitatis meæ pretium. Et aiebat leno : Quanto te melius est hilarem esse et non lugentem! Sic ergo age ut meliores pecunias tecum afferas. Sed cum puella quotidie de lupanari reversa diceret : Ecce quod potuit virginitas; hoc audito, leno vocavit villicum puellarum custodem, et ait : An existimas

tam negligentem me esse, ut nesciam Tarsiam virginem esse? Si ergo virgo tantum affert, quantum dabit mulier! Duc ergo eam in cubiculum tuum, et rumpe nodum virginitatis ipsius. Cum eam in cubiculum suum villicus duxisset, ait ad eam : Dic mihi, adhuc virgo es? Tarsia dixit : Quamdiu Deus vult, virgo sum. Villicus ait : Unde ergo tantam pecuniam, istis diebus, attulisti? Puella prostravit se pedibus ejus et ait : Domine, subveni captivæ, regis filiæ; ne velis me violare. Et cum ei casus suos omnes exponeret, motus misericordia, dixit : Nimis avarus est leno; itaque nescio an possis ita virgo perseverare. Puella ait : Dabo opera studiis liberalibus eruditæ, similiter et lyræ pulsum modulantis. Jube ergo crastina die in frequenti loco scamna disponi; et facundia oris mei, populo merebor; et casus omnes meos exponam; et quocumque nodos quæstionis proposuerit, solvam, et hac arte ampliabo pecuniam. Quod cum fecisset villicus, omnis ætas populi ad videndum eam cucurrerunt.

CAP. XXXI.

Puella vero ut vidit ingentem populum ingredientem, facundia oris sui studiorumque abundantia et genio confisa, quæstiones sibi proponi jubet et acceptas cum favore solvit. Fit ingens clamor; et tantus circa eam civium concursus excrevit, ut viri ac feminae quotidie infinitam pecuniam conferrent. Antinagoras autem, princeps civitatis, memor integerrimæ ejus virginitatis, diligebat eam haud secus ac unicam filiam suam, ita ut villico illi multa donaret. Et quotidie virgo, ob misericordiam populi, magnam afferebat pecuniam in sinum lenonis.

CAP. XXXII.

Inter hæc Apollonius venit Tarsum, XV annis transactis, et operto capite, ne a quodam deformis aspiceretur. In domum pergebat Strongulionis. Quem ut vidit Strongulio a longe*, perrexit prior rapidissimo cursu domum. Et dixit Dionysiadi uxori suæ : Certe dixeras Apollonium naufragum periisse. Et ait : Crudelissima et pessima mulier, ecce venit Apollonius ad filiam suam repetendam. Quid dicemus patri suo de ea cujus nos fuimus parentes? Scelerata mulier ait : Miser conjux, confiteor quod*, dum

nostram diligo filiam, perdidit alienam. Accepto itaque consilio, induit te lugubribus vestibus et fictis lacrymis : dicam eam stomachi dolore defecisse; cum nos tali habitu viderit, credit.

5 Dum hæc dicerent, intravit Apollonius domum eorum; revelavit caput, et abremovit * barbam, adaperuit comam a fronte. Et ut vidit eos lugubribus vestibus indutos et mœrentes, ait : Hospites fidelissimi, si tamen in vobis adhuc permanet hoc nomen, quid, in adventu meo, funditis lacrymas? Et ait scelestas mulier : Utinam ad aures tuas alius pertulisset, non ego, aut conjux meus! Nam Tarsia, filia tua, subitaneo dolore defecit. Apollonius, toto corpore tremens,

15 depalluit, diuque confixus stetit; restitutoque spiritu, malam mulierem intuens ait : Dionysias, Tarsia, filia mea, ut fingis, ante paucos dies decessit; sed non pecunia, vestes, ornamenta perierunt. At illi proferunt omnia et dicunt : Crede nobis quia * cupimus filiam tuam incolumem regnare, sicut hæc omnia damus. Et ut scias nos non mentiri, habemus hujus rei testimonium. Cives enim, memores beneficiorum tuorum, ex ære collato, proximo littore, filiae tuæ monumentum fecerunt, quod potes videre.

20 Apollonius, hoc audito, credens eam defunctam, ad famulos ait : Tollite hæc omnia et ferte in navem; ego vado ad monumentum filiae meæ. At ubi venit, legit titulum, dicens : CIVES. TARSENSES. TARSIAE. APOLLONII. FILIAE. EX. ÆRE. COLLATO. OB. BENEFICIVM. EIVS. MONVMENTVM. FECERVNT. Perlectoque titulo, stupenti mente constitit. Et cum non fleret, iratus maledixit oculis suis, et ait : O crudelissimi oculi, potuistis titulum matris meæ legere et non potuistis lacrymas fundere? Vae mihi misero! Puto, filia mea vivit. Et veniens ad navem, ait ad suos : Projicite me in sentinam navis; cupio enim in undis efflare spiritum, cum in terris lucem habere non licuerit.

CAP. XXXIII.

40 Et dum prosperis navigat ventis, Tyrium reversurus, mutata fide pelagi, per diversa maris discrimina jactatus, omnibus Deum rogantibus, ad Mitylenen civitatem devenit. Gubernator cum omnibus plausum dedit. Apollonius ait : Quid sonus hilaritatis aures meas percussit? Gubernator ait : Gaude, Apolloni; scias enim hodie Neptunalia esse. Apollonius ingemuit et ait : Ergo

omnes diem festam celebrent præter me. Et vocans dispensatorem suum, ait : Ne, non lugens, sed avarus videar, sufficiat servis meis ad pœnam, quod me tam infelicem sortiti sunt dominum; dona ergo X aureos pueris, ut emant, si quid volunt, et diem festam celebrent; me autem veto a quoquam vocari. Quodsi quis servorum meorum fecerit, crura ejus frangentur; liber si fuerit, malum libertatis accipiet. Mirati sunt omnes quod se ita obligasset. Dispensator vero, quæ necessaria erant, emit, et reliit ad navem; et ornato navigio, læti discubuerunt omnes.

CAP. XXXIV.

Sed, dum epularentur, Antinagoras rex, qui Tarsiam ut filiam suam diligebat, deambulans et navium celebritatem considerans, vidit navem Apollonii cæteris navibus pulchriorem et ornatiorem, et ait ad suos : Ecce illa navis mihi placet, quam video paratam. Nautæ audientes navem suam laudari, dicunt : Invitamus te, princeps magnifice, si dignum ducis. Antinagoras descendens libenti animo discubuit; et posuit X aureos in mensa et ait : Ecce ne me gratis invitaveritis. Omnes ergo una voce dixerunt : Bene nos accepisti, Domine. Antinagoras videns omnes unanimes discumbentes, nec inter eos majorem esse, ait : Quid omnes sic licentiose discumbitis? Quis est dominus navis? Gubernator ait : Navis dominus in luctu moratur, sub sentina. In tenebris enim destinavit mori; in mari conjugem perdidit, et in terris filiam. Antinagoras autem ad unum de servis, Ardelionem nomine, ait : Dabo tibi duos aureos; descende et dic ei : Rogat te Antinagoras, princeps hujus civitatis, ut procedas de tenebris ad lucem. Juvenis ait : De duobus aureis, quatuor dare volo, et cruribus frangi nolo. Nam si possum de duobus pedibus quatuor habere, causam * tam vilem inter nos non invenisti quam me. Quære alium qui eat, quare jussit ut, qui eum appellaverit, crura illius frangantur. Antinagoras ait : Hanc legem vobis statuit, non mihi quem ignorat. Ego descendam ad eum; indicate mihi nomen illius. Famuli dixerunt : Tyrius Apollonius. Antinagoras, audito nomine, ait intra se : Et Tarsia patrem Apollonium nominabat. Et demonstrantibus pueris, pervenit ad eum. Quem ut vidit barba capiteque squalidum et sordidum, in tenebris jacentem,

summa voce ait : Ave, Apolloni. Apollonius putans se ab aliquo suorum appellatum, contempsit; et horrido vultu eum respiciens, vidit ignotum sibi hominem honesto cultu decoratum, et furorem silentio textit. Cui Antinagoras ait : Scio te mirari quod ignotus tuo te nomine salutavi. Disce ergo quod princeps sum hujus civitatis, Antinagoras nomine; descendi in littus, ad naves considerandas; et inter cæteras naves vidi navem tuam decenter ornatam, et laudavi aspectum ejus. A nautis vero tuis rogatus, libenti animo discubui, et inquisivi dominum navis. Qui dixerunt te in luctu morari, quod et video; prosit ergo quod veni : procede de tenebris ad lucem.

Discumbe et epulare paululum; spero enim quia Deus dabit tibi post ingentem luctum lætitiã ampliozem. Apollonius luctu fatigatus levavit caput suum et dixit : Quis es, domine? Vade, discumbe et epulare cum his perinde ac cum tuis.

Ego autem, graviter afflictus calamitatibus meis, non solum non epulari, sed ne quidem vivere volo. Antinagoras confusus, ascendens in navem et discumbens, ait : Non potui suadere domino vestro ut ultro ad lucem exiret. Quid faciam ut revocem eum a proposito mortis? Et ait : Bene mihi venit in mentem; vade, puer, ad Lenonium lenonem, et dic illi ut mittat ad me Tarsiam. Est enim scholastica*, et suavissimi sermonis, et nimio decore conspicua. Potest igitur exhortari ne talis vir moriatur.

CAP. XXXV.

Leno, quum audiisset et contemnere non potuisset, licet nolens, misit eam. Et veniente Tarsia, dixit Antinagoras : Dulcis nata, hic est ars studiorum tuorum necessaria, ut consoleres hujus navis dominum, sedentem in tenebris, conjugem lugentem et filiam; et autor sis ei ut ad lucem exeat. Hæc est pietatis causa* pro qua Deus fit hominibus propitiu. Accede ergo, et suade illi ut ad lucem prodeat; forsitan Deus vult eum per nos vivere. Si hoc potueris facere, dabo tibi decem sestertia argenti* et XX aureos; et XXX diebus, redimam te a lenone, ut possim virginitatem tuam servare. Audiens puella constanter ivit ad hominem; et submissa voce salutavit eum, dicens : Saluto te, quicumque es; salve, lætare et gaude. Non enim aliqua polluta ad consolandum te venit, sed innocens virgo, quæ virgini-

tatem meam, inter naufragia castitatis, inviolabiliter servo. Et his carminibus cœpit, modulata voce, cantare :

« Per sordes gradior, sed sordium * conscia non sum ;
Sic rosa de spinis, nescit violarier ullis. 5
Corripit et raptor gladii ferientis ab ictu ;
Tradita lenoni, non sum violata pudore.
Vulnera cessassent animi, lacrymæque deessent,
Nulla etenim melior, si nossem certa parentes.
Unica regalis generis sum stirpe creata ; 10
Ipsa, jubente Deo, lætari credo aliquando.
Fige modo lacrymas, curam dissolve molestam,
Redde polo faciem, mentemque ad sidera tolle :
Nam Deus est hominum plasmator, rector et auctor ;
Non sinet has lacrymas casso finire labore. » 15

Hæc verba audiens Apollonius levavit caput; et videns puellam ingemuit, et ait : Heu me miserum! Quamdiu contra pietatem luctabor? Eri-gens ergo se ait ad eam : Ago prudentiæ tuæ et nobilitati maximas gratias, et consolationi tuæ vicem rependo. Memor ero tui, si mihi lætari licuerit; regni mei te viribus relevabo; et forsitan, ut dicis, regiis ortam natalibus te parentibus repræsentabis. Nunc accipe CC aureos; et perinde ac si me ad lucem reduxeris, læta discede. Nolo enim ut me ulterius appelles; et recentis luctus renovata crudelitate tabesco. Et acceptis CC aureis, puella abiit. Et ait ad eam Antinagoras : Quo vadis, Tarsia? sine effectu laborasti? non potuisti facere misericordiam et subvenire homini interficienti se? Cui ait Tarsia : Omnia quæcumque potui, feci; et dedit mihi CC aureos, et rogavit me ut discederem ab eo, asserens se renovato dolore cruciari. Et ait Antinagoras : Ego dabo tibi CCCC aureos; tantum descende, et refunde ei hos CC quos tibi dedit; et dic ei : Ego salutem tuam quæro, non pecuniam. Et descendit Tarsia, et sedit juxta eum et ait : Jam, si in hoc squalore permanere destinasti, permitte me tecum in his tenebris miscere sermonem. Si enim parabolarum mearum nodos solveris, vadam; sin alias, refundam tibi pecuniam, et abscedam. Apollonius, ne pecuniam reciperet, et cupiens a prudente puella audire sermonem, ait : Licet in malis nulla cura suppetat, nisi flendi et lugendi, tamen, ut ornamento lætitiæ ne caream, dic quæ interrogatura es, et discede. Precor enim ut fletibus meis spatium tribuas; et ait Tarsia :

« Est domus in terris clara quæ voce resultat,

Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes;
Ambo tamen currunt, hospes simul et domus una. »

Et ait : Si rex es, ut asseris, in patria tua, regi
convenit prudentiorem esse; solve mihi quæstio-
nem, et vadam. Agitans vero Apollonius caput,
ait : Ut scias me non esse mentitum, dicam : Do-
mus in terris resonat, unda est; hospes hujus
domus, piscis est, qui simul cum domo sua
currit.

10 Tarsia iterum dixit :

« Dulcis amica, oræ * semper vicina profundæ,
Suave canit Musis nigro perfusa colore. »
« Nuntia sum linguæ, digitis signata magistri. »

Apollonius ait : Dulcis amica dicitur, quæ can-
tus suos mittit ad cælum. Canna est ripæ vi-
cina quia juxta flumina sedes habet; est ergo
hæc nigro perfusa colore. Nuntia linguæ est
vox, quæ per eam transit.

Tarsia ait :

20 « Longa feror, velox formosæ filia sylvæ,
Innumera pariter comitum stipante caterva;
Curro vias multas, vestigia nulla relinquo. »

Apollonius dixit : O si mihi lætum liceret osten-
dere tibi quæ ignoras ! Tamen ne ideo tacere vi-
dear, ut pecuniam recipiam, respondeo quæs-
tionibus tuis : miror enim te tam tenera ætate
hujus esse prudentiæ. Nam longa arbor est
navis; fertur ventis, stipata undarum catervis;
vias multas currit, sed vestigia nulla relinquit.
30 Tarsia, inflammata prudentia solutionis, ait ad
eum :

« Per totas aedes innoxius introit ignis;
Est calor in medio magnus, quem nemo veretur :
Namque est nuda domus; nudus sed convenit hospes. »

35 Apollonius dixit :

« Si luctum ponas, insons intrabis in ignes. »

Intrarem in balneum, ubi et hinc et inde flam-
mæ per tubulos * surgunt. Nuda domus, quia nil
intus habet præter sedilia, ubi nudus hospes
40 suaviter sedet.

Tarsia ait :

« Mucro mihi geminus; ferro conjungitur uno;
Cum vento luctor; cum gurgite pugno profundo;
Scrutor aquas medias; ipsas quoque mordeo terras. »

45 Apollonius ait : Quæ me sedentem in hac nave
continet, anchora est. Illa vero gemino ferro
conjungitur; cum vento luctatur et pugnat cum

gurgite profundo, mediasque rimas terræ morsu
tenet.

Tarsia ait :

« Ipsa gravis non sum, sed aquæ mihi pondus inhaeret;
Viscera tota tument, patulis diffusa cavernis;
Intus lymphæ latet, quæ se non sponte profundit. »

Tarsia ait :

« Non sum cincta comis, et non sum nuda capillis;
Intus enim mihi sunt crines, quos non videt ullus;
Meque manus mitunt, manibusque remittor in auras. »

Apollonius respondit : Hanc ego in Pentapoli
naufragus habui ducem, ut ejus amicus efficerer.
Nam semper est quæ non est cincta comis et non
est nuda capillis; intus plena est; hæc manibus
missa, manibus et remittitur.

Tarsia iterum ait :

« Nulla mihi certa est, nulla * est peregrina figura;
Fulgur inest intus, radianti luce coruscans,
Quod nihil ostendit, nisi quod se viderit ante. »

Apollonius respondit : Nulla certa figura speculo
inest, quia imitatur aspectus; nulla peregrina
figura, quia, quod contra se habet, ostendit.

Tarsia ait :

« Quattuor æquales currunt ex arte sorores,
Vincere certantes, cum sit labor omnibus unus;
Et properant pariter, neque se contingere possunt. »

Apollonius respondit : Quattuor similes sorores
æqualis formæ et habitus, rotæ sunt; quattuor
quæ ex arte currunt, quasi certantes; et cum
sint prope, nulla nullam potest contingere parem.

Tarsia ait :

« Nos sumus ad cælum qui tendimus; alta petentes,
Et simul hærentes per nos committuntur ad auras,
Concordi fabrica quos unus tenet ordo. »
« Quicumque alta petunt, per nos mittuntur ad auras. »

Apollonius respondit : Gradiscali sunt gradus;
uno constant ordine; æquales mansiones habent;
quicumque alta petunt, per eos committuntur ad
auras. Et his dictis, misit se Tarsia super Apol-
lonium, et strinxit manibus, complexavitque
eum, et dixit : Quid te tantis malis affligis!
Exaudi vocem meam, et deprecantem respice
virginem, quia tam prudentem virum mori velle
nefas est. Si conjugem desideras, quære : tibi
Deus restituet; si filiam, salvam et incolumem
invenies; præsta petenti, quod precibus rogo.
Et tenens ejus luridas vestes, ad lucem cona-

batur attrahere. Apollonius, ira conversus, sur-
 rexit et calce eam percussit; et impulsa virgo
 cecidit; et de genu ejus cœpit sanguis effluere.

CAP. XXXVI.

Sed et puella cœpit flere et dicere : O ardua
 5 cœlorum potestas ! Cur me innocentem tantis
 calamitatibus subjacere permittis, atque, ab ip-
 sis cunabulis nativitatæ meæ, tantis miseriis fati-
 gari ? Nam, ut nata fui inter fluctus maris et
 procellas, mater me algoribus constricta mor-
 tua est, et mortuæ sepultura negata est in terra.
 Et ornata a patre meo missa est in loculum cum
 XX sestertiis auri, et Neptuno tradita est; et
 Strongulioni et Dionysiadi impiis a patre sum
 derelicta, cum ornamentis et vestibus pro quibus
 15 usque ad mortem perveni. Nam jussa sum decol-
 lari a servo ejus; et piratæ supervenientes ra-
 puerunt me; et in hanc urbem lenoni distracta
 sum. Deus, redde me Tyrio Apollonio, patri
 meo, qui, dum matrem meam lugeret, Strongu-
 20 lioni et Dionysiadi impiis me dereliquit. Apol-
 lonius hæc signa audiens, exclamavit voce magna,
 et ait cum lacrymis : Currite, famuli; et anxie-
 tati meæ finem imponite. Audientes denique
 clamorem, cucurrerunt omnes servi; cucurrit
 25 etiam Antinagoras, civitatæ suæ princeps. Et de-
 scedentes invenerunt Apollonium super collum
 Tarsisæ flentem et dicentem : Hæc est filia mea,
 quam lugeo, cujus causa redivivas lacrymas et
 renovatos luctus assumpseram. Nam ego sum
 30 Apollonius Tyrius, qui te commendavi Strongu-
 lioni et Dionysiadi impiis. Dic mihi, quomodo
 dicta est nutrix tua ? Et illa dixit : Lycoris.
 Apollonius autem vehementissime clamare cœpit
 et dicere : Tu es filia mea. Et illa dixit : Si
 35 Tarsiam quæris, ego sum. Tunc erigens se, pro-
 jectis vestibus lugubribus, induit se vestem
 mundam; et apprehendens eam osculabatur et
 flebat. Vidensque eos Antinagoras utrosque in
 amplexu cum lacrymis inhærentes, et ipse fle-
 40 bat, et narrabat ei qui puella in lupanari posita
 universa narrasset, et quid tunc temporis esset
 ex quo a piratis abducta et distracta fuisset. Et
 mittens se Antinagoras ad pedes Apollonii ait :
 Per Deum vivum, qui te patrem restituit filis-
 45 ne alium virum tradas Tarsisæ. Nam et ego prin-
 ceptus sum hujus civitatæ; et ope mea virgo per-
 mansit, et me ducem ac patrem agnovit. Apol-

APOLL.

lonius ait : Qui ergo huic tantæ pietati et boni-
 tati ego possum esse contrarius ? Imo opto, quia
 notum feci non me depositurum luctum, ni prius
 filiam meam nuptui tradidero. Hoc tantum rogo,
 ut filia mea de hoc lenone vindicetur, quem sus-
 tinuit inimicum.

CAP. XXXVII.

His auditis, Antinagoras citius cucurrit ad
 curiam. Et convocatis magnatibus omnium ci-
 vitarum, exclamavit voce magna, dicens : Cur-
 10 rite, cives piissimi, subvenite civitati, ne pe-
 reat propter unum infamem. At ubi dictum
 est, et Antinagoras princeps hac voce in foro
 clamavit, concursus ingens factus est; et tanta
 commotio populi fuit, ut in domo sua nec vir
 15 nec femina remansisset. Omnibus autem curren-
 tibus magna voce dixit : Cives Mityleni, sciatis
 Tyrium Apollonium regem magnum advenisse;
 et classes navium cum exercitu proximantes re-
 versuræ sunt in civitatem, lenonis causa, quia
 20 Tarsiam filiam ejus emit, constituique in lupa-
 nari. Ut ergo salvetur civitas, deducatur ad eum
 leno, de quo * se vindicet; et non tota civitas
 pereat. His auditis, qui in civitate Mitylena
 erant, comprehenderunt lenonem; et vinctis a
 25 tergo manibus, ad forum * abauris ducitur. Fit
 tribunal ingens; et Apollonius indutus regia
 veste, tonso capite, omni que deposito squalore,
 et diademate cincto, cum filia sua tribunal as-
 cendit; et tenens eam in amplexu, coram omni
 30 populo, lacrymis impediabatur loqui *. Antina-
 goras vix manu imperat plebi ut taceat. Quibus,
 silentio facto, ait : Cives Mityleni, quos pris-
 tina miseratio, nunc repentina pietas eduxit in
 unum, videtis Tarsiam a patre suo hodie co-
 35 gnitam, quam cupidissimus leno, ad nos spo-
 liandos, usque depressit; quæ, vestra pietate,
 virgo permansit. Ut * ergo plenius pietati vestræ
 gratias referam, natæ ejus procureate vindictam.
 Et omnes una voce proclamaverunt, dicentes :
 40 Leno vivus ardeat; et bona ejus puellæ adjici-
 antur.

CAP. XXXVIII.

Adducitur leno ignibus; et villicus ejus Amian-
 tus cum universis puellis et facultatibus traditur
 45 Tarsisæ. Et ait Tarsia villico : Dono tibi vitam,
 quia beneficio tuo et civium tuorum, virgo per-

mansi. Et donavit X talenta auri et libertatem. De cunctis puellis coram se representatis dixit : Quidquid, de corpore vestro, illi contulistis haectenus, vobis habete; et quia serviistis mecum, liberae estote. Et erigens se Apollonius citius cives alloquitur, dicens : Gratias pietati vestrae refero, venerandi et piissimi cives, quorum longa fides praebuit pietatem, quietam vitam tribuit, salutem exhibuit, gloriam paravit. Vestrum est, quod virginitas nullum sustinuit bellum; vestrum est, quod paternis amplexibus unica filia restituta est. Pro hoc ergo vestro tanto munere ad instaurandam civitatem vestram, dono vobis L pondera auri. Quod cum dixisset, in praesentia dari iussit. Tunc omnes cives fuderunt ei statuam auream ingentem in puppe navis stantem, et conculcantem caput lenonis; et filiam ex aere, inauratam, a dextro brachio ejus sedentem; et in basi scripserunt titulum :

TYRIO. APOLLONIO
INSTAVRATORI. MŒNIVM. NOSTRORVM
ET
TARSIAE. SANCTISSIMAE. VIRGINI. FILIAE
EJVS
VNIVERSVS. POPVLVS. MITYLENORVM
OB. NIMIVM. AMOREM
AETERNVM. DECVS. MEMORIAE
DEDIT

CAP. XXXIX.

Intra paucos vero dies, tradidit Apollonius filiam suam in conjugium Antinagorae cum ingenti laetitia totius civitatis. Et cum eo et cum filia sua volens Apollonius Tarsum petere, transiendo in patriam suam, eadem nocte vidit in somno angelum * a quo audiit : Apolloni, Ephesum iterum transi; et intra templum Dianae, cum filia et genero; et casus tuos omnes expone per ordinem. Et postea exhibis inde cum gaudio magno; et sic venies Tarsum, filiamque tuam vindicabis innocentem. Apollonius expergefactus, quod in somno viderat, indicat filiae et genero. Ipsi vero dixerunt : Fiat quod tibi videtur. Et ascendit navem, et omnes cum eo; et tulerunt aurum et argentum, et ornamenta multa, et pretiosissimas gemmas secum; et iussit gubernatori Ephesum patere; et felici cursu perveniunt Ephesum. Descendens itaque Apollonius

cum suis de nave in civitatem intravit, et templum Dianae quaesivit, in quo conjux Archistratis, quam Apollonius per XVI annos pro mortua lugebat, et principatum tenebat super omnes sacerdotes. Rogat sibi aperiri sacrarium, ut oret. Et dicit maxima omnium sacerdotum : Sustine paululum, donec dominae referam. Et ingressa sacrarium, dixit ad eam : Sanctissima et sacratissima sacerdotum nostrarum, domina Archistratis, venit huc rex nescio quis cum filia et genero suo, cum multa dote; et postulat ut faciem tuam videat. Hoc audito, Archistratis iussit parari sedile suum in templo; et ipsa ornavit se gemmis et regalibus ornamentis; et capiti suo diadema imposuit, et in vestitu purpureo venit constipata catervis, seditque super sedili in templo. Erat enim specie decora; et ob nimium castitatis amorem, referebant omnes nullam tam gratam esse Dianae ullius patriae.

CAP. XL.

Quae cum rediisset, iussit venire regem. Quam videns Apollonius cum filia et genero cucurrit ad pedes ejus. Tantus enim pulchritudinis ejus eminebat splendor, ut ipsa earum dea esse videretur; et, aperto sacrario, oblatisque munibus Archistrati, Apollonius cepit, in conspectu Dianae, casus suos exponere, dicens : Ego rex natus sum, et Tyrius Apollonius nominatus. Cum vero ad omnem scientiam pervenissem, nec aliqua ars esset quae a nobilioribus exercetur, quam nescio aut nescirem, regi Antiocho quaestionem persolvi, ut filiam ejus in matrimonium acciperem. Sed ille foedissima re sauciatus, qui ante pater natura fuerat constitutus, per impietatem conjux effectus est filiae suae. Proinde machinabatur me occidere. Quem dum fugi, naufragium passus fui. Cyrenen devolutus sum, in civitatem ubi rex Archistratus morabatur; a quo gratissime sum susceptus, et tanta benevolentia cumulatus, ut filiam ejus mererer accipere. Cum qua cum desiderassem properare ad patriam, ad regnum percipiendum, hanc filiam meam quam coram te, magna dea Diana, representari iussisti, postquam in mari peperit, spiritum emisit; sunt enim XVI anni. Quam ego regali indui habitu, et in loculo posui. Et XX sestertia auri sub capite locavi, ut apud quemcumque inventa fuisset, monumento sepeliretur; et fi-

liam meam nutriendam nequissimis hominibus commendavi. Et in Ægypti partibus XX annis fui. Adveniēti vero ut filiam meam peterem, dixerunt eam esse defunctam. Et dum, redivivo
 5 luctu, lugubribus involverer, mori cupienti filiam meam reddidisti. Cum hæc et similia narraret, levavit se Archistratis uxor ipsius, et ruit in amplexum ejus. Apollonius vero, non putans esse conjugem suam, repulit eam a se, et illa,
 10 cum lacrymis, voce magna clamavit, dicens : Ego sum conjux tua Archistratis, regis Archistrati filia. Et mittens se iterum in amplexum ejus, osculabatur eum; et cœpit dicere : Tu es Tyrius meus Apollonius; tu es magister meus.
 15 Ego sum conjux tua, quam a patre accepisti, Archistrato rege; tu es naufragus quem adamavi, non causa libidinis, sed scientiæ. Mi rare vir, dic ubi sit filia mea. Et ostendit ei Tarsiam et ait : Hæc est. Et flebant omnes invicem præ gaudio.

CAP. XLI.

Sonat per totam Ephesum Tyrium regem Apollonium uxorem suam Archistratim cognovisse, quam sacerdotem sibi habebant. Fit Apollonio convivium; lætantur omnes. Archistratis vero
 25 constituit sacerdotem quam habebat post se in templo priorem; et cum omnibus, Ephesiorum gaudio et lacrymis, cum marito et filia et genere, navem ascendit. Et inæstimabilia pondera auri secum tulerunt; et valedicentes omnibus, cœperunt navigare. Gubernante Domino*,
 Venus, *Ach.* 47, 29; *E.* 528, 7; 530, 52; 553, 34; 554, 20; maris filia, *Ach.* 87, 13; dea γαμήλιος, *ib. l.* 14. *Vocatur* patria Cypriorum dea, *X.* 219, 6. Venus virgo, *C.* 415, 8. Venus ἄσπε Metlymnam, amorem funestum injiciens filiae ejus, *Parth.* 17, 7. Per Veneris iram Leucippus amat sororem, *Parth.* 6, 6. Quomodo Venus ulta fuerit contemptum Rhodopidis et Ethynici, Diauae et venationi unice deditorum, *Ach.* 123, 24-53. Venus credebatur apparere ἐπιφανής; in agris prope Miletum, *C.* 427, 19; 430, 2-8, 53; 447, 37. Venus amavit Anchisen bubulcum, *L.* 172, 46. Venus pomum accepit in certamine pulchritudinis, *L.* 166, 52. — Veneris templum antiquum in Arado insula, *C.* 488, 20. Veneris mysteria celebrata in regione circa Tanaium sunt Tanaidis et Pharsiridis, *J.* 518, 5-7. Veneris templum in insula quam circumflunt Euphrates et Tigris, *J.* 517, 38, 41 *seqq.*; 54 *seqq.*: quæ ibi lex de insomniis, *J.* 518, 1 *seqq.* — ΑΙΕΙς Ἀφροδίτην παλοῦμεναι (meretrices), *Ach.* 55, 10. Ἀφροδίτης ἀκμή, *ib. l.* 23; τέρμα, *ib. l.* 28; Ἀφροδίτη ἀργή, *ib. l.* 39, etc. Veneris cestus, *E.* 530, 50; 579, 42, *proverbialiter*, ut apud eundem mel Veneris, 574, 37; Veneris νεμῶν, 596, 17; Veneris thalamus, 564, 53; Veneris fons, 534, 37. Venus nectar temperans Amorbis, *E.* 551, 46.

Ver *describitur* *L.* 133, 41 *seqq.*

Verus Imperator, frater et κλεσατής ab Antonino mittitur contra Vologæsum Parthum, *J.* 518, 27 *seqq.*

Vinum inferia, *Ap.* 619, b, 18, 44.

Viperæ et muræntæ amor *describitur* *Ach.* 45, 31-48.

Vologæsus Parthus, quo eventu pugnaverit contra Verum imperatorem, *J.* 518, 28-33.

Vulcanus artifex, *E.* 524, 41. « Vulcanus habens Minervam, » in oraculo *Ach.* 44, 49; quid sibi velit, *Ach.* 45, 11-18.

X.

Xanthus, ex prosapia Bellerophonis, Leucippi pater, *Parth.* 6, 1; quomodo a filio interfectus, *ib. l.* 17-30.

Xanthus, urbs Lyciæ prope mare, *X.* 197, 48; 215, 47.

Xanthus. Ad Xanthum Termera post cædem commissam fugit Aterus, *Parth.* 22, 27.

Xanthus, homo nobilis et dives Mileti, quanta fecerit ut recuperaret Erippen uxorem indignissimam, *narratur* *Parth.* c. 8, p. 8 et 9.

Xanthus Sanius, ab Alcinoe, uxore Amphilochi, perditæ amatus, *Parth.* 19, 23 *seqq.*

Xanthus in Lydiacis *excerptus* *Parth.* c. 33, p. 21.

Z.

Zacynthium mare, *H.* 297, 42.

Zacynthus urbs, *H.* 308, 3 *seqq.* Zacynthiorum promontorium, *H.* 307, 34. Portus ab urbe non procul, *ib. l.* 47 *seqq.*

Zamolxis, apud Getas deus habitus, *AD.* 509, 7.

Zephyrus, *Ach.* 39, 25.

Zethus in servitute natus, *C.* 437, 12.

Zona virginalis, duos dracones imitans, *describitur* *H.* 272, 33-49.

PRÆFATIO.

Nicetas Eugenianus sæculo, ut videtur, duodecimo scripsit versibus iambicis politicis de Drosillæ ac Chariclis rebus narrationem, cujus quam nunc offero collectionis Didotianæ emptoribus, editio non fuit ad exemplar prioris exacta a me anno 1819 curatæ. Etenim emendata magis ac lacunosa minus invenietur. In hac recensione magno mihi fuit usui Philippus Bassus, collega doctissimus et amicissimus, qui a gravioribus studiis non otio se recreat ac quiete, sed laboribus aliis, levioribus quidem, eruditus tamen. Quas inter relaxationes, quæ delassarent alios, numeranda Eumathii Gallica conversio cum notis; editio Theodori Prodromi mythistoriæ de Rhodantes ac Dosiolis amore, quam Nicetas sibi proposuit imitandam, ad codices sedulo recensita; et Nicetæ ipsius conversio Gallica cum commentario docto ac laborioso, locorumque multorum correctionibus supplementisque ex codicibus Vaticano et Urbinate studiose ac diligenter collectis. Nicetæ conversio Gallica pars debuit esse collectionis similium libellorum a bibliopola Parisino inchoatæ, ac typis descripta fuit anno 1841. Sed quacumque de causa negotium processu sperato caruit et volumina latent adhuc suppressa. Quum valde quereretur de viro clarissimo quod tamdiu utilem librum teneret, sibi sic nobisque invidente, aurem præbuit facilem, ac mira benignitate volumen rarissimum mecum communicavit, quo ut vellem uterer; atque sum usus ad emendationem Nicetæ. Igitur ut editor gratias ago Philippo Basso, quum ejus ope potuerim edendo auctori prodesse. Sed critici lectores quibus mutationum rationes debui exponere querentur, idque merito se meas frustra quæsisisse annotationes; quibus reponam collectionem Didotianam commentarios non admittere, scilicet destinatam extemporali lectioni, non studio philologico. Bassur

igitur rogo ut sinat tandem conversionem Nicetæ Gallicam adjunctasque notas, in publicum prodire ac per hominum ora ferri. Sic utilem se præbebit litteris græcis quas amat, ac lectoribus sedulis qui ne Nicetam quidem negligentius legunt, nempe persuasi Plinium Majorem sapienter dixisse, « Nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset ». Illis non erit inutilis editio princeps quam amplis notis instruxi; nec sine fructu consulent Bibliothecam Græcam, t. VII, p. 749; Levequeum, Notitiarum Manuscriptorum volumine sexto; Villoisonum, Animadversionibus in Longum; Corayum, Prolegomenis ad Heliodorum, et in Wolfii Analectis, t. I, p. 408; Relationem Diarii Græci Ἐρμού Λογίου an. 1819, p. 848; Millerum, v. doctiss., in Diario eruditorum an. 1855, Martio mense, p. 194.

ΤΩΝ
ΚΑΤΑ ΔΡΟΣΙΛΛΑΝ
ΚΑΙ ΧΑΡΙΚΛΕΑ.

BIBAIION ΠΡΩΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΟΛΟΥ ΒΙΒΑΙΟΥ.

Αὐτοῦ Δροσίλλης ἀλλὰ καὶ Χαρικλέους
φυγῇ, πλάνη· κλύδωνες· ἀρπαγαί· βίαι·
λησταί· φυλακαί· πειράται· λιμαγχόται·
μελαθρα δεινὰ καὶ κατεσοφωμένα,
ἐν ἡλίῳ λάμποντι μεστὰ τοῦ σκότους·
κλοιὸς σιδηροῦς ἐσφυρηλατημένος·
χωρισμὸς οἰκτρὸς δυστυχῆς ἐκατέρων·
πλὴν ἀλλὰ καὶ νυμφῶνες ὄψε καὶ γάμοι.

BIBAIION ΠΡΩΤΟΝ.

Νῦν τοῦ φεραυγοῦς ἀστεράρχου φωσφόρου
ἐκ τοῦ κάτω φάναντος ἡμισφαιρίου,
ἐξ ὠκεανοῦ τῶν ῥοῶν λελουμένου,
καὶ γῆς τοσαύτης ἐκταθείσης εἰς πλάτος
ἀναδραμόντος τοὺς κορυφαίους τόπους,
Πάρθοι προσεμπίπτουσι Βάρζῳ τῇ πόλει,
οὐχ ὡς κατ' αὐτῆς συγκροτήσοντες μάχην,
οὐδ' ὡς βαλοῦντες ῥιψεπάξιδας λίθους
ἐκ πετροπομπῶν εἰς τὸ τεῖχος ὀργάνων,
οὐδ' ὡς κατασπάσσοντες ἐκ τῶν ὑψόθεν
πέτραις, χελώναις καὶ κριοῖς χαλκοστόμοις
(οὐκ ἦν γὰρ εὐάλωτος αὐτοῖς ἡ πόλις,
κρημνοῦ περισφίγγοντος αὐτὴν κυκλόθεν),
ἀλλ' ὡς ἀφαρπάσσοντες ἄνδρας Βαρζίτας
οὐς ἐκτὸς ἂν λήψοιντο τῶν ὀρισμάτων,
καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν τυχοῦσαν οὐσίαν.
Καὶ γοῦν ὑφαπλωθεῖσα καὶ τεταμένη
τῶν τῆς πολίτης τειχέων ἀποστάδην
ὑπουργικῇ χεὶρ Παρθικῆς φυλαρχίας
αἰφνηδὸν ἐσχύλευε τοὺς περὶ τὸς τόπους·
οἱ Βάρβαροι δὲ συνδραμόντες αὐτίκα
λείαν Μυσῶν ἔθεντο τὰ πρὸς ταῖς πύλαις.
Τοὺς μὲν γὰρ ἐσπάθιζον ἄνδρας ἀθλίους
οὐς ἀντιπίπτειν ἔβλεπον πειρωμένους·
τοὺς δὲ προῆγον δεσμίους κρατουμένους.
Πᾶν συγκατέκλων δένδρον ἐξ ἀπληστίας,
καίτοι βρίθον βλέποντες ἐξ εὐκαρπίας.
Τὴν αἶγα, τὴν βοῦν συκαθήρασαν τότε,
ἢ μὴ τὸ τεῖχος εἰσδραμεῖν ἐπεφθάσει.
Γυναῖκας εἶλκον αἱ συνεἶλκον τὰ βρέφη·
ὦμωζον αὐτῶν αἱ τάλαιναι μητέρες,

DROSILLÆ
ET CHARICLIS
RERUM

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM TOTIUS OPERIS.

Hic insunt Drosillæ atque Chariclis
fuga errorosque; procellæ, rapinæ, violentiæ,
prædones, carceres, piratæ, dira jejunia;
donus horridæ, ac tenebris
solis sub meridiani splendore
caligantes; collare ferratum;
amborum separatio miseranda, infelix;
at tandem thalami et nuptiæ.

LIBER PRIMUS.

Jam rex splendidus astrorum dieique parens ex infero
Titan emerserat hemisphaerio, oceani fluentis prolutus, et
telluris in tam vastam extensæ latitudinem ardua cursu
loca superaverat;

quum Parthi Barzo urbi accursu propinquant, non quam
vi oppugnarent, nec e tormentis longe saxa rotantibus in
muros missuri molares cum propugnaculorum ruina, nec
ut testudinibus æratisque arietibus summas detergerent
pinnas (urbs enim undique rupibus cincta anfractu cel-
siore discissis, non erat facile expugnabilis); sed ut Bar-
zitas homines extra limites deprehensos raperent, bonaque
illorum forte obvia.

Itaque procul ab oppiduli mœnibus explicati dispalatique
Parthici exploratores exercitus, momento temporis parvi,
loca vastavere vicina;

ac repente una omnes Barbari concursantes proxima
portis quæque Mysorum prædam fecerunt.

Miseros enim ense necabant viros, qui obsistere cona-
bantur; cæteros ante se agebant onustos vinculis.

Arborem quamque immane furentes confringebant, etsi
fructuum viderent inclinatam pondere.

Capellas vaccasque corripiebant, quæ muros ingredi non
potuerant.

Trahebantur mulieres, quæ et ipsæ trahebant puellulos;
flebant matres infortunatæ;

καὶ συνεμινύριζον αὐταῖς τὰ βρέφη·
οὐκ ἀπομαστεύειν γὰρ εἶχον εὐκόλιως·
τῶν οὐθάτων γὰρ ἡ βρεφοτρόφος βύσις
35 εἰς αἱματοστάλακτον ὄμβρον ἐτράπη.
Ἐκεῖ πτάχως ἐμαῖο καὶ πρὸ τοῦ θέρους,
τὴν ἵππον ὡς θρέψαιτο τὴν τῶν Βαρβάρων·
καὶ βότρως ἀδρὸς ἐθλίθη πρὸ τῆς τρύγης,
ὄνουξιν ἵππων συμπατηθεὶς ἀθλίως,
40 λεηλατούντων τὴν περιχύρον κύκλω
Πάρθων ἀπηγῶν, δυσμενῶν, ἀλλοθρόων.
Τί γοῦν ἐφεξῆς; Οἱ μὲν ἐκτὸς τειχέων
ὄσοι φυγεῖν ἴσχυσαν ἐκ ξίφους τέως,
ἐλευθέρους πρὶν ἐντιθέντες αὐχένας
45 ζεύγλη βραεῖα δυσχεροῦς θουργίας,
τὴν σφῶν κακίστην ἐξεδάχρουν τύχη·
οἱ δ' ἐντὸς αὐτῶν εἰσφυέντες τειχέων,
τὴν Παρθικὴν μάχαιραν ἐκπερευγότες,
πρὸς τὴν ἐφ' ὕψους ἀσφαλῆ τείχους βάσιν
50 ἀναδραμόντες, τοῖς ἀπεξενωμένοις
ξυμπατριώταις ἀντεπέστενον μέγα,
« Τίς βάσκανος, » λέγοντες « ἀγρία Τύχη
« καὶ νῦν διεσπάσατο τοὺς δημογίους;
« Φεῦ! τίς Ἐρινύς, τίς Ἀλάστωρ, τίς Τύχη
55 « δουλοῖ κακούργοις Βαρβάροις ἐλευθέρους!
« Ποῖοις ἀπ' αὐτῶν ἐνστεναξέει τις μέγα;
« τοῖς συσφαγεῖσι; τοῖς ἀλοῦσι δεσμίοις;
« γήραις γυναιξί; ταῖς ἀνάνδροις παρθένοις;
« ἀπειροκάκῃ τῇ βρεφῶν δημηγύρει;
60 « ἡμῖν ἑαυτοῖς; ὦ κακῶν συγκυρμάτων! »
Οὔτοι μὲν οὕτω τοῖς πόνοις ἐκαρτέρουον,
καὶ θρηῆνος ἤρτο συμμιγῆς, βαρὺς, μέγας,
ἀνδρῶν, γυναικῶν, παρθένων, μεισακίων.
Τὸ Βάρβαρον δὲ συλλογῆς οὐκ ἡμέλει·
65 πρὸς ἀρπαγῆς γὰρ ἡσυχολεῖτο φροντίδας.
Ἄνηρ γὰρ ἐχθρὸς, βαρβαρῶν, ὠμόνοος,
ἀντὶ τρυφῆς εἴωθεν ἠγεῖσθαι πάσης
ἀνδρῶς σκυλεύειν μηδὲν ἡδικηκότας.
Τοὺς γοῦν ἀλόντας συμπεδύσαντες, μόλις
70 ἀπειθὸν ὄψε πρὸς τροφήν τε καὶ πόσιν.
Τούτοις συνῆν θήραμα καὶ τοῦτο ξένον,
ὅς καὶ συνεξέσφιγχοτο δεσμοῖς ἀλύτοις
καὶ συγκατεστέναξε τοῖς πεδοιμμένοις,
καλὸς Χαρικλῆς καὶ Δροσίλλα καλλίων.
75 Καὶ δὴ συνιζήσαντες ἐν πεδιάδι
προκειμένης ἤπτοντο τῆς ἐδητύος.
Λειμῶν γὰρ ἦν ἡδίστος αὐτῆς ἐν μέσῳ,
οὗ γύροθεν μὲν ἦσαν ὕραται δάφναι
καὶ κυπάριττοι καὶ πλάτανοι καὶ ὄρες,
80 μέσον δὲ δένδρα τερπνὰ καὶ καρποφόρα.
Πόα τε κρίων καὶ πόα τερπνῆ βόδιον
πολλὴ παρῆν ἐκεῖσε, λειμῶνος μέσον·
αἱ κάλυκες δὲ τῶν βόδιον κεκλεισμέναι,
ἢ, μᾶλλον εἰπεῖν, μικρὸν ἀνεωγμέναι,
85 ταύτην ἐθαλάμειον ὡσπερ παρθένον.

adflebant matribus puelluli ubertate lactei roris carentes :
mammarum enim alimentarius liquor in sanguineas guttas
converlerat.

Ante astatem spica demetebatur, quæ barbarorum aleret
equitatum; et ante vindemiam spissa premebatur uva un-
gulis equorum sæde calcata, dum totam circa regionem
popularentur Parthi crudeles, infensis animis et barbara
lingua.

Quid insuper addam? Extra muros si quibus vitare gla-
dium adhuc valuerant, cervicem nuper liberam jugo inse-
rentes gravi molestæ servitutis, sortem deplorabant tri-
stissimam.

Verum intra muros qui se receperant, effugerantque
Parthicum ensem, tutam conscendentes muri summita-
tem, abactis in exilium civibus alta voce adgemebant, di-
centes :

« Quis invidus sævusque daemon nos nunc divisit con-
« generes? Heu! quæ Furia, inalus quis Genius, quæ
« Fortuna liberos homines servos facit pessimorum Bar-
« barorum? Quibus ex illis graviter ingemiscendum erit?
« occisis? an captis vincitisque? viduis conjugibus? an
« virginibus innuptis? infantium turbæ adhuc calami-
« tatum insciæ? an nobismetipsis? oh casus mostissi-
« mos! »

Sic illi durabant malis; et tollebatur gemitus promiscuus,
gravis, ingens, virorum, mulierum, virginum juvenumque.

Verum Barbari, rapinæ intenti, prædæ colligendæ curam
neutiquam omittebant.

Hostis enim sævus, crudelis, dulci ante alias voluptate
fruitur, quum homines bonis exiit prorsus immeritos.

Ergo, captivis una devinetis, sero tandem ad cibum po-
tumque divertebantur.

Aderat captivorum par, præda insignis, insolubilibus,
ut cæteri, catenis una constrictum, utque cæteri, flens
gemensque, pulcher Charicles et Drosilla pulchrior.

Consederant autem Barbari in campi planitie, et adpo-
sitos carpebant cibos.

Hujus autem in medio pratium erat amœnissimum, quod
circum cingebant lætæ laurus, eupressi, platani, quercus;
quas inter surgebant arbores venustæ frugiferaque; et in
prato medio multa erant lilia, herbæque rosæ plu-
rimæ.

Clausi, vel potius semhiantes papillati rosarum calyces,
florein quasi virgunculam thalami septis intercludebant.

Τούτου δὲ πάντως αἰτίαν λογισέον
 θερμαντικὴν ἀκτίνα τὴν τοῦ φωσφόρου·
 ὅταν γὰρ αὕτη, καὶ καλῶς οὕτως ἔχη,
 μέσον καλύκων φλεκτικῶς ἐπεισβάλλῃ,
 90 γυμνοῦσιν αὐτὰ τὴν ῥοδόπνοον χάριν.
 Καὶ νᾶμα πηγυμιαῖον ἦν ἐκεῖ ῥέον,
 ψυχρὸν, διειδές, καὶ γλυκάζον ὡς μέλι·
 κίων δὲ τις ἀνεῖχε τῆς πηγῆς μέσον,
 ἔσθθεν οὕτω τεχνικῶς γεγλυμμένος·
 95 σωλῆνι μακρῷ δῆθεν ἐξεικασμένος,
 δι' οὗ τὸ ῥυτόν ὑπανήγето τρέχον·
 πλὴν ἀετός τις, τούτω προσδεδεγμένος,
 (χαλκοῦς γὰρ ἦν ἄνωθεν ἐστὼς εὐτέχνους),
 ἐξῆγε τοῦ στόματος αὐ καταβρέον.
 100 Λευκῶν δὲ πετρῶν τῆς καλῆς πηγῆς μέσον
 ἀγαλαμάτων ἔστηκεν εὐξέστων κύκλος·
 οἱ δ' ἀνδριάντες ἦσαν ἔργα Φειδίου,
 καὶ Ζεῦξίδος πόνημα καὶ Πραξιτέλους,
 ἀνδρῶν ἀρίστων εἰς ἀγαλαματουργίαν.
 105 Ἐξ δεξιῶν δὲ τοῦ παραδείσου μέρει
 ἔσθθεν αὐτῶν τῶν ξυλίλων θριγγίων,
 βωμὸς κατεσκευάστο τῷ Διονύσῳ,
 οὗ τὴν ἑορτὴν εἶχον ἄνδρες Βαρζίται·
 καθ' ἣν τὸ πλῆθος τῶν ἀθέσμων Βαρβάρων
 110 ἄφω παρεισέβρευσεν τοῖς ἐγχωρίοις,
 φυλακτικῶν ἔσθθεν οὐσι τεχνέων
 ὁμοῦ μετ' αὐτῶν τῶν γυναικῶν καὶ τέκνων,
 καὶ τὴν ἑορτὴν τοῦ θεοῦ Διονύσου
 ἐκεῖ τελοῦσι, καὶ συνεστιωμένοις
 115 σκηνοβόραφικῶν ἐνδοθεν στεγασμάτων·
 δι' ἣν ἑορτὴν καὶ Δρόσιλλα παρβένος,
 σὺν ταῖς κατ' αὐτὴν καὶ κόραις καὶ παρβένοις,
 τὸ τεῖχος ἦδη τῆς παλίνης ἐξέδου,
 χοροῦ καλὴν τόνρωσιν ἐστήσαμένη.
 120 Ὡς οὐρανὸς γὰρ ἦν ἕναστρας ἡ κόρη,
 χρυσοῦν φαεινὸν λευκοπόρφυρον φάρος,
 πρὸς τὴν ἑορτὴν δῆθεν, ἡμφιεσμένη·
 εὐρυθμὸς ἦβη· λευκόχειρ, χρυσταλλόχειρ·
 χεῖλη, παρεῖα ἐξέρυθρος ὡς ῥόδον·
 125 ὀφθαλμοὶ αὐτῆς εὐπερίγραφος, μέλας·
 πυρσὴ παρειᾶ, βίς γρυπῆ· στιλπνὴ κόμη,
 καὶ καὶ γλιδῶσα καὶ διευθετισμένη·
 κάλυξ τὰ χεῖλη, σίμβλον ἀνεωγμένον,
 θυμῆρες ἐκρέοντα τοῦ λόγου μέλι·
 130 γῆς ἄστρον ἐξαστράπττον, οὐρανὸς ῥόδον·
 εὐρυθμὸς ὁ τράχηλος ἐκτεταμένος·
 τὰ πάντα τερπνά· κυκλοειδεῖς ὀφρύες·
 καὶ πυρσὸν αἰγλήγента λευκερυθρόχρου
 αἰ τῶν παρειῶν ἐξέπεμπον λαμπάδες·
 135 χιῶν δὲ τάλλα τοῦ προσώπου τῆς κόρης·
 ὁ βόστρυχος χρύσειος· αἱ πλοκαμιδεῖς
 ξανθαί, μελιχραί, χρυσοειδεῖς, κοσμίαι,
 τεταμένοι τε καὶ πνέουσαι τοῦ μύρου·
 ἡ γνάθος, ὁ τράχηλος ἐστιλβωμένα·

Quod quidam calidis Luciferi radiis effici omnino cre-
 dendum est.

Quando enim, idque apto tempore, ardentem vim me-
 diis inspirant calathis, angusto jam nudatur galero rosarum
 suavespirantium honos.

Nec non hic fluebant fontani latices, frigidi, vitrei, et
 veluti mella dulces.

Columna surgebat medio fontis meditullio, intus arte
 summa sculptoris hocce elaborata modo :

longo nimirum erat tubo similis, per quem rapido unda
 motu sursum elata, ab aquila excipiebatur, quæ ænea su-
 perne stabat artificiosissime, cujusque manabat ab ore.

Pulchri simul fontis medio in orbem stabant dispositæ
 statuæ e lapide albo affabre politæ, Phidiæ manus, labor-
 que Zeuxidis et Praxitelis, virorum statuariæ peritissi-
 morum.

In dextra horti parte, extra lignea septa, ara Baccho
 instructa fuit, cujus festum celebrabant Barzitæ, quum ne-
 fariorum multitudo Barbarorum subitis fluctibus populares
 oppressit, extra mœnium custodiam versantes una cum
 conjugibus liberisque, et Bacchi dei solemnia illic agentes,
 simulque vescentes sub tegmine teneriorum.

Hæc propter solemnia Drosilla virgo, una cum puellis vir-
 ginibusque coætaneis, oppiduli muros liquerat pulchrum
 chori orbem instaurans.

Cælo stellis pellucenti similes se ferebat puella, distin-
 ctam auro, splendidam, alborpurascentem, ut in festo
 die, vestem induta ;

statura, commoda, candidis, crystallinis manibus, labellis
 genisque rosarum colore rubentibus ; oculis nigris concin-
 noque orbe circumscriptis ; genis rubeis ; naso paululum
 inflexo ; comis nitidis, luxuriantibus, et apte dispositis ;
 labia dixeris rosarum calycem, alveare apertum, dulce
 fundens mel loquela ;

scintillans erat ferræ sidus, cæli rosa ;

Concinnum collum et procerum ; nihil non fuit ama-
 bile ;

supercilia belle sinuabantur, et genarum lampades flamma
 præfulgebant splendida, subalbescente simulque rubescente ;
 cæteras vultus virginiei partes nix tegebat ;

Aurea fuit coma, flavi cincinni, mellei, aurei, decori,
 prolixi et unguenta fragrantia spirantes ; splendebant mala
 collumque ;

- 110 τὸ χεῖλος αὐτῆς νέκταρ ἦν ἀποβρέον·
τὸ στέρον ἄλλην εἶχεν ὀρθρίαν δρόσον·
ἤβης τὸ μέτρον ὡς κυπάριττος νέα·
εὐτορνος ἡ ῥίς· τῶν δόντων ἡ θέσις,
ὡς σύνθεσίς τις μαργάρων λευκοχρῶν·
- 115 τὰ κυκλοειδῆ τῶσα τὰ τῶν θρῦών
ὡς τόξον ἦν ἔρωτος ἐγχεχαρμένου·
ἔοικεν ὡς ἔμιξε γάλα καὶ ῥόδα,
καὶ συνδιεχρώσατο, καθὰ ζωγράφος,
ταύτης τὸ σῶμα λευκέρυθρον ἡ φύσις.
- 120 Θάμβημα δ' ἄρ' ἦν συγγορευούσαις κόραις
λειμῶνος ἐντός τοῦ νεῶ Διονύσου.
Οἱ δάκτυλοι δὲ καὶ τὰ τῶν ὤτων ἄκρα
ἀνθρακας εἶχον, ὡς τὸ πῦρ ἀνημμένους,
χρυσῶ καθαρῶ συμπεπηγότας λίθους·
- 125 ἤστραπτον αὐτῆς χεῖρες ἐκ τοῦ χρυσοῦ,
καὶ μὴν σὺν αὐταῖς ἀργυροσκελεῖς πόδες·
οὕτω τοσαύτην ἡ Δρόσιλλα παρθένος
καινήν ἐπηυτύχησε καλλονῆς χάριν.
Ἐπεὶ δὲ μακροῖς τοῖς πότοις ἐνετῤύφων
- 130 καὶ μέχρι δυσμῶν καὶ βαθείας ἐσπέρας,
οἱ δυσμενεῖς χαίροντες ἐξηραγμένων,
(τὸ Βάρβαρον φύσει γὰρ ἐγχαίρει μέθαις,
φιλεῖ δὲ τρυφαῖς ἐκδίδοσθαι καὶ πότοις,
καὶ μάλλον εἶπερ εὐχερῶς ἀφαρπάσοι,
- 135 ἄλλοτριαν ὑπαρξίν εὐρὸν ἀθρόαν),
ἐκ τῆς τραπέζης ἐξάνεστησαν μόλις
ἐφ' ᾧ τραπῆναι καὶ πρὸς ὑπνον αὐτίκα.
Ὁ γοῦν Κρατύλος (τοῦτο γὰρ ὁ Παρθάναξ)
τῆς συνθολούσης μικρὸν ἐκνήψας μέθης
- 140 τῷ Λυσιμάχῳ ταῦτά φησι σατράπῃ·
« Ἡμεῖς μὲν ἤδη καὶ πότου καὶ σιτίων
« ἐλάβομεν νῦν, ἀλλὰ καὶ μέθης, κόρον,
« ἡ καὶ τὸν ὑπνον ἐντίθησι ταῖς κόραις·
« καιρὸς τὸ λοιπὸν συχλιθῆναι, σατράπα,
- 145 « πρὸς ὑπνον ἡμᾶς τῆ τρυφῆ δεδοκόςτας.
« Σὺ γοῦν, ἀληθῶς φιλάγρυπνε καρδίαι,
« μὴ συγκαθευδήσειας ἐξ ἡμῶν μόνος·
« λαβῶν δὲ σὺν σοὶ καὶ στρατοῦ τοὺς ἐκκρίτους,
« ἔππευε κύκλῳ τῶν ἀλόντων δεσμίων,
« τηρῶν, φυλάσων, προσκοπῶν, περιτρέχων,
- 150 « μήπως ἀποδράσαιεν ἐν λεληθότι,
« καὶ μικρὸν ἡμῖν ἐμπαράσχοιεν γελῶν,
« ἡ καὶ νεανικόν τι δράσαιεν τάχα
« εἰς τοὺς ὑφ' ἡμᾶς ἡδέως κοιμημένους. »
- 155 Τοιοῦτον ἐξ ἀνακτος ἀγαεινὸν λόγον
ὁ Λυσιμάχος σατράπης δεδαγμένος,
ἤδη τὸν ὑπνον ἐκτινάξας μακρόθεν,
εἰς φυλακὴν ἔσπευδε τῶν κρατουμένων.
Ἐπεὶ δ' ὁ λαμπρὸς ἥλιος διφρηλάτης
- 160 ἀπανταχοῦ γῆς τὴν ἑαυτοῦ λαμπάδα
ἐξῆπτε, φαιδρὰν δεικνύων τὴν ἡμέραν,
ἀνίσταται μὲν εὐθέως ὁ Παρθάναξ,
καὶ Λυσιμάχον τῆς φυλακῆς θαυμάσας,

e labii nectar defluebat, et pectus alio rore madebat martino;

statura fuit cupresso par novellæ, naso bene tornato, dentibus albarum instar margaritarum dispositis; incurvos superciliarum arcus arcum esse putaveris Amoris, sed lætabundi.

Natura videbatur lacte rosisque commixtis virginis, velut pictor, candidoroseum coloravisse corpus.

Stupor itaque puellis erat, quæ simul cum ea in prato Dionysiaci templi choros nectebant.

Digiti et imæ auriculæ carbunculis radiabant, fulgentibus ut ignis, auroque puro coalitis.

Et auro micabant brachia, crurum quoque pedes argenteorum.

Adeo præstanti novoque pulchritudinis dono Drosilla virgo fuerat a natura prædita.

At postquam rapinarum læti se longo Barbari potui immerserunt ad solis occasum altamque vesperam, (Barbarum enim genus ebrietate gaudet, amatque se potui dare et deliciis, præsertim quum facili conatu alienas magnasque copias prædatum est), tandem relictis surrexerit mensis, ut somno se statim traderent.

Igitur Cratylus (hoc enim erat Parthorum regulo nomen) ab ebrietatis perturbatione paulisper recreatus, his Lysimachum satrapam verbis alloquitur:

« Vini jam et ciborum cepimus satietatem, nec non et ebrietatis quæ somnum infundit oculis.

« Demum est tempus, satrapa, somnum post has delicias carpere.

« Tibi quidem, o cor vere vigilatissimum, uni omnium nunc non erit dormiendum:

« at, delectis omni ab ordine compertæ fortitudinis militibus, cum eis captivos circum equita servans, observans, invigilans, discurrens, ne forsitan clam auferant nosque faciant parum ridentes, vel quid audacius moliantur nostros adversus milites dulci pressos sopore. »

Auditis satrapa Lysimachus reguli non jucundis vocibus, jam excusso somnolentiæ torpore ad custodiam se captivorum adiecit.

At postquam fulgidus sol curru invectus totas undique terras accensa lampade illustravit, splendidum ostendens diem, extemplo consurgit Parthorum dux, et Lysimachum curæ miratus egregiæ,

λαμπροῖς τὸν ἄνδρα δεξιούται τοῖς λόγοις,
 195 πολλάς πρὸς αὐτὸν ἐκτελῶν ὑποσχέσεις·
 ναὶ μὴν σὺν αὐτῷ καὶ τὸ τῆς λείας πλέον
 αὐτοῖς παρασχεῖν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐξέφη·
 « τοὺς γὰρ πονοῦντας ὑπὲρ ἄλλους τί πλέον
 « καὶ δωρεῶν χρῆ δεξιούσθαι μερίζων. »
 200 Τοσαῦτα λέξας, ἐξάνεστη τῆς κλίνης·
 ἀνίσταται δὲ καὶ τὸ Βάρβαρον φύλον
 οὐ βραδέως ἔτοιμον ἀνθυποστρέφειν.
 Καὶ δὴ συνάξαν τὰ διεσκορπισμένα,
 τὴν αἶγα, τὴν βοῦν, τοὺς ἀλόντας δεσμίους,
 205 αὐτῇ κελεύσει τοῦ κρατοῦντος Κρατύλου,
 ἰθυτενῶς ἤλαυνε πρὸς τὴν πατρίδα.
 Φθάσαντες οὖν ἐκεῖσε πεμπταῖω φάει,
 εἰς φυλακὴν ἔδοντο τοὺς κρατούμενους,
 μίξαντες αὐτοὺς τοῖς προεγκλεισμένοις
 210 ἐκ πρωτολείας αἰχμαλώτοις ἀθλοῖς·
 οἱ καὶ φυλακῆς ἔδνον ἐμβεβλημένοι,
 χαμαὶ πεσόντες καὶ κλιθέντες εἰς γόνυ,
 τὴν σφῶν ἀπωδύροτο δυσμενῆ τύχην,
 μόνους ἐμαχαρίζον, αἰῶν ἤξιον
 215 οὐδ' ἔργον εἰργάσατο τὸ ξίφος φόνου,
 τούτων καλοῦντες τὴν σφαγὴν εὐεργέτιν·
 ψυχὴ γὰρ ἀνέραστός ἐστι τοῦ βίου
 λύπαις ἀμέτροις ἐμπεσοῦσα πολλάκις.
 Τὴν δὲ Δρόσιλλαν δυστυχῶς, δυσδαίμονως
 220 διαζυγεῖσαν ἐκ παλαμναίας τύχης
 τοῦ μέχρι φωνῆς νυμφίου Χαρικλέος
 ἢ τῆς Χρυσίλλης εἶχε γυναικωνίτις·
 γυνὴ γὰρ ἢ Χρυσίλλα Πάρθου Κρατύλου.
 Ὁ γοῦν Χαρικλῆς ἔδνον ἐγκεκλεισμένος
 225 τῆς φυλακῆς, ὡς εἶπον, ἤρξατο στένειν.
 Καί· « Τίς Ἐριννύς, Ζεῦ Ὀλύμπιον κράτος,
 « Δρόσιλλαν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ἀγάλης
 « τῆς τοῦ τοσαῦτα δυστυχοῦς Χαρικλέος; »
 εἰπὼν Χαρικλῆς, μεῖζον ἀντεκεχράγει·
 230 « ὦμοι, Δρόσιλλα! ποῦ πορευῆ; ποῦ μένεις;
 « ποῖαις ἐτάχθης δουλικαῖς ὑπουργαῖς;
 « ἀνηρέθης πρὸς τίνος ἐχθρῶν ἀγρίων;
 « ἢ τῆς ἀμυδρῶς, ὡς σκιά κινουμένη;
 « κλαίεις; γελᾷς; ὄλωλας; ἐββύσθης φόνου;
 235 « χαίρεις; θλίβῃ; δέδοικας, οὐ φοβῆξ' ἔξφορος;
 « ἀλγείς; κρατῆ; πέπονθας, οὐ πάσχεις φθόρον;
 « τίνος μετέρχῃ λέκτρον ἀρχισατραπέου;
 « ποῖός τις ἐχθρὸς νῦν φανείς σοι δεσπότης
 « ἐκ δακτύλων σῶν τὸν κρατῆρα λαμβάνει;
 240 « ἢ ποῦ σε, πολλῆς ἐμφορούμενος μέθης,
 « τυχὸν πατάξει βαρβαρῶδει κονδύλω
 « πταίουσαν, οὐχ ἐκοῦσαν· αἶ αἶ σοι τύχης!
 « ἢ καὶ Κρατύλος οὗτος ὀφθαλμὸν λίχνον
 « ἐπεμβαλεῖ σοι, καὶ φθονήσει τοῦ γάμου·
 245 « πρὸ τοῦ τυχεῖν δὲ, τῆς Χρυσίλλης ὁ φθόνος
 « διαφθερεῖ σκύφω σε δηλητηρίου.
 « ὦ τοῦ Διὸς παῖ, Διόνυσε, πῶς πάλοι

honorificis satrapam verbis excipit, multa ipsi pollicitus, et insuper addens majorem quoque prædæ partem ejus datum iri militibus :

« nam qui majores quam cæteri labores toleraverunt, « majoribus quam cæteri donis afficere æquum est. »

His dictis e lectulo surrexit, et reliqui statim consurgunt Barbari, jam ad abeundum alacres.

Atque coactis dispersim vagantibus capellis et bobus, captivisque simul, recta in patriam tendunt iter, jubente duce Cratylo :

quo quum pervenissent quinta post luce, captivos in vincula conjecerunt, datos in societatem captivis aliis miseris, qui, prædationum anteriorum pars eximia, jam pridem in carcere gemebant.

Conjecti in custodiam et humi jacentes, genibusve innixi, crudele lugebant fatum, illos solos felices clamantes, laudantesque solos, quos gladius peremerat, et pro beneficio cædem illis fuisse dicebant

et enim animus immensis sæpe oppressus doloribus vitam fastidit.

Drosillam autem quam misere infortunateque atrox Fortuna divulserat a Charicle, sponso quidem, sed nomine tenuis, Chrysilæ, Cratylo Partho nuptæ, gynæceo tenebatur.

Charicles igitur, quem dixi modo carcere clausum, in genere cœpit :

« Jupiter, Olympica potestas, quæ Erinnyis Drosillam « ab ulnis eripuit Chariclis infelicissimi? »
 Moxque altius etiam inclamans :

« Hei mihi! Drosilla, quo vadis? ubi manes? quibus « damnata es servilibus operibus?

« an aliquis te sævorum interemit hostium? an langui- « dam trahis vitam, tenuis ad umbræ modum? lugesne? « ridesne? periistine? Salvane es a cæde? gandesne? mo- « stane es? timesne vel non times gladium? dolesne? ver- « berarisme? passane es, patirisne vim?

« Cujus lectum subiisti archisatrapæ? Quis hostium, jam « tibi factus herus, e manu tua poculum prehendit?

« Ah! forte multo impletus mero pugnns te cædet bar- « baris, peccantem, sed invitam. Hei tibi, fatum crudele! « vel etiam Cratylus ille devorantes oculos injiciet tibi, et « nostris invadebit nuptiis?

« Sed antequam te potiat, Chrysilæ zelotypia poculo « te necabit lethali.

« O nate Jove, Bacche, cur dudum

« τὸν τῆς Δροσίλλης ἀνθυπέσχου μοι γάμον,
 « ἐπεὶ σε πολλαῖς ὑπὲρ αὐτῆς θυσίαις
 250 « ἐδεξιούμεν τὸν κακάγγελον τότε;
 « Ἄρ' οὖν ἔχεις ἔννοιαν ἐν τῇ καρδίᾳ
 « καὶ σὺ, Δρόσιλλα, τοῦ φίλου Χαρικλέος,
 « θρηνοῦντος, οἰμώζοντος, ἐγκεκλεισμένου;
 « Ἥ μὴν λέλησαι τοῦ θεοῦ Διονύσου,
 255 « καὶ τῆς δι' αὐτοῦ πρὸς Χαρικλῆν ἐγγύτης,
 « ἐκ τῶν ἀναγκῶν ἐμποδῶν σοι κειμένων,
 « τῆς αἰχμαλώτου συμφορᾶς καὶ τοῦ πάθους. »
 Οὕτω Χαρικλεῖ πρὸς Δρόσιλλαν ἀσχέτως
 πολύστονον πλέκοντι τὴν τραγωδίαν
 260 ἐφίσταται τις ἀγαθὸς νεανίας,
 τὸν φόγγον ἡδύς, εὐγενῆς τὴν ιδέα,
 σναιχμαλώτος, συμφυλακίτης, ξένος,
 καὶ συγκαθεσθεὶς πηλοῖον Χαρικλέος
 παρηγορεῖν ἔσπευδε συμπεπονηότα,
 265 λέγων· « Χαρικλεις, λήξον ὀψὲ τῶν γόων·
 « ἐμοὶ λόγον δὸς, ἀνταπόκρισιν λάβε,
 « ὡς ἂν τὸ πλεῖστον τῆς ἀθυμίας βάρος
 « ἐκ προσλαλιᾶς κουφίσῃς αὐθαιρέτου·
 « λύπης γάρ ἐστι φάρμακον πάσης λόγος,
 270 « ψυχὴ δὲ πάντως οὐκ ἂν ἄλλως ἰσχύσει
 « πῦρ ἐξαναφθὲν θλίψεων κατασθέσει,
 « εἰ μὴ πρὸς ἄλλον ἐξαγάγῃ τὸ θλίβον,
 « παρηγορεῖν ἔχοντα τοὺς λυπομένους. »
 « Καλῶς λέγεις, Κλέανδρε. » Χαρικλῆς ἔφη·
 275 « πλὴν ἀλλὰ νῦν πρόσρησις ἢ σὴ καὶ μόνη
 « ἀρκεῖ τὰ πολλὰ τῶν παθῶν μου κοιμίσαι.
 « Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦξ ἀντεπῆλθεν, ὡς βλέπεις,
 « καὶ νυκτὶ πεισθῆναί με, φιλότης, πρέπει,
 « ἔα με λοιπὸν ἡρεμοῦντα συγκλίνει,
 280 « εἴ πως βραχύν τὸν ὕπνον ὀφθαλμοῖς λάβω,
 « λήθην μικρὰν σχῶν τῶν ἐμῶν παθημάτων.
 « Ἦς αὐριον δὲ, νυκτὸς ἐκχωρησάσης,
 « ἐπαχρόαση συμφορῶν Χαρικλέος. »
 Οὕτω τραπέντος πρὸς ὕπνον Χαρικλέος,
 285 Δρόσιλλα πικρῶς ἐστέναξεν ἐκ βάθους
 ἐν παρθενῶνι τῆς Χρυσίλλης κειμένη·
 οὐ γὰρ κατασχεῖν ἠδυνήθη τὴν κόρη
 νῆδυμος ὕπνος ἐκχυθεὶς κατ' ὀμμάτων·
 « Ψυχὴ φίλη, » λέγουσα « Χαρικλεις ἄνερ,
 290 « ἄνερ Χαρικλεις, μέχρι γοῦν φωνῆς μόντης,
 « σὺ μὲν καθυπνοῖς τῆς φυλακῆς εἰς μέρος
 « Δρόσιλλαν εἰς νοῦν οὐδὲ μικρὸν εἰσφέρων,
 « ἀλλ' ἀμελήσας ἐκ κακῶν προκειμένου
 « καὶ τῆς προβάσεως ἐγγύτης αὐθαιρέτου,
 295 « καὶ τοῦ θεοῦ με τοῦ συνάψαντος πάλαι
 « σοὶ τῇ Χαρικλεῖ, πλὴν ὑποσχέσει μόνη·
 « ἀλλ' ἢ Δρόσιλλα πολλὰ τοῦ Χαρικλέος
 « καταστενάζει δακρύων πληρουμένη,
 « καὶ μέμφεται σε, καὶ πρὸ τοῦ τὰ τῆς Τύχης,
 300 « ἀμνημονοῦντα τῆς προηγυγημένης.
 « Κἂν γὰρ τοσοῦτον ἢ παλαμναία Τύχη

« Drosillæ nuptias mihi vicissim pollicitus es, quum mul-
 « tis olim pro Drosilla sacrificiis ornarem te malorum præ-
 « nuntium?

« Et tu, Drosilla, servasne in animo memoriam Chari-
 « clis amici, lugentis, plorantis, captivi?

« Oblita es profecto Bacchi, et fidei quam, parario deo,
 « Charicli dederas, in hisce quæ te premunt necessitudini-
 « bus, captivitate et infortunio.

Talibus Charicles indesinenter Drosillam alloquebatur
 vocibus, multa gemens, quum illi ante oculos se offert
 juvenis optimus, dulciloquus, adpectu nobilis, socius
 captivitatis, carceris ejusdem habitator, hospes, qui Cha-
 ricli propius adsidens, ægrum æger ipse solari conabatur :

« Charicles », ait, « desine tandem querelarum.

« Tecum fabulari me sinas, vicissimque responde, ut pla-
« cito colloquio levius tibi fiat doloris onus.

« Est enim sermo inestitiæ remedium, animusque non
« aliter possit ardentem doloris ignem restinguere, quam
« si alteri mala aperiat, dolentem qui valeat consolari. »

Cui Charicles : « Bene mones, Cleander; cetero, jam
« sola hæc adlocutio tua non minimam malorum partem
« sopivit.

« Sed, vides enim, nox præcipitat; et, amice, me nocti
« credere æquum est.

« Sinas ergo mea me placide reclinare membra, si forte
« brevem oculis admittam somnum, parvaque dolorum
« lraur oblivione.

« Cras autem, ubi nox diei decesserit, discas Chariclis
« infortunia. »

Ergo Charicles somnos petivit.

Drosilla interea in cubiculo Chrysillæ recubans amaro
alto de corde gemitus edidit; nam dulcis sopor puellæ oculis
superfusus erat, nequicquam.

« O cara anima! » inquebat « o Charicles conjux! o con-
« jux Charicles, at solo nomine tenus!

« Tu quidem carceris in parte dormis, Drosillæ ne minime
« quidem memor, sed oblitus, ob mala præsentia, sponsionis
« etiam illius qua lubentes alter alteri juncti sumus, ac dei
« qui olim me tibi Charicli propriam dicavit, duntaxat qui-
« dem pollicitus.

« At Drosilla, oculos referta lacrymis, multa propter Cha-
« riclem ingemiscit, et te culpat, ac prius Fortunæ sævitiam,
« quod conjugis tibi sponsæ non serves memoriam.

« Quamvis enim sævo contra te, Charicles, duello pugnet

« ἀντιστρατεύῃ δυστυχῶς σοι, Χαρίκλεις,
 « ἢ καὶ πρὸ σοῦ μοι τῇ Δροσίλλῃ παρθένω,
 « ὡς τὴν ἀδιάρρηκτον ἀλληλουχίαν
 305 « ἡμῶν διασπᾶν καὶ μερίζειν εἰς δύο. —
 « (Τί γὰρ, Τύχη βάσκανε, μὴ κόρον δέχη
 « τῇ προφθοασάῃ ποικιλῇ περιστάσει
 « καὶ τῇ κατασχούσῃ με νῦν τιμωρίᾳ,
 « ἀλλ' ἐκτὸς ἐγκλείεις με τοῦ Χαρικλέος;
 310 « Ὑπὲρ τὸ φῶς μοι τῆς φυλακῆς τὸ σκότος,
 « εἰ συγκαθῆσθαι Χαρικλεῖ κατεκρίθην,
 « καὶ χθὲς σὺν αὐτῷ τὴν φυλακὴν εἰσέδυν.)
 « Ἐγερῆν, Χαρίκλεις, κἀν τοσοῦτον ἡ Τύχη
 « ἀντιστρατεύῃ, πρὸς διάστασιν φίλων,
 315 « καὶ μηχανᾶται συμμερισμὸν τῶν δύο,
 « ἀγωνιᾷ δὲ φεῦ! διασπᾶν εἰς τέλος
 « τοὺς εἰς ἐν ἐμπνέοντας ἀλληλεγγύως,
 « μὴ καταπίπτειν, μηδὲ λήθη διδόναι,
 « ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν τὴν παλαμαναίαν Τύχην
 320 « ἀλκὴν μεγίστην ἐνδιδύσκεισθαι πλέον.
 « Σὺ δ' ἀλλ' ἐφρυπνοῖς, καὶ Δροσίλλας λανθάνῃ·
 « ἡ δὲ στενάζει, καὶ θεοῦ μαρτύρεται
 « διαβραγῆναι μηδαμῇ Χαρικλέος.
 « Κισσὸς γὰρ εἰς δρῦν δυσάποσπάστως ἔχει·
 325 « ἐθίζεται γὰρ συμπλοκαῖς ταῖς ἐκ νέου,
 « καὶ σωματοῦται, καὶ δοκεῖ πεφυκέναι
 « ἐν σῶμα, διπλὴν τὴν ἐνέργειαν φέρον·
 « οὕτω Δροσίλλα πρὸς Χαρικλῆν νυμφίον
 « ἐν σῶμα καὶ φρόνημα καὶ ψυχὴ μία·
 330 « κἀν χθὲς, τραπέζης κειμένῃς, ὁ Κρατύλος
 « ἐκδηλος ἦν ἔρωτα δεινὸν ἐκτρέφων,
 « καὶ βάσκανόν μοι βλέμμα δεικνύειν θέλων.
 « Ὁμοί, Χαρίκλεις, κλῆσις ἡ φιλητέα,
 « πῶς αἰ καθ' ἡμᾶς συμφοραὶ σχοιοῖεν τέλος;
 335 « Ὡς νῦν ἐγὼ, σοῦ κἀν διήρημαι, κρίνω
 « μικρὸν παρηγόρημα τὸ βλέπειν μόνον
 « καὶ τὴν φυλακὴν ἧς κατεκλείσθης ἔσω·
 « ναὶ τοῦτο μικρὸν, καὶ τὸ πάντως εἰδέναι
 « ποῦ νῦν διάγεις, ποῦ καθέυδεις, ποῦ κάθη!
 340 « Ἄφες τὸν ὕπνον, εἴπερ ὑπνώττειν ἔχεις·
 « γνῶθι Δροσίλλαν· σὲ στενάζει, σὲ κλαίει·
 « σύγκλαιε, συστέναζε, συγκατηφία.
 « Ἦπου, Χαρίκλεις, οὐκ ἀπὸ δρυῶν ἔφως,
 « καὶ σὲ στενάζειν ἐννοῶ καὶ θαυρούειν,
 345 « καὶ μὴ διυπνώττειν σε νυξίν ἐν μέσαις,
 « πολλὰ Δροσίλλης παρθένου μεμνημένον.
 « Ὡ δεῦρο! μακρὸν, Ὑπνε, συγκατάσχέ με,
 « εἴ που φανείς ὄνειρος ἐγκαθηδύνοι,
 « ἐμοὶ παριστῶν τὸν φίλον Χαρικλέα·
 350 « οἱ γὰρ ποθοῦντες ἢ φιλοῦντες πολλὰκις
 « θέλουσιν, οὐ βλέποντες ἀλλήλους ὕπαρ,
 « ἐν τοῖς ὄνειροις συλλαλεῖν καὶ συμπνέειν. »
 Οὕτω λεγούσης τῆς Δροσίλλης παρθένου,
 καὶ νυκτερινὸν ἐκτραγωδοῦσης γόνον,
 355 τοῖς αἰχμαλώτοις ἀντεπῆλθεν ἡμέρα,
 τοῖς ἐν φυλακῇ δυστυχῶς κεκλεισμένοις,

« atrox Fortuna, quæ prius contra me Drosillam virginem
 « pugnavit, ut indissolubilem nostram utriusque copulam
 « divellat rescindatque bifariam. —

« Quid enim, invida Fortuna, non satiata es præterita-
 « rum varietate calamitatum et his quibus nunc premor an-
 « gustiis, sed me procul a Charicle seclusam tenes?

« Carceris tenebræ mihi luce cariores ipsa, si cum Chari-
 « cle includi me jussisset, et heri cum ipso carceris ostium
 « subiissem! — oportuit, Charicles, etsi Fortuna tam valide
 « nos aggrediatur, et alterum divellat ab altera, coneturque
 « omnino nos distrahere, qui data vicissim fide in unum
 « conspiramus;

« oportuit non cedere malis nec oblivioni mentes tra-
 « dere, sed contra ipsam atrocissimam Deam fortitudinem
 « induere maximam.

« At tu dormis, Drosillæ oblitus, longam gementis
 « noctem, testantisque Deos nunquam a Charicle se posse
 « divelli.

« Hedera quercui tenacibus adhæret brachiis; longa enim
 « consuetudine et nexu diuturno in ipsius fere corpus con-
 « vertit et unum e duobus fieri videtur, duplici vi præditum;

« sic Drosilla cum Charicle sponso corpus unum habet,
 « animam unam unamque mentem:

« et tamen heri, positus mensis, Cratylus funestum alere se
 « amorem non celavit, diro me cupiens fascinare oculo.

« Hei mihi, Charicles! o Charicles! dulce nomen! quæ-
 « nam finis erit nostris concessa malis?

« A te nunc separata, parvum duco solatiolum videre
 « saltem quo es inclusus carcerem, parvum et nosse ubi
 « nunc agis, ubi dormis, ubi sedes.

« Ah! excute somnum, dormire si potis es.

« Drosillam reputa, quæ te luget, deflet te: fle cum ipsa,
 « cum ipsa gemit, sis cum ipsa mæstus.

« Profecto, Charicles, duro non es robore natus, et te
 « genere credo plorareque, nec per medias stertere noctes
 « ob plurimam Drosillæ virginis memoriam.

« Huc ades, Somne, meque diutine totam habe, si forsan
 « me recreet insomnium mihi meum Chariclem ostendens.

« Etenim sæpe qui cupiunt vel amant, quum se interdiu
 « videre nequeant, in somnis conloqui solent et aura simul
 « frui ætheria. »

Dum talia dicebat, et nocturna gemitus ore tragico fun-
 debat Drosilla virgo, captivis illuxit dies in carcere misere
 conclusis,

κᾶν καὶ τὸ ταύτης ὡς βαθύτατον σκότος
κατακρατοῦν ἦν καὶ γνωφοῦν τὴν ἡμέραν.

BIBAION ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

- Τῆς ἡμέρας δὲ θᾶπτον ἀντιλαμπράτης,
καὶ τοῦ γίγαντος καὶ φεραυγοῦς ἡλίου
ἐκ τῶν στενωπῶν τῆς φυλακῆς νυγμάτων
ἀκτίνα μικρὰν ἐμβαλόντος τοῖς ἔσω,
5 εὐθὺς Χαρικλῆς ἐξανίσταται μόνος·
ἰδὼν δὲ πάντας βαθέως κοιμημένους,
μέγα στενάξας ἐκ μυχοῦ τῆς καρδίας,
ἔφησεν· « Ἄνδρες συμπεφυλακισμένοι,
« εἰκόδες ὑμῖν ἐστὶν ὑπνοῦν εἰσέτι·
10 « ὦν καὶ γὰρ οὐ κατέσχε καρδίας πλάτος
« τὸ δριμύ φίλτρον, οὐδ' ὁ τοῦ πόθου πόνος,
« ὦν οὐ κατεκράτησε τῆς ψυχῆς ἔρωσις,
« τί καινόν, εἰ τὸν ὕπνον ἀσπάξοισθέ μοι
« ἐκ νυκτὸς ἀρχῆς ἄχρι φωτὸς ἡλίου;
15 « Ὁ γὰρ ἔρωσις εἴθε νύκτωρ τὸ πλέον
« ἀναπτεροῦσθαι τοῖς ἐρωσιν εἰσρέων,
« ψυχῆς ἐρωστος ἐνσχολαζούσης τότε
« ὅλης ἐκείνῳ δῆθεν ἀνακειμένης·
« Ὡς ἄφελος γοῦν εὐσθενῶς ἔχων, ἔρωσις,
20 « ποιεῖν ἐρᾶν μὴ τοὺς χαμαὶ κινουμένους!
« ποῖων δὲ πάντως, καὶ τυχεῖν πῶς οὐ δίδως,
« πολλῶν δὲ πολλοὺς ἀξιοῖς παθημάτων,
« ἔως τυχεῖν γένοιτο τοῦ ποθομένου; »
Οὗτος Χαρικλῆς, καθ' ἑαυτὸν ἡρέμα
25 ὀρητῶν, κατεστάλαξε βρεῖθρα δοκρῶν·
πολύδακρυς γὰρ γίνεται πάντως ἔρωσις
ψυχαῖς ἐπαχθῆς ἐμπεσὼν τεθλιμμέναις.
Ἄλλ' οὐκ ἔλαβε τὸν Κλέανδρον δακρῶν.
Προσέρχεται γοῦν ἐξαναστάς εὐθὺς
30 ὅπου Χαρικλῆς εἶχε τὴν γῆν ὡς κλίτην,
καὶ « Χαῖρε, » φησὶ « συμφυλακίτα ξένη.
« Λέγοις ἂν ἡμῖν τὰ προὔπεσχημένα,
« τὰς σὰς, Χαρίκλεις, συμφορὰς καὶ τοὺς πόνους·
« ἐνταῦθα δ' αὐτὸς, συγκαθεσθεὶς ἐγγύθεν,
35 « τὰς ἀκοὰς διδοῖμι τῇ τραγωδίᾳ.
« Καὶ γὰρ σὺ σαυτὸν κουφίεις στεναγματίων
« ἐμοὶ παριστῶν δῆλα τὰ θλίβοντά σε,
« καὶ τὸν Κλέανδρον τὸν συνεγκεκλεισμένον
« ἐλαφρυνεῖς με τῶν ἐμῶν παθημάτων·
40 « οὐ γὰρ μόνος σὺ τὴν φυλακὴν εἰσέδυσ·
« Εἰ καὶ πρὸ ταύτης αἰχμάλωτος ἐσχέθης,
« ψυχὴν ἔχων ἔρωτι πυρπολουμένην,
« οὐδ' ὁ Κλέανδρος ἀνέραστος ἐσχέθη,
« οὐ τὴν φυλακὴν δυστυχῶς προεισέδυσ·
45 « ἐρωτικῶν ἄμοιρος ἐνοσημάτων,
« καὶ συμφορῶν ἀγευστος, αἷς παλεὶ Τύχῃ
« ἐρωτικοῖς σε συμπλακέντα δικτύοις.
« Ἄλλοις; συναλγῶ. Δακρῦεις; συνδακρῶ.

adeo tamen profundo ut densissimæ tenebræ diei vince-
rent facem et obscurarent.

LIBER SECUNDUS.

At non multo post luce splendescente, et sole gigante
lucifero per angustas custodiae rimas tenuem usque in inte-
riora radium immittente, continuo Charicles surgit ex om-
nibus unus, quos alto cernens demersos somno, gravem
imis e præcordiis gemitum trahens,

« Viri, » inquit « vinculorum socii, vos adhuc dormire
« par est :

« quorum enim corda non invasit acer amor, nec solli-
« cita cupido, quorum non regnat animorum filius Ve-
« neris, quid mirum si somno indulgetis a prima noctis
« umbra usque ad solis jubar ?

« Amor enim noctu solet plerumque grandioribus alis
« amantium illabi animis, tuic per hæc quietis otia ipsi
« prorsus patentibus.

« Oh! utinam, Amor tam strenuis prædite viribus, ho-
« munculos humi reptantes ab igne tuo siveris esse im-
« munes! sed quum uras omnes, cur non das omnibus esse
« felicibus, at multos multis premis doloribus, donec desi-
« derium potiri denique possint? »

« Sic Charicles secum summissa voce gemens mittebat rivos
lacrimarum:

gaudet enim ploralibus Amor, fessis incumbens gravior
animis.

At lacrimans Cleandrum non latuit, qui protinus surgens
ad eam carceris partem accessit, ubi Charicli solum erat
pro lectulo; et « Salve » ait « hospes, captivitatique sociæ.

« Narra quæ es pollicitus modo, Charicles, tuas ærumnas
« laboresque tuos.

« Hic te propter considens, aures præbebo historię lu-
« ctuosissimæ.

« Etenim temet curis oppressum levabis ipse, dicens quo
« pereas malo; mea que Cleandro mihi infortunia facies le-
« viora, hujus tecum participi carceris.

« Non enim solus huc fuisti conjectus.

« Si, et ante hæc vincula, tulisti alia, amoris flamma præ-
« cordia torridus,

« nec Cleander fuit amore vacuus, nec carcerem miser
« ingressus est te prior, amatoriarum expers cogitationum,

« aut ingustatis ærumnis quibus ferit Fortuna Amoris irre-
« titum te laqueis.

« Doles? condoleo; illes? adleo tibi.

« Ποθεῖς; ποθῶ, καὶ ταῦτα καλὴν παρθένον,
 50 « Καλλιγόνην μοι τὴν προεξηπραγμένην. »
 « Κλέανδρε, σῶτερ τληπαθοῦς μοι καρδίας, »
 ἔφη Χαρίκλῆς « τίς σε τῶν Ὀλυμπίων
 « θεῶν ἀφῆκεν εἰς ἐμὴν εὐθυμίαν;
 « Λέγοις τὰ σαυτοῦ τληπαθήματα, λέγοις.
 55 « Λέγειν χρεὸν σε τὸν προσεγκεκλεισμένον,
 « ἔπειτα καὶ με συμπεφυλακισμένον. »
 « Ἐγὼ, Χαρίκλεις, Λέσθον ἔσχον πατρίδα·
 « σεμνῶν προῆλθον κοσμίῳ φυτοσπόρῳ,
 « μητρὸς Κυδίππης καὶ πατρὸς Καλλιστίας.
 60 « Σύνεγγυς ἦν μοι παρθένος Καλλιγόνη,
 « τὴν ἀβρένων μὲν ὄψιν εὐλαβομένη,
 « μυχαιτάτῳ δὲ θαλάμῳ φρουρουμένη.
 « Τούτης τὸ κάλλος (οὐ γὰρ ἴσχυον βλέπειν)
 « ἐκ τῶν ὑπ' αὐτὴν ἐξεμάνθανον κλύων.
 65 « Οὐκ αἰσχύνῃ μοι ταῦτα, Χαρίκλεις, λέγειν
 « πρὸς τὸν νοσοῦντα ταυτοπαθῆ μοι νόσον.
 « Ἐπεὶ δὲ δώροις δεξιῶν δι' ἀγγέλων
 « Καλλιγόνην κατεῖδον ὄψε καὶ μόλις
 « ἐκ θυρίδων ἀπλαστον ἐκκρημωμένην,
 70 « ταύτης ἐάλων ἀπαλῆς οὐσῆς ἔτι,
 « οὐτως ἐχούσης τοῦ προσώπου τῆς θεάς,
 « ὡς μακρὸς ἐξήγγειλε τῆς φήμης λόγος.
 « Βαβαί! μὰ τὴν Ἐρωτος ὀλοποσίταν,
 « φεῦ! φεῦ! μὰ τὰς Χάριτας, ἰδὼν ἂν ἔφης,
 75 « καὶ σὺ, Χαρίκλεις, τὴν Δρόσιλλαν οὐ βλέπων,
 « μητρὸς Σελήνης, πατρὸς Ἥλιου τέκνον.
 « Τὰς τῶν δρώντων ἐξελίθου καρδίαι,
 « ὀδοιποροῦντας ἐξεθήρευε πλέον·
 « οὐκ ἔβλεπε βλέποντας ἐξ ἀπλαστίας,
 80 « ἀλλ' ἔφλεγε ζύμπαντας ἐξ εὐμορφίας.
 « Παῖς ἦν ἐκεῖνη, παῖς ἀπαλή, παρθένος·
 « πρὶν δυσκινήτους ἐκ χρόνων ἀμετρίας
 « γέροντας εἴλκε πρὸς ἔρωτα τῇ θεᾷ,
 « οὐ πῦρ μόνον πνέοντας εὐζώνους νέους.
 85 « Ἐρωτος ἦν ἀγαλμα, τέκνον Ἥλιου,
 « φέρουσα πατρὸς ἐμφέρειαν Ἥλιου,
 « ἣ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀντερρίζουσα πλέον.
 « Ἐμελλες, ὧ γέννημα θηρίων Ἐρωτος,
 « ἐμὴν πατάξαι καὶ σπαράξαι καρδίαν·
 90 « γάλα λεαίνης ἐξεμούρησας ἄρα,
 « καὶ μαστὸν ἄρκτων ἐξεθήλασας τάχα.
 « Ὡς εἶδον οὖν, ἔπαθον εἰς ψυχὴν μέστην·
 « ἔτρυχεν, ἐστρόβει με δυστυχῆς πόθος·
 « ἐβαλλόμεν, ἐπιπτον, ἐσπαρασσόμεν·
 95 « οὐ γὰρ συνεῖχεν ἄγριος πόθος μόνον,
 « (ἣ μᾶλλον αὐτὸς ἦν κατατρύχων Ἐρωτος)
 « στοργῇ δὲ πολλῇ παιδικῆς ἀπλαστίας
 « καὶ τῶν ἐκείνης οἴκτος αἰωρημάτων.
 « Ἦν, εὐσθενῆς ὢν ἐκ φιλήματος μόνου,
 100 « ἀντιστρατεύειν ταῖς Ἐρωτος σφενδόναις·
 « οὐκ ἤθελον σγεῖν ἐξ ἐκείνης τῆς κόρης
 « οὐδὲν πλέον τι τοῦ φιλήματος τότε,

« Cupis? cupio, idque virginem pulchram, Calligenen
 « mihi jam ante præreptam. »

« Cui Charicles : « Cleandre, miseræ mihi servator animæ,
 « Olympiorum quis te Deorum misit qui me recreares? Sed
 « narres tua, tua narres infortunia.

« Narrare te priorem æquum est qui prior inclusus in
 « carcere fuisti; me deinde, carceris tui socium. »

— « Lesbos, o Charicles, mihi est patria. « Ab illustribus
 ornatisque originem parentibus duco, matre Cydippe,
 « patreque Callistia.

« Vicinam habui virginem Calligenem, quæ caute viro-
 « rum vitabat oculos, in interiore ædium parte seclusa.

« Quam esset pulchra (ipse enim videre non poteram) ex
 « ejus didici famulabus.

« Fateri me talia non pudet te palam, Charicles, qui
 « simili morbo laboras.

« Donis dextroque internunciorum usus ministerio, tan-
 « dem ha! tandem vidi Calligenem, simplicem munditiis, e
 « fenestra exstante corpore prospectantem.

« Ut vidi, ut me cepit virguncula, non minus formosa
 « quam dudum fama prædicaverat.

« Papæ! per Amoris arma, ah! per Gratias, dixisses eam
 « intuitus, ipse tu, Charicles, si non coram Drosilla fuis-
 « set, matre Luna, Soleque patre natam.

« Spectantium corda vertebat in lapides; transeuntes
 « venabatur inprimis; non cernebat cernentes præmodesta
 « simplicitate, sed omnes incendebat pulchritudine. »

« Erat Calligone puella, puella tenera, et virgo: quæ il-
 « los ipsos, quos longa ætas fecerat dudum lentos et iner-
 « tes, trahebat senes conspectu suo ad amorem, non juve-
 « nes tantum alacres et fervidos.

« Amoris erat imago, Solis filia, Soli similis patri, vel cum
 « illo decertatura.

« Destinaveras, Amor, ferina proles, meum verberare
 « cor et discernere: profecto lac lænæ suxisti; ac forte
 « tibi admoverunt ursæ ubera.

« Ut ergo vidi, ut media doluerunt præcordia! Conte-
 « rebat me versabatque huc illuc triste desiderium.

« Verberabar; concidebam; dilacerabar.

« Non enim duntaxat me tenebat crudele desiderium,
 « sed potius ipse Veneris me torquebat filius, et multus
 « animo inerat amor puellaris simplicitatis, multus ex re-
 « cordatione tantæ miserationis in illo de fenestra prospectu.

« Poteram, sumptis ex basio unico viribus, Dei juculatio-
 nibus resistere;

« volebamque a virgine nihil basio majus tunc capere,

- « καὶ τοῦτο πάντως φίλτρον ἐξ οἴκου μόνου.
 « Γόινον προσείπον, οὐδὲ γὰρ ἤνεσχόμην·
 105 « Ἐργου πάρεργον μείζον, ὦ κόρη, βλέπω·
 « γελῆν φιλεῖν σου μείζον ἢ λείγειν μέλι.
 « Ἄλλ' ἐθροήθη καὶ μικροῖς ἢ παῖς λόγοις·
 « ἐρωτικῶν γὰρ ἀδαῆς ἦν εἰσέτι.
 « Εὐθύς μὲν οὖν κέρυρυπο (φεῦ μοι τῆς φρίκης!)
 110 « καὶ τὰς παρειὰς τῶν ἑαυτῆς δουρίδων
 « ἔτυπεν ἐγγελωσα· καὶ γὰρ αἰσχύνῃ
 « κατέσχευεν αὐτήν· οὐ γὰρ εἶχεν ὁ δῶρα σοί
 « ἢ νηπιόφρων, ἀπαλόχροος κόρη.
 « Εἰώθασι γὰρ ὠγρίαν προσλαμβάνειν
 115 « αἰ μὴ βλέπεσθαι προσδοκῶσαι παρθένοι,
 « ὅταν τις αὐταῖς ἀπροόπτως ἐγγίσῃ
 « καὶ προσλαλήσῃ μᾶλλον ἀξυμφορώτατος.
 « Ἐντεῦθεν ἔλθων εἰς τὸν οἶκον δόμον,
 « ἑμαυτὸν ἐκδιδώμι τῷ κλινιδίῳ,
 120 « ἀδρᾶν λαθῶν ἔρωτος ἀνθρακουργίαν
 « (δι' ὀμμάτων γὰρ ὄδς Ἔρωος τὴν καρδίαν,
 « οὐ μέχρι ταύτης ἴσταται, φλέγειν θέλων,
 « μέλη δὲ πάντα πυρπολεῖ περιτρέχων),
 « καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐτραγῶδου ἡρέμα·
 125 « Μηδεὶς πτοεῖσθω, κἂν πεφαρμακευμένα
 « τὰ τοῦ πόθου βέλεμα τὰ ζιτηφόρα·
 « τὴν γὰρ φαρέτραν τῶν βελῶν πληρουμένην
 « ὄλην καθ' ἡμῶν ἐκκενοῖ μανεῖς Ἔρωος.
 « Μὴ δειλιάτω τῶν πετερύγων τὸν χρότον·
 130 « Ἔρωος γὰρ, ὡς περ ἐμπροσθῶν ἐν ἰξίῳ,
 « τῇ καρδίᾳ μου συγκρατεῖται καὶ μένει.
 « Ἔρωος, Ἔρωος δεῖλαιε, πῦρ πνέων Ἔρωος,
 « ἂν εἶδες ἰξευθέντα τὸν στέννου τόπον,
 « οὐκ ἂν καταπτὰς ἀμφοκollήθης, τάλας.
 135 « Πανδαμάτωρ, πάντολμε, παντάναξ Ἔρωος,
 « ποινηλατεῖς πικρῶς με μὴ πταίσαντά σοι·
 « οὐ χεῖρα κόπτεις, οὐδὲ συντέμνεις πόδας,
 « οὐδ' ἐξορύττεις τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων,
 « αὐτὴν διστεύεις δὲ καρδίαν μέσσην,
 140 « καὶ θανατοῖς με· δυσμενές, βριαρόχειρ,
 « σφάττεις, φονεύεις, πυρπολεῖς, καταφλέγεις,
 « πλῆττεις, ἀναιρεῖς, φαρμακεύεις, ἐκτρέπεις·
 « τῆς ἰσχύος σοῦ, πτηνοτοξοπυρφόρε!
 « Οὕτως ἐγὼ δεῖλαιος ἐξεκοπτόμην.
 145 « Πλὴν φάρμακόν τι συννοῦ μοι τῆς νόσου,
 « μήνυμα γραπτὸν ἀντιπέμψαι τῇ κόρῃ·
 « ὑπέτρεχον γὰρ συλλογισμοί με ξένοι,
 « εἰς τυχὸν ἀντέπαθε καὶ Καλλιγόνῃ,
 « ἰδοῦσα τὸν Κλέανδρον ὠραιωμένον.
 150 « Μὴ γὰρ, Χαρίκλεις, τὸν λαλοῦντα κερτόμει,
 « βλέπων ἀμαυρωθέντα τῇ περιστάσει,
 « ὄρων σκοτεινὸν καὶ κατσβολωμένον,
 « ἐν πληοφύρτῳ φυλακῇ κεκλεισμένον·
 « ψυχῆς γὰρ ἐντὸς θλίψαι στροβουμένης,
 155 « καὶ τῶν ἡμερτῶν ἔκπαλαι στερουμένης,
 « πάντως ἀνάγκη σῶμα συμπάσχειν ὄλον. »

« hocque amatorium donum ejus misericordiae duntaxat
 « acceptum referre.
 « Hanc ergo sic allocutus sum (tenere enim me non po-
 « tui) : O virgo, aliquid cerno extra opus ipso melius
 « operi : labia osculari tua dulcius quam mel lingere.
 « Sed conturbata fuit valde puella paucis his verbis,
 « quippe quae amoris adhuc erat indexperta.
 « Continuo velavit faciem (hei mihi ! quantum expave-
 « scebam !) et subridens servularum genas percutiebat.
 « Pudor enim eam angebat, quae nescieret quid ageret,
 « puella parum per aetatem prudens, ac tenellula.

« Quippe virgines, quae se conspici posse non putant,
 « pallescere solent, si forte quis ipsis improvisus adsit,
 « etiamque necopinato colloqui audeat.

« Hinc regrediens ad propria tecta gradum, lectulo me
 « compositui, torridis ustus amoris carbonibus ; (per oculos
 « enim Amor ad intima delapsus praecordia, non hic con-
 « sistit, latius incendium commovere cupiens, sed mem-
 « bris omnibus ignem implicat, totum peterrans corpus) ;
 « ac talia mecum voce summissa querebar : Metuat nemo
 « venenata acutaque desiderii tela ; pharetra enim plena
 « sagittis totum in nos pondus consumit amens Amor.

« Expavescat nemo alarum strepitum : Amor enim,
 « velut in visco delapsus, corde meo tenetur, manetque.

« Amor, improbe Amor, ignem spirans Amor, si cogno-
 « visses viscatum hunc esse praecordiorum locum, non huc
 « devolans te irretivisses, miselle.

« Oh ! qui cuncta domas, nihil non audes, omniumque
 « regnas, Amor, quam dure me castigas, qui in te non pec-
 « caverim ! Non amputas manum, non truncas pedes, non
 « effodis oculorum pupillas ; at cor ipsum jaculo petis me-
 « dium, meque exanimas ; crudelis, contumax alter
 « Briareus, truculas, mactas, incendis, uris, verberas,
 « occidis, venenas, deturbas.

« Oh ! vim ingentem tuam, metuende puer alis, arcu,
 « tela !

« Sic ego miser angebar, quum remedium morbi invenire
 « mihi visus sum, nempe si per litteras amorem virgini
 « significarem.

« Mentem enim subibant cogitationes mirae : Calligonem
 « forte, conspicio pulchro Cleandro, fuisse et ipsam amore
 « percussam.

« At noli, Charicles, ridere me talia de me dicentem ;
 « nam quem cernis Cleander acerbo est casu confectus,
 « squalidus, lurore deformis, caenoso inclusus carcere.

« Animum enim intus quum torquet dolor ob amissum
 « dudum desiderium nitens, corpus una totum torqueri
 « omnino necesse est. »

« Ὄς εὖ λέγεις, Κλέανδρε! » Χαρικλῆς ἔφη.
 « Θάλλει νέου πρόσωπον, ὠραῖον μένει,
 « ψυχῆς ἀφορμὰς χαρμονῆς κεκτημένης. »
 160 « Γράψας τὸ λοιπὸν, ἐξέπεψα συντόμως, »
 Κλέανδρος ἀντέφησε, » πρὸς Καλλιγόνην,
 « περιώμενος σχεῖν πίστιν ἐκ τῶν πραγμάτων,
 « εἶπου τι συμπέπονθε καὶ Καλλιγόνη. »
 « Ἄλλ' ὡς ὄναιο τοῦ πόθου Καλλιγόνης, »
 165 ὁ Χαρικλῆς ἔλεξε τῷ ξένῳ πάλιν,
 « Κλέανδρε, τούτων μηδὲν ἄρρητον λίπης,
 « ὧν γεγραφὸς ἐπεψας πρὸς τὴν παρθένον. »
 « Ἄκουε λοιπὸν » ὁ Κλέανδρος ἀντέφη.
 « Τῆς σῆς ἐγὼ, παῖ παγκάλη, μεμνημένος
 170 « θεὰς ἡμερτῆς ἦν ἰδὼν κατεπλάγην,
 « γθὲς ἐντυχὼν Χάρωνι, μικρὸν ἠρόμην,
 « καὶ σε πρὸ ἡμῶν, ὡσπερ εἶπεν, εἰδότε·
 « Ἄρ' ὦ χαρᾶς ἄμοιρε, δυσμενὲς Χάρον,
 « καὶ τὴν φερίστην ἐν κόραις Καλλιγόνην
 175 « σὺν τοῖς καθ' ἡμᾶς δυστυχῶς ἀφαρπάσεις,
 « καὶ κάλλος αὐτὸ τὸ προτεθρολλημένον
 « διαφθερεῖς, καὶ κύκλα τοξέουτά με
 « τῶν ὀμμάτων τοιαῦτα φεῦ! διασπάσεις;
 « ἢ πρὸς τὸ κάλλος συσταλῆ ἀποβλέπων;
 180 « Οὔτω μὲν αὐτὸς εἶπον· ἄλλ' ὁ γεννάδας,
 « ὁ τρισθενὴς, Ναί, φησὶ δύσμορος Χάρων·
 « καὶ διατείνας εὐθὺς ἀνταπεκρίθη·
 « Αἶ! αἶ! κακῶν κάκιστε, τί δράσεις, Χάρων!
 « Τί λοιπὸν; ἀμφίνευσον, ὦ Καλλιγόνη.
 185 « Ἐχεις με τὸν Κλέανδρον ἐξαιτουῦντά σε. »
 « Μικρὸν τὸ γράμμα, μηχανῆς δ' ἔλωσ γέμον, »
 ὁ Χαρικλῆς ἔφησεν ἠκουτισμένος,
 « ὅπως θανάτου καὶ Χάρωνος ἡ κόρη
 « λαβοῦσα νοῦν κλίναντα τὰς ἐπηρμένας,
 190 « ἐπικλινῆς γένοιτο τῷ γράψαντί σοι.
 « Τί λοιπὸν εἰς Κλέανδρον ἢ Καλλιγόνη
 « ἀντίειπεν, ἀντέγραψεν, εἰδὼς εὖ, λέγοις. »
 « Οὐδὲν, Χαρίκλεις, ὡς εἶοικεν, ἡ κόρη,
 « ἢ μὴ τὸ γράμμα τοῦτο προσδεδεγμένη,
 195 « ἢ παισὶ συμπαίστορον ἡσυχολημένη.
 « Καὶ δευτέρας οὖν συλλαβῆς ἄκουέ μου. »
 « Ἄλλ', ὦ φίλε Κλέανδρε, μηδὲ τῆς τρίτης
 « ἐμοὶ φρονήσης συλλαβῆς πρὸς τὴν κόρην, »
 ἔφη Χαρικλῆς. « Ὁ Κλέανδρος ἀντέφη·
 200 « Ἄκουε· ταύτης οὐ φρονῶ σοι, Χαρίκλεις·
 « κουφιζομαι γὰρ προσλαλῶν σοι τῆς νόσου.
 « Μῦθον τὸ Σειρήνειον ἐνοῶ μέλος,
 « ἀφ' οὗ τὸν σὸν πρόσωπον εἶδον, παρθένε.
 « Αὐχεῖς, ἰδοῦ, τὸ κάλλος ὑπὲρ τὸν λόγον·
 205 « διδοῖς ἐμοὶ τὸ φίλτρον ὑπὲρ τὴν φύσιν·
 « λιθοῦσα πλήττεις· οὐδὲ γὰρ φεύγειν δίδως.
 « Ἐανθὸν τὸ πλέγμα· δῦθι, χρυσὲ, γῆν πάλιν.
 « Λαμπρὸν τὸ βλέμμα· χαῖρε, λαμπρότης λίθων.
 « Τὸ χροῖμα λευκόν· ἔρθε, μαργάρων χάρις·
 210 « τῆς σῆς γὰρ αὐτὸς φωσφορούσης, Παρθένε,

« O quam dicis apte, Cleander » Charicles inquit.
 « Juvenis viri vultus floret pulcherque manet, dum ha-
 « bet animus lætitiæ causas. »

Contra Cleander : « Ergo quam scripseram, Calligona
 « statim misi epistolam, experiri cupiens an revera Calli-
 « gone et ipsa amaret. »

Tum Charicles rursus : « Sic dulci fruaris Calligones
 « amore, Cleander; horum nil linquas indictum, quæ scri-
 « pta puellæ misisti. »

Cui Cleander : « Accipe igitur : Tui, puella formosis-
 « sima, aspectus jucundi memor, qui me cernentem per-
 « culit, heri Charontem obvium, qui te, ut dixit, jam ante
 « me fama noverat, paulum interrogavi :

« O gaudia inexperte, Charon, et corde nimis fero, num
 « et præstantissimam inter puellas Calligonen cum æquali-
 « bus aliis rapies miserabiliter, corrupesque pulchritudi-
 « nem illam famigeratissimam ?

« Num avelles heu ! orbis illos oculorum qui me tot sagit-
 « tis vulnerarunt ? an te cohibebis, hanc formam intuitus ?

« Sic ego : at ille fortis, et robustissimus tristissimusque
 « Charon, Næ, inquit. Cui vicissim ego contenta voce :
 « Ha ! ha ! improbus ante improbius omnes, quid ages,
 « Charon ! Jam quid superest ? Annue, Calligone.

« En adest tibi te supplice voce deprecans Cleander. »

His auditis, « Parva quidem, » Charicles ait, « epistola ;
 « sed quæ arte referta tota fuit, ut virgo de morte cogitans
 « et Charone, quæ cogitatio superbas deprimit, tibi faveret
 « venis fingitur esse deus, arcu instructus et pharetra; idcir-
 « co plerumque cum juvenibus versari gaudet, et ubi est
 « pulchritudo, ibi statim, insequens illam, advolat, et mentem
 « animumque alis quasi sublimes erigit; nihilque remedii
 « ab ullo hominum fuit repertum unquam, nisi amplexus
 « et connubii voluptas.

« Amor, statim intellexi te deum esse crudelem; sensi te
 « nemorum esse alumnum, et belluae partum.

« Quam ferus es! quam mendaci subridens ore! Ausculta
 « igitur, et discite, atque animo percipe, puella, nova inter
 « nos civis, sinu ut uniones candidi candido, capillulis In-
 « centibus ut aurum nitidum, qui sint amoris fluctus, quanta
 « tempestas quantaque procella.

« Memineris, precor, illorum quos amor pristinum per
 « arum unanimi vinxit animi consortio; et, praeter antiquos
 « illos heroas, recordare quanto Arsace Theagenem, Archē-
 « manes Charicleam amore deperierint.

« Quos si ut impuriore respuis, illos cerne qui castis fla-
 « graverunt ignibus, quos sacramenti fides, licito sistens
 « tramite, a turpibus deterruit actis, et ad tutam legitimi
 « societatem hymenaei sancte perduxit.

« Neutiquam est ebrietati dissimilis amor; at mihi Dro-
 « silla loco sit amethysti lapidis: vastum parit incendium
 « amor; at te quasi pantarben mihi habeo lapidem Indicum,
 « et me vitabit ipsa incendii flamma te ferentem.

« Dolor qui tam vaste mea per viscera serpit, et me et
 « oculos ad terram trahit, puella; sed et me et illos tua re-
 « tro trahit pulchritudo.

« Te visa, jam sapere non valeo; et magis aveo te non
 « videre, ut nunquam crescant cupidinis ignes, ex adspectu
 « tuo capientes sibi nutrimentum; adeo inevitabilia desi-
 « derii retia ex oculis aptasti quibus sum impeditus! Dis-
 « simulationis os tuum blandæ plenum est; et manus tor-
 « pet languidior ad opem misero ferendam mira correpto
 « sagena.

« Adeo crucias quem cepisti tenesque suspensum, nec
 « in litus exponere nec raptum vis servare protinus!

415 « Ποίαν σοφίαν συγκινήσω, καὶ πόθεν
 « ἔρωτικὰς ἴγγας εὐρήσω, τάλαι!
 « ὡς ἂν σε πείσω καὶ παθεῖν ἀναγκάσω
 « ἔλκτῆροις ἴυξι καρδιοσπάρφοις;
 « Γυνὴ γὰρ εἴ σύ (γυνῶτι τὴν σαυτῆς φύσιν),
 420 « γυνὴ δὲ πασῶν τῶν καθ' ἡμᾶς καλλίων,
 « ὡς ἡ σελήνη τῶν προλόπων ἀστέρων,
 « τεράστιόν τι πλάσμα φύσεως ξένης,
 « ὑπερφυῖς τι χρῆμα θήλεος γένους.
 « Δίδου τὸ πᾶν· μὴ βάλλε τοῖς λόγοις μόνους·
 425 « ψυχῆς γὰρ ὡς εἰκοιεν ἐγκρύπτειν πάθος,
 « ἀρνητικὸὶς βάλλεις με λοιπὸν ἐν λόγοις.
 « Ἐχουσα δῆθεν εὐμένειαν μετρίαν,
 « ἐμοὶ προεῖπας, ὡς παρηνοχλημένη,
 « ἀλγεῖν κεφαλὴν πολλὰ δυσφορομένην,
 430 « σὲ τὴν κεφαλὴν τὴν ἐμοὶ φιλουμένην·
 « καὶ καινὸν οὐδὲν, ὧ Δρόσιλλα παρθένη.
 « Ἐλθοῦσα καὶ γὰρ εἰς ἄγνωστον χωρίον,
 « δῆμῳ τε πολλῶν ἐμφανισθεῖσα ξένων,
 « ἐπεσπάσω βάσκανον ὀφθαλμὸν τάχα·
 435 « πλὴν σήμερόν σε τὴν ἐμὴν νόσον θέλω
 « ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐνοχλοῦσης νόσου·
 « ἀλλ' ἡ νόσος μοι καὶ πρὸς υγιάν δράμει,
 « ὡς μὴ καχεκτοίημεν ἀμφὺ δυσφόρος.
 « Δάφνις ὁ παῖς ἐκεῖνος ἀλλὰ καὶ Χλόη
 440 « τρισευτυχῶς συνῆψαν αὐτοὺς εἰς γάμον·
 « Δάφνις ἐκεῖνος ὁ γλυκὺς, ποιμὴν μόνον,
 « οὐ τῶν ἔρωτος ἀδαῆς τοξευμάτων,
 « φιλούμενος μὲν, ἀντιφιλῶν δὲ πλέον,
 « καὶ μηδὲν εἰδὼς τῶν ἐρώτων τι πλέον.
 445 « Τῇ παρθένω Χλόῃ γὰρ ἐκ τῶν σπαργάνων
 « ἔρωτικὸν συνῆπτο συμποίμην βρέφος.
 « Ταύτης ἐρῶν ἦν τῆς καλῆς Χλόης πάλαι,
 « Χλόης ἐκείνης τῆς ἀπλάστου παρθένου,
 « ἥς πῦρ μὲν ἦν τὸ βλέμμα τῷ νεανίᾳ,
 450 « λόγοι δὲ τόξα, καὶ περιπλοκαὶ βέλη.
 « Χρυσοῦν γένος πρὸς φίλτρον ἦν τὸ προφθάσαν·
 « δὲ γὰρ φιληθεῖς ἀντιφιλεῖ μερίζων·
 « οὐχ οἷόν ἐστι τοῦτο χάλκειον γένος·
 « φιλούμενον γὰρ ἀντιφιλεῖν οὐ θέλει.
 455 « ὦ τίς λόγος, τί πρᾶγμα, καὶ τίς ἡ φύσις,
 « ἡμᾶς τυραννεῖν τὰς ἐρώσας παρθένας
 « βληθείσας ἀντῆρωτι δακνοχαρδίῳ!
 « ἡ γὰρ πρὸς ἡμῶν οὐκ ἐρώσι παρθένοι;
 « ἐρῶσι, πλὴν γέμουσι τῶν ἀκκισμάτων·
 « φιλοῦσι, πλὴν τρύχουσι τοὺς φιλουμένους,
 460 « παιοῦσιν αὐτοῖς ἐκκρεμῆ τὴν καρδίαν,
 « τήκουσιν αἶ! αἶ! πρὸ χρόνου τὸ σαρκίον,
 « αὐτὴν ὀστειούουσι τὴν ψυχὴν μέσσην·
 « ὡς ἀγγόνη τὸ πρᾶγμα καὶ πέρας βίου
 « ἔρωτος εἰς τὸ πρᾶγμα δυσφορομένοις.
 465 « Βαβαί! πόσος παρῆλθε καιρὸς ἐν μέσῳ!
 « καὶ τὴν σιδηρᾶν οὐκ ἐπεισα καρδίαν.
 « Πῶς πολλοῦ προσηῆλον! ἀλλ' ἡ παρθένας

« Quibus utar artibus, quæ amatoria, miser! inveniam
 « incantamenta, te ut persuadeam, et amare vicissim cogam
 « precum illecebris, quæ trahunt ac mutant animos?
 « Mulier enim es, at qualis nosce, mulier inter omnes quæ
 « nunc sunt forma præstans mulieres, velut inter ignes
 « luna ceteros; mirum naturæ opus eximiae, foeminæ
 « exemplar quo vincitur natura.

« Nihil non da mihi; ne verbis vulneres me tantum.

« Quum sit enim placitum tibi animi celare affectus, ideo
 « me alloqueris neganti similis.

« Videlicet non sine quadam benignitatis significatione,
 « mihi modo dixisti, velut obturbata, te varias ob mole-
 « stias dolere caput, caput istud mihi carissimum: nec
 « mirum, Drosilla.

« Nam ignotum ingressa pagum, et a copioso visa exte-
 « roque populo, fascinantem forsitan in te traxisti oculum.
 « Ceterum volo te, quæ inens es morbus, molesto hodie
 « liberarier morbo.

« Sed et meus morbus ad sanitatem vertat, ne simul
 « ambo misere ærotemus.

« Daphnis puer ille, et Chloe felici juncti sunt alter al-
 « teri hymenæo; suavis ille Daphnis, pastor tantum, nec
 « Amoris expers sagittarum, amatus quidem, sed et ipse
 « ardentius redamans, nihilque doctus aliud, præter amo-
 « rem.

« Cunis ex ipsis Chloæ virgini socius pascendi pecoris
 « fuerat datus, puer amori proclivior.

« Ardebat dudum pulchram Chloen, virginem simplicis-
 « simam, cujus oculi juveni ignis erant; sermones, arcus;
 « amplexus, jacula.

« Aureum fuit in amando pristinum genus; qui enim
 « amabatur, amabat ipse magis.

« Quam dispar æreum hoc sæculum! nam qui amatur,
 « amare ipse recusat.

« Ah! ubi ratio? natura ubi? quid hoc rei est, vexari
 « nos cruciarique a puellis quæ nos amant, mutuo pectus
 « sauciæ philtro? Nonne et a nobis ipsi virgines amant?
 « Amant, sed plene sunt dissimulationis; diligunt, sed
 « vexant quos diligunt; suspensam tenent eorum mentem;
 « ante tempus heu! corpusculum enecant; ipsamque me-
 « diam transadigunt animam.

Res vertit ad restim mortemque, iis qui sunt in amore
 « non felices.

« Babæ! Quantum jam temporis effluxit, et ferream
 « non incurvavi mentem! Quam sæpe ad eam adii! Sed
 « virgo

« ἡ σκληροπετρόστερνος οὐκ ἔνευσέ μοι.
 « Ἀπόλλυμαι δειλαιος, οἴχομαι τάλας,
 470 « εἰ μὴδὲ ταῦτα σὴν μαλάξει καρδίαν·
 « Ἴηρουσ ἐρῶν Λεάνδρος δὲ τλήμων πάλαι
 « οἴμοι! θαλασσόπνικτος εὐρέθη νέκυς,
 « φεῦ τοῦ λύχνου σθεσθέντος ἐκ τῶν ἀνέμων!
 « Ἀβυδος οἶδε ταῦτα καὶ Σηστός πόλις·
 475 « πλὴν ἀλλὰ καὶ θάλασσαν εὐρηκῶς τάφον,
 « σύντυμβον αὐτὴν ἔσχε τὴν ἐρωμένην
 « ἐκ τεύχεος βίψασαν αὐτὴν εἰς ὕδωρ·
 « οὐς γὰρ πόθος συνῆψεν εἰς συζυγίαν
 « τούτους ἐκείνος ἦξεν εἰς συντυμβίαν.
 480 « Δυστυχὲς ἦν ἐκεῖνο τέρμα τοῦ βίου·
 « ὡς ὄλιον κατ' ἄλλον εὐρέθη τρόπον!
 « συντυμβίαν γὰρ ἔσχεν ἰσοψυχία,
 « ἐν φίλτρον, ἐν νόημα σωματίων δύο.
 « Ὡ πνεύματος σθέσαντος ἀκτίνας δύο!
 485 « ἔσβεστο λύχνος, καὶ συνεσθέσθη πόθος.
 « Ὡ πνεύματος βίψαντος ἀστέρας δύο,
 « Ἴηρω τε καὶ Λεάνδρον ἐν βυθῷ μέσῳ!
 « ὑπέρχεται μοι σπλάγγνα τῆς μνήμης πόνος·
 « φλογίζεται μοι στέρνα πυρὶ τοῦ πόθου.
 490 « Οὕτω μὲν οὖν ἐκείνος· ἀλλ' ἐγὼ τάλας
 « οὐ νυκτομαχῶν, οὐ θαλάσση προσπλέων,
 « ἀποπνιγῆναι κινδυνεύων, φιλάτη,
 « ἐκ τῆς κατασχούσης με τοῦ πόθου ζάλης,
 « εἰ μὴ φθάσης σὺ δοῦσα δεξιάν φίλην.
 495 « Σκόπει τὸ βεχθὲν, ἐννοεῖ μοι τὸν πόθον.
 « Εὐ οἶδας ὡς γέννημα τοῦ πόθου πόνος.
 « ἐμοὶ πύλας ἀνοίγε τῆς σῆς καρδίας,
 « καταστοροῦσα τὸν κλύδωνα τοῦ πόθου,
 « καὶ τὸν θαλασσόπλαγκτον ἤδη προσδέχου
 500 « σαῖς ἀγκάλαις δῆπουθεν, ὡς ἐν λιμένι.
πολὺ.....
 « οὐκ ἀγνοεῖς γὰρ ὡς περίφημος πάλαι
 « ἐρῶν ἐκείνης τῆς Γαλατείας Κύκλωψ
 « προσεῖλκεν ἀπειθοῦσαν αὐτὴν τὴν κόρην·
 505 « τὸ λάσιον γὰρ ἐβδελύττετο πλέον,
 « φυγοῦσα τὸν φιλοῦντα· πλὴν ἔστεργέ μοι,
 « μήλοισι μόνοις βάλλουσα μικροῖς τὸν μέγαν.
 « Ὅμως ἐκεῖνος ἀνθυπισχνεῖτο ξένα·
 « ποθῶν γὰρ αὐτὴν, εἰς τὸ πῦρ βαλεῖν ἔφη
 510 « καὶ χεῖρας αὐτοῦ, καὶ πόδας, καὶ κοιλίαν,
 « ὡς ἐκτεφρῶσαι τὴν λασιώδη τρίχα,
 « εἰ δυνατὸν δὲ καὶ μέσῃ τὴν καρδίαν,
 « εἰ ποῦ δοκεῖ καὶ τοῦτο τῆς ποθυμένης,
 « κακείνον ὄνπερ εἶχεν εἰς τὸ φῶς ἔνα
 515 « ὀφθαλμὸν εὐρύν, κυκλοσύνθετον, μέγαν,
 « οὕτως ἐρῶν προῆκεν. Ἐξελιπάρει
 « εἰς ἀντρον ἐλθεῖν τὴν Γαλατεῖαν Κύκλωψ,
 « ὅπου νέους ἔφασκε νεβροῦς ἐκτρέφειν
 « γαύρους τε μόσχους, ἄρνας, ἀλλας ἀγέλας,
 520 « κύνας τε πολλὰς, ἀγρίας, λυκοκτόνους·
 « καὶ γλυκερὰς ἔφασκεν ἀμπέλους ἔχειν,

corde duro saxeo mihi non adnuit.

« Infelix perii, perii miser, si nec ista tuum emol-
 « lient animum : Leander olim infelix Heronem ardens,
 « hei mihi ! marino jacuit oppressus fluctu, quum vento-
 « rum vis facem heu ! restinxisset.

« Abydus hæc novit, Sestusque civitas.

« Leandro quidem fuit mare pro sepulcro, at consortem
 « sepulcri dilectam puellam habuit, quæ se in undas præ-
 « cipitem turre dedit.

« Quos enim amor communi junxerat vinculo, eosdem
 « idem communi sepelivit loco.

« Infelix quidem fuit vitæ iste finis ; quam felix, alio si
 « æstimetur modo.

« Uno enim inclusa sunt sepulcro duorum corporum
 « anima una, umus amor, mens una.

« Proh ventum duos exstinguentem radios ! Exstincti
 « lychnus amorque simul.

« Proh ventum sidera dejicientem duo, Heronem Lean-
 « drumque mediam penitus in undam.

« Crudelis præcordia subit recordatio ; desiderii flamma
 « meum incendit pectus.

« Itaque sic ille interit.

« Ast ego miser non decertans tenebris, non tumentis
 « luctans pelago, in periculum, dulcis amica, venio ne
 « præfocet animæ viam atrox qua premor hiems cupidinis,
 « ni benignam mihi tendas dexteram.

« Quod est actum reputa ; cum mente tua amorem quan-
 « tus sit meum considera.

« Apprime scis ex amore nasci dolcrem.

« Cordis tui resera mihi fores, insanam desiderii sternens
 « procellam, ac me alto jactatum tuas intra ulnas tan-
 « dem recipe tranquillo velut in portu.

« Non ignoras enim arte qua famosus olim ille Cyclops·
 « ardens in Galatea, rebellem adtraxit ad se nympham. Ni-
 « miam enim villositatem corporis aversabatur, amatorem
 « devitans ; altamen amabat, quippe quæ tantum malis
 « parvulis petebat Cyclopem.

« At ille pollicitus est mira sane ; amoris enim percitus
 « cæstro dixit se crematurum et brachia, cruraque ven-
 « tremque, ut villorum adureret silvam, ipsumque cor
 « medium, sit modo id possibile, placeatque amata vir-
 « gini ; atque illum etiam quo utebatur unico lucis ministro,
 « oculum latum rotundum, vastum ; tantos in amando
 « progressus habebat.

« Rogabat Galateam Cyclops ut in antrum veniret, ubi
 « nutrire se dicebat parvos hinnulos, lascivosque vitulos,
 « agnos, pecudes alias, canesque multas silvaticas, lupi-
 « cidias ; ac dulces habere se dicebat vites,

« καὶ τυρὸν ἐν χειμῶνι καὶ καιρῷ θέρους,
 « γαυλούς τε τοῦ γάλακτος ἐκκεχυμένους,
 « σμήνη μελιττῶν ὑπὲρ ἐξηκοντάδα,
 525 « καὶ κισσύβια τεχνικῶς γεγλυμμένα,
 « καὶ δορκάδων ἄμετρα δερμάτων σκύτη.
 « Τούτοις ἔθελε τὴν Γαλάτειαν Κύκλωψ
 « ἄδων μελιχρὸν, τῇ θαλάσῃ προσβλέπων,
 « σύριγγα πρὸς τὸ χεῖλος εὐτεχνον φέρων·
 530 « τούτοις ἔθελε, καὶ προσεξελιπάρει
 « ὡς ἀνθελιοτο τὴν ἐς ἄντρον ἐστίαν,
 « χαίρειν ἀφείσα τὸν θαλάττιον βίον.
 « Σὺ δ' οὔτε νεύεις, οὔτε μηνύεις λόγον,
 « ἀλλ' οὐδὲ προσπαίζοντι συμπαίζειν θέλεις.
 535 « Οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ μῆλον, οὐ γλυκὺς γέλως
 « ὅποιος ἦν τὰ πρῶτα τῆς Νηρηίδος·
 « τὸ μεδίαιμα προσδοκᾷς δέ μοι μέγα
 « χάρισμα πολλῶν ἀντιιδόναί λόγων.
 « Ὡς εὐχαριστῶ τοῦ χαρίσματος, κόρη!
 540 « πένης κόραξ γὰρ, ὡς ὁ δημώδης λόγος,
 « οὔσης ἀνάγκης, συμπορίζεται τάλας
 « κἄν ἐκ δυσόσμων τὴν τροφὴν ἐντοσθίων.
 « Σύννευσον ἐνδον ἀμφὶ τὸν ζητοῦντά σε,
 « ὅφει δὲ πάντως καὶ περιφήμου πλέον
 545 « Κύκλωπος ἄδρὸν Καλλιδήμον ἐν βίῳ.
 « Ξενοκράτης πρῶτιστος ἐν τῷ χωρίῳ·
 « ὁ Καλλιδήμος οὐκ ἀχαρὶς τὴν θέαν,
 « τῶν εὐγενῶν εἷς ἐστὶ καὶ τῶν εὐπόρων.
 « ὧ συζυγεῖσαν οὐ μετὰ μελος λάβη
 550 « τὴν ἐν γυναιξὶ σε Δρόσιλλαν κοσμίαν.
 « Βούλει καθιστῶ δῆλα τῷ Ξενοκράτει;
 « καὶ Καλλιδήμου καὶ Δροσίλλης τοὺς γάμους
 « λαμπροῖς ἑορτάσειε παστοπηγίοις.
 « Τί μεδιᾷς, νεύουσα πρὸς γῆν, ἡσύχως,
 555 « ἰὼ γραῦς ἀγαθῆ, γραῦς καλῆ, γραῦς κοσμία;
 « μέτελθε καὶ σὺ τὴν ἀκαμπῆ ψαρθένον,
 « καὶ Καλλιδήμου μισθὸν ἐκλήψη μέγαν. »
 Τούτοις ἐνησμένειεν ὁ Ξενοκράτους·
 ἡ γραῦς δὲ μικρὰν ἐγκοπήν ποιοῦμένη
 560 τῆς Καλλιδήμου λαλιᾶς πρὸς τὴν κόρην,
 « Εἰ καὶ Δρόσιλλα μὴ πλανᾶται τῷ βλέπειν, »
 ἔφασκε, « Καλλιδήμε, παῖ Ξενοκράτους,
 « οὐκ ἄλλον εἰς γῆν ὄφεται σου καλλίω. »
 Ἄλλ' οὗτος ἀντέφασκε τῇ κόρῃ πάλιν·
 565 « ὑπερβαλλόντως ἡδύνεις ὀρωμένην,
 « ἀνεκλαλήτως ἀγλύνεις κεκρυμμένην.
 « Λειμῶν χαριτόδρυτος εὐρέθης μόνη·
 « δοκεῖς δὲ θριγκοὺς πολλαχού συνεισφέρειν.
 « Καὶ νῦν ἡμερτῆ σὺ τρυγᾷσθαί μοι, κόρη,
 570 « ὡς ἀχροπρέμων ἀναδενδροκαρπίας·
 « ἀνοιξον οὖν μοι τὰς θύρας τοῦ κηπίου,
 « καὶ δὸς φαγέσθαι καὶ κορεσθῆναι μόλις.
 « Τίς ἦν ἐκεῖνος τῶν χαμαὶ κινουμένων
 « χαλκευτικῆς ἐμπειρος, δὲ λαθῶν φλόγα,
 575 « Ἡφαιστικὴν κάμινον ἐκκαύσας νέαν,

« et caseum hiberno aestivoque tempore, et mulctras
 « lacte diffluentes, et apum examina plusquam sexaginta,
 « ac pocula artificiose cœlata, silvestriumque caprarum
 « pelles immensas.

« Talibus demulcebat Galateam dictis Cyclops mellita
 « verbis, canens, adspectans pontum, pulchramque fistu-
 « lam adplicans labiis.

« Talibus demulcebat verbis, supplexque rogabat ut an-
 « tri hospitium acciperet, vitæque marinæ longum vale
 « diceret.

« Tu vero nec annuis, nec verbo dignaris, nec ludenti
 « vis concludere.

« Nec pomum jacies, nec dulce rides, ut primum Nereis;
 « sed quum vix subrisisti, magnum te putas mihi dedisse
 « munus pro tot meis sermonum blandimentis.

« Quam grato hoc animo munus accipio, puella! Pau-
 « per enim corvus, ut est in proverbio, magna pressus
 « necessitate, sibi victum miser vel ex graveolentibus petit
 « visceribus.

« Ingredere domum amantis qui te quærit, videbisque
 « Callidemum ipso illo decantato Cyclope opulentum ma-
 « gis.

« Xenocrates hosce inter paganos primas agit; Calli-
 « demi non illepida facies, et unus est e nobilium divi-
 « tumque grege.

« Illi nupsisse non pœnitebit te, Drosilla, quæ es inter
 « feminas eximia.

« Vis me rem aperire Xenocrati? Callidemi et Drosillæ
 « nuptias splendidis celebraret festis.

« Quid subrides leniter, oculis ad terram depressis, ani-
 « cula probissima, bellula, ornatissima? Oppugna mecum
 « rigidam virginem, et non mediocrem a Callidemo mer-
 « cedem accipies. »

Talibus se probare virgini tentabat Xenocratis filius.

Tum anus parvam faciens longæ Callidemi sermocina-
 tioni pausam,

« Si Drosillæ non errant oculi, nullum » inquit « in
 « orbe toto te pulchriorem, Callideme Xenocrate nate, ju-
 « venem videbit »

At ille rursus directæ ad puellam oratione : « Incredibili
 « me, quum te video, afficis gaudio; mœrore, quum vultum
 « occultas.

« Pratum gratis luxurians una quæ fores reperta fuisti;
 « sed undique quasi maceris vallare te videris.

« Et nunc cupio te vendemiare, puella, vitis veluti
 « fructus arbori conjunctæ maritæ.

« Aperi igitur mihi portas hortuli, ac sinas me edere et
 « satiari tandem.

« Quis mortalium humi reptantium, fabrilis peritus ar-
 « tis, sumto igne, novumque accendens Vulcanium cami-
 « num,

α καὶ τῆ πυράγρα καρδίαν συναρπάσας,
 α ἔδειξε χαλκῆν θείς μέσον τῶν ἀνθρώκων;
 α Τίς ἦν ὁ βιάσας, ὁ στομώσας εἰς φλόγα
 α τὴν καρδίαν σου τὴν ἀπεσκληρυμμένην;
 580 α Ὡ τῶν ἐκείνου δακτύλων δυστεκτόνων!
 α Φεῦ ἐργοχειρῶν ἀθλίων δυσδαιμόνων!
 α Ὡ δεξιᾶς μοι τεκτονευσάσης βάρη,
 α χαλκευσάσης σὰ στέρνα καὶ τὴν καρδίαν!
 α Τολμηρὸς ἦν ἐκεῖνος, ὡς Κύκλωψ νέος,
 585 α βαρὺς, βριαρὸς, αἱματωπὸς, παμφάγος,
 α θς εἰς ἐμὴν δειλαίου ἀνθρώπων μόνος
 α πολλὴν ὀδύνην ἐξεχαλούργησέ σε.
 α Τίς τὸν θανόντα ζῶντα δεικνύειν ἔχει;
 α Τίς τὸν πίνοντα κόνδου δηλητηρίου
 590 α ὠδῆς μετασχεῖν φασὶ κηλητηρίου;
 α Ὅρα νεκρὸν τὸν ζῶντα. Καὶ τί τὸ πλεόν;
 α οὕτως ἀπηνήνω με τὸν φιλοῦντά σε!
 α Τῆς καρδίας σου τῆς λιθοστερεμνίου!
 α Ἔρωσ, Ἔρωσ δεῖλαιε, πῦρ πνέων Ἔρωσ,
 595 α ὡς ἀνθρακὲς με φεῦ! τὰ πικρά σου βέλη
 α καίουσιν· αἶ! αἶ! μὴ τὸ τόξον πῦρ φέρει;
 α Φέρει μὲν ὄντως. Ἄλλὰ τί δράσειν ἔχεις;
 α οὐδ' Ἑρακλῆς πρὸς δύο, δημώδης λόγος·
 α πρὸς τρεῖς δὲ σὺ Χάριτας ἀδροδακτύλους,
 600 α ὅα βραχὺς παῖς, ἀντιπράττειν οὐκ ἔχων,
 α ἐκείθεν ἔνθεν ἐκδραμῶν κατεσχέθης·
 α καὶ, δοῦλος ὅα, τληπαθεῖς καὶ προσμένεις·
 α κἂν καὶ πετερύσῃ πανταχοῦ γῆς ἐκτρέχων,
 α ὄπου τὸ κάλλος ἐκτελεῖς ὑπουργίαν,
 605 α αἱ Χάριτες τὸ τόξον ἐκτείνουσί σοι·
 α τὸν σφῶν ἐκείναι δοῦλον ὀπλίζουσί σε,
 α τὸν δραπέτην ἔχουσι πιστὸν οἰκέτην,
 α τὸν φυγάδα βλέπουσι προσμένοντά σε.
 α Ὄς ἠγρίωσαι, κἂν γλυκὺ γελᾷς, Ἔρωσ!
 610 α ἄφουκα δεσμὰ συγκροτοῦντά σε βλέπτει.
 α Ὄς ἐξεμάνης, κἂν δοκῆς παίζειν ὀθειν!
 α Ἔχων δὲ χεῖρας εἰς τὸ βάλλειν εὐτόνους,
 α πλήττεις ἀφειδῶς· οὐ γὰρ ἡ τεχοῦσά σε
 α τῆς σῆς διέδρα τοξικῆς τὰ κεντρία.
 615 α Τὴν Νιόβην κλαίουσαν ἀγροϊκὸς βλέπων,
 α Ὡ! πῶς βρέει δάκρυον, εἶπε, καὶ λίθος!
 α ἡμᾶς δὲ σὸς νῦν ἔμπνοος ὁ λίθος, κόρη,
 α οὐδὲ βραχὺ στένοντας οἰκτεῖρειν θέλει.
 α Ὡς ἐν σκοπῇ μοι τόξον ὤφθης ἀθρόον,
 620 α ὑπερφερῆς σὺ παρθένων ἐγγυριῶν.
 α Τοῦ σοῦ δὲ κάλλους ἂν συνέστηχε κρίσις,
 α ἡ Κύπρις οὐκ ἔτυχε πρωτείου πάλιν,
 α κἂν ὁ κριτῆς ἐκεῖνος ἦν ὧδε κρίνων
 α ἐρωτοληπτος ξανθοδόστρυχος Πάρις.
 625 α Σοὶ μαλθακὸν φιλῆμα, πλέγμα βοστρύχων,
 α ἡ τῶν μελῶν σου συμπλοκή, τὰ πάντα σοι·
 α ψυχὴ δ' ἀπειθῆς καὶ νοητὸς ἀδάμης.
 α Μέσον κακοῦμαι Παφίης καὶ Παλλάδος·
 α τίς Ἐαντάλειον δίψας ἰσχύει φέρειν;

« cor tuum, arreptum forcipe, aereum conflavit me-
 « diis impositum prunis? Quis tinxit, et in flammis aciem
 « cordi tuo fecit durissimo? O digitos hominis male artifi-
 « ces! O manuum malum opus et detestandum! O dextram
 « quae mihi dolores conflavit, et pectus corque tuum aere
 « fabricata est! Audax ille fuit, novus veluti Cyclops,
 « gravis, robustus, sanguineis oculis faucibusque edacis-
 « simis, qui te unus in meum infelicis dolorem nimium
 « ex aere informavit.

Quis funus ostendere potest nefunus? Quis illum ad can-
 « tus invitare potest amœnos, qui poculum hausit letife-
 « rum? Vide mortuum qui vivit.

« Sed quid ex malls lucror? Adeo respuis me amantem tui!
 « Oh! cor saxis durius! Amor, tristis Amor, Amor qui spi-
 « ras ignem, ardeutes veluti prunae heu! amara tela adu-
 « runt me tua.

« Ha! ha! num arcus ignem mittit? utique mittit.
 « Sed quid facies? Nec ipse Hercules, ut est in prover-
 « bio, adversus duos valet; et tu, ut pote parvulus puer,
 « tres adversus Gratias validis praeditas manibus non ha-
 « bens qui resistas, hinc inde cursitans licet, prehensus es
 « tamen, et, veluti servus, ingemis, manes; ac si per
 « totum evolaveris orbem, ubicumque adest pulchritudo,
 « servili fingeris ministerio; et Gratiae arcum tibi tendunt;
 « te suum sibi servum armant; te, fugitivum quamvis,
 « fidum sibi habent ministrum; et qui aufugeris jam te
 « manentem cernunt.

« Quam es torvus saevusque, Amor, vel quam dulce
 « rides! Video te inevitabilia constantem vincula.

« Quam es furiosus, vel quam ludere velle videris! Tibi
 « sunt manus usque ad feriendum promptae, ferisque immu-
 « sericorditer.

« Etenim nec parens a telis fuit immunis ipsa tuis.
 « Rusticus conspecta Niobes lacrymantis imagine: Oh!
 « qui ipsa, inquit, lacrymas manant marmora! Vivum
 « vero tuum marmor, puella, ne pauxillum quidem nobis
 « lugentibus tribuit misericordiae.

« Tibi sui densae scopus sagittationis, o virgo virginibus
 « hic loci habitantibus longe praestantior.

« Si tuae foret iudicium pulchritudinis, Cypris non ite-
 « rum potiretur praemio, quamvis sederet iudex ille, flava
 « Paris decorus coma et amore captus.

« Tenera das oscula; teneri sunt cincinnorum orbiculi;
 « tenera membrorum compages; quid libet in te tenerum
 « est, praeter animum flecti nescium, et vere incorporeum
 « adamanta.

« Medius torqueor Paphiam inter et Minervam: quis
 « Tantalaeam ferre possit hanc sitim?

630 « Καὶ τοῦ Διὸς δὲ νῦν κατήγορος μένω
 « ὡς ἀνεράστου, μὴ καταβεβλημένου
 « πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς εὐπρεπεστέραν κόρην
 « Λήδας, Δανάης, Γανυμήδους, Εὐρώπης.
 « Σοὶ καὶ βυτίς μολοῦσα τῷ χρόνῳ μόλις
 635 « ἤβης ὁποῦ πρόκριτος, ὡς ἐγὼ κρίνω·
 « σὸν φθινόπωρον κρεῖττον (ἢ ποῖος λόγος;))
 « ἔαρος ἄλλης, σὸς δὲ χειμῶν καλλίων
 « ὁπωροφυῶς εὐκραοῦς ἄλλου θέρους.
 « Ἄλλ' ἐκδυθείης μέχρις αὐτοῦ σαρκίου,
 640 « καὶ γυμνὰ γυμνοῖς ἐμπελάσσεις μέλη·
 « ἐμοὶ δοκεῖ γὰρ καὶ τὸ λεπτόν σου φάρος
 « τεῖχος Σεμιράμιδος· ὡς γένοιτό μοι! »
 Τοσαῦτα λέξας εἰς τὸν οἶκον ἐστράφη,
 τὴν γραῦν ὁπαδὸν λιπαρῶν ἐκ νευμάτων
 645 ὡς τὴν κόρην πείσειεν ἐνδεδυκέαι·
 ἢ καὶ λαβοῦσα τὴν κόρην οἰδοιπόρει·
 ἢ νύξ γὰρ ἠνάγκαζεν ἀνθυποστρέφειν.
 Ὁ γοῦν Χαρικλῆς ἐν Ξενοκράτους μένων,
 πρὸς ὄρθρον ἀντέφασκε ταῖς χελιδόσι·
 650 « Πᾶσαν μὲν ἤδη νύκτα γρηγορῶν μένω·
 « εἰ δ' ὄρθρος ἤξει μικρὸν ὕπνον ἐγγχείν
 « χελιδόνες τρύζουσιν, οὐκ ἐῴσ'ι με.
 « Πάου, κακῶν κάκιστον ὄρνέων γένος.
 « Οὐκ αὐτὸς ἐξέκοφα, μίξωας φόβῳ,
 655 « τὴν Φιλομήλας γλῶτταν, ὡς μὴ τι φράσαι.
 « Ἄλλ' εἰς τραχείαν καὶ στυννὴν ἐρημίαν
 « τὴν Ἴτυος ναὶ συμφορὰν θρηνεῖτέ μοι,
 « ὡς μικρὸν ὑπνώττοιμι· καὶ κοιμημένῳ
 « ὄνειρος ἦχοι, χερσὶ τῆς ποθουμένης
 660 « ἴσως με τὸν ποθοῦντα συμπλέκειν θέλων.
 « Τίθωνέ, γηρᾶς· τὴν γὰρ Ἥῳ, τὴν φίλην
 « σὴν εὐνέτιν, ἤλασας ἐκ τοῦ σοῦ λέγους. »
 Ὡ καὶ πρὸς ὕπνον αὐθις ἐκνενευκότη
 καὶ καλλίμορφος Διόνυσος ἐγγίσας,
 665 ὀηλοῦ μένειν Δρόσιλλαν ἐν τῷ χωρίῳ
 εἰς τὸ γραδὸς δόμημα τῆς Μαρυλλίδος,
 καὶ τῆσδε συζήτησιν αὐτῷ προτρέπει.

BIBAIION EBΔOMON.

Ἦδη μὲν ὄρθρος καὶ κροκόχρωος ἡμέρα,
 καὶ φῶς ἔναργές πανταχοῦ κεχυμένον
 ἐκ τοῦ μεγίστου καὶ διαυγοῦς ἀστέρος
 ἐξ ὠκεανοῦ προσβαλόντος τῇ κτίσει,
 5 ὡς ἡ σοφὴ ποίησις ἤδιστα γράφει,
 σύμμετρα θερμαίνοντος ἐξ ὑψωμάτων
 ὄρῳν κορυφᾶς καὶ δασυσκίους πόδας
 εἰς εὐγονον βλάστημα καὶ τέρψιν βίου·
 ἀνίσταται δὲ καὶ Χαρικλῆς ἐξ ὕπνου,
 10 πλήρης χαρᾶς, πλήρης δὲ καὶ θυμηδίας·
 καὶ τοῦ δόμου πρόεισι τοῦ Ξενοκράτους,
 λαβὼν μετ' αὐτοῦ καὶ Κλέανδρον τὸν φίλον.

« Et nunc Jovem incuso; qui nesciat quid sit amor,
 « quum in terras ad puellam non descendat præceps, Leda
 « gratiorem unam, Danae, Ganymede, Europeque.

« Accedens etiam ruga vix tandem tibi, succo, iudice
 « me, præstabit juventæ; autumnusque tuus melior erit
 « (vel proportio quatis?) vere alius, hyemsque tna pul-
 « chrior alius fructifera temperataque æstate.

« Sed denudator, quæso, adusque cuticulam, et nuda
 « nudis membra membris conseras; etenim leve hoc tuum
 « amiculum mihi Semiramidis murus esse videtur.
 « Atque utinam ista fiant. »

His dictis, domum reversus est, anum puellæ assecclam
 nutibus rogans supplicibus ut puellam intrare persuaderet.
 At illa, sumta puellæ manu, incedebat; nox enim re-
 ditum jubebat.

Charicles autem apud Xenocratem divotens, diluculo
 hirundinibus dicebat: « Tota jam vigilo nocte: si autem
 « aurora adveniens brevem oculis infundit somnum, en
 « hirundines dormire me non sinunt tinnientes.

« Desinite malarum maxime malum genus avium.
 « Ferro non abstuli Philomelæ linguam, metu ne ince-
 « stos proderet concubitus.
 « Abite ergo in asperas tristisque solitudines, absumti
 « fata gementes Ityli, ut pauillum dormiam, adsitque
 « dormienti somnium, quod me forsant amatae amantem
 « puellæ implicabit ulnis.

« Tithone, longo quia grandior ævo, Auroram tuam, ca-
 « ram tuam conjugem, e lecto exturbasti. »

Charicli se rursus somno tradenti pulcher adstitit
 Bacchus, significans Drosillam in pago apud anum Maryl-
 lida degere; eumque ad quærendum puellam excitat.

LIBER SEPTIMUS.

Jam mane erat, auroraque fulgebat crocea, et lumen
 clarissimum ubique ex maximo diffundebatur splendido-
 que astro, quod, relictis oceani fluentis, mundo illucescebat
 (ut illud amœnis docta poesis depingit coloribus), et tepido
 recreabat calore cœli et convexis montium cacumina um-
 brososque pedes, unde vernant omnia, sitque vita jucun-
 dior: quum e somno surrexit Charicles lætitiæ plenus
 animoque gaudente, ac domo Xenocratis egressus est, as-
 sumto amico Cleandro in societatem viæ.

Ἡ γραῦς δὲ λοιπὸν θακρῦοῦσαν ὀρθρόθεν
 παρηγορεῖσθαι τὴν κόρην πειρωμένην,
 15 ἔφρασκε· « Δεῦρο, τέκνον, ἐξάγγελέ μοι·
 « πόθεν, τίνας σὺ, καὶ πατρὶς τίς καὶ πόλις,
 « τίς δὲ Χαρικλῆν ἐγκαλουμένη στένεις;
 « Πενθεῖς δ' ἀγεννώεις, καὶ στενάζεις ἀφρόνως,
 « τὸν Καλλίδημου γάμον οὐ δεδεγμένη,
 20 « ὅς ὑπὲρ ἄλλους τοὺς κατοίκους ἐνούαδε
 « ὠραῖός ἐστι καὶ τέθληε χρυσίω.
 « Οὐκ εὖγε ποιεῖς, ὦ πένησσα καὶ ξένη,
 « εἰ Καλλίδημον εὐγενῆ νεανίαν
 « οὐκ ἄξιόν σοι συμμιγῆναι νῦν κρίνεις. »
 25 Ἴης δὲ Δροσίλλης τοῦ λαλεῖν ἀπηργμένης,
 « Μαθεῖν ἐπεὶ ζητεῖς με, μήτηρ, τὴν ξένην
 « τὰ κατ' ἐμαυτὴν καὶ τὰ τοῦ Χαρικλέος· »
 ἤκουσεν ὁ Κλέανδρος· ἔστη τοῦ δρόμου·
 ἡ γὰρ Χαρικλοῦς κλησὶς ἔσχε τὸν νέον
 30· ἐμπροσθεν ἐκτρέγοντα τοῦ Χαρικλέος·
 καὶ « Δός, Χαρίκλεις, τῆς χαρῆς τὰς ἐγγύας
 « ἐμοὶ Κλεάνδρῳ συνταλαιπωροῦντί σοι, »
 στραφεὶς πρὸς αὐτὸν φησὶ τὸν Χαρικλέα,
 ὃν καὶ κατεξέπληξεν αὐτῷ τῷ λόγῳ,
 35 ὃν καὶ κατεθρόησε τῇ φωνῇ μόνη.
 Ἐντεῦθεν ἀντιδόντες ἀλλήλοις χέρας,
 ἄφρων παρεβάλλουσιν αὐτῇ τῇ στέγγι,
 ἥς ἐνδόν ἡ γραῦς, ἡ φίλοικτος καρδιά,
 μετὰ Δροσίλλης ἐμπαθῶς προσωμίλει.
 40 Φωνῆ μεταξὺ χαρμονῆς καὶ θακρῦων,
 χειρῶν κρότος, θροῦς καὶ φιλημάτων κτύπος,
 ἄμετρος ὄμβρος ἐκραγεῖς τῶν ὀμμάτων,
 πρὸς τὸν Σεμέλης φθόγγος εὐχαριστίας,
 καλοὶ μὲν εἰς γραῦν ἐκ Χαρικλέος λόγοι
 45 ὑπὲρ Δροσίλλης τῶν φιλοξενημάτων,
 πολλῆ δὲ πρὸς Κλεάνδρον εὐχαριστία
 ἀπὸ Δροσίλλης τῆς ἀρίστης παρθένου
 τῶν πρὸς Χαρικλῆν συγκακοπραγημάτων·
 τοιοῦτος ἦν θροῦς ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων
 50 σύμμικτος ὄντως χαρμονῆς καὶ θακρῦων.
 Οὐ μὴν ὁ Καλλίδημος ἠγνόησέ τι.
 Ἀποσκοπῶν οὖν καθ' ἑαυτὸν ἀφρόνως
 ὀράσειεν φόνειον ἔργον εἰς Χαρικλέα
 ἀτραυματίστως, οὐ καθήματωμένως.
 55 ὡς εὐστοχῆσαι τῆς Δροσίλλης τὸν γάμον,
 ἔλαθεν αὐτῷ τὸν βρόχον παραρτῶν.
 Ὡς εἶδε δ' αὐθις γνόντα τὸν Χαρικλέα
 τὴν τῆς κόρης ἄφριξιν ἐν τῷ χωρίῳ
 πρὸ τοῦ προβῆναι τὸν σκοπούμενον ὄδον,
 60 ἀπαυθαδίσας ἐξ ἐρωτομανίας
 πρὸς ἀρπαγὴν ὄρμησε ληστικωτέραν·
 οὐκ αἰσχύνην γὰρ οἶδε πολλάκις ἔρωι·
 σκοπῶν δὲ νυκτὸς ἀμφὶ τὴν ἐρημίαν
 ἐπεισπεσεῖν ἀγνωστα τοῖς νεανίαις,
 65 ἔχων σὺν αὐτῷ καὶ συνήλικας νέους,
 ὡς δῆθεν αὐτὴν τὴν κόρην ἀφαρπάσων·

Anus vero gementem jam a diluculo puellam alloqui
 voluit, et, « Huc ades, » inquit « filia, narraque unde sis,
 « et qui pater, quæ patria, quæ civitas; quis est Charicles
 « ille quem gemis incusans.

« Ignavus est iste dolor insanaque tua mœstitia Calli-
 « demum procum abnuentis, qui omnibus hujusce loci in-
 « colis pulchrior est, divitiisque ante alios florentior omnes.
 « Non recte agis, paupercula tu et hospita, Callidemum
 « nobilem juvenem quæ tuo non dignaris culili. »

Cui Drosilla respondere infit : « A me quoniam hospita
 « discere, mater, cupis res meas ac Chariclis. »

Audivit Cleander et cursum continuit, nam forte ante
 Chariclem currebat, atque amici nomen progredi ipsum
 non siverat : et « Charicles, » ait ad illum conversus,
 « promitte Cleandro, promitte doloris tui participi te jam
 « fore lætum. »

Ad hæc obstupuit Charicles ipso vocis obstrepero contur-
 batus sono.

Jamque arrepta alter alterius manu, protinus, domum
 intrant ubi bona illa anas cum Drosilla amice confabula-
 batur. Voces gaudii plenæ et lacrymis, manuum complo-
 sio, osculorum et murmur et sonus, imber multus ex
 oculis profluens, verba in Semeles filium grati animi indicia,
 blandum Chariclis ad ancilam alloquium ob præstitum
 Drosillæ hospitium, et Drosillæ optimæ puellæ ad Cleandrum
 ob ancilam cum Charicle malorum consortionem :
 talis inter hosce quaternos confusus audiebatur lætitia
 et lacrymarum tumultus.

Nec Callidemum hæc latuerant.

Nam secum insulse reputans qui posset sine vulnere cæ-
 deque mortem Charicli inferre, ut Drosillam sibi nuptam
 haberet; non sentiebat ipsum se sibi laqueum disponere.

At dein intellecto Chariclen, priusquam instrueretur dol-
 us, cognovisse puellæ isthuc adventum, ex furore erotico
 factus audacior ad raptum se accinxit latronum ritu more-
 que.

Etenim sæpe pudorem projicit omnem amor.

Quum ergo statuisset per silentia noctis juvenes clam
 opprimere, auxiliante amicorum turba, et virginem rapere,

εἰς γὰρ ἀπόπλουον ἠτρέπιζεν ὀλκάδα·
 ἀντί φλογὸς μὲν ἦν ἀνήπτου οἱ πόθοι,
 πρηστήριον πῦρ εἶχε τριταίου τρόμου·
 70 ἀνὸ' ὀλκάδος δὲ τῆς ἀποπλευσομένης,
 ἔσχηκεν αὐτὸν ἢ ταλαίτωρος κλίνη·
 ἀντί δρόμου δὲ τοῦ πρὸς ἄλλο χωρίον,
 μακρὰν ποδῶν εὔρηκεν ἀκινήσιαν.
 Ὁ γοῦν Χαρικλῆς εἶχεν οὐδένα κόρον
 75 τῶν τῆς Δροσίλλης ἐνδρόσων φιλημάτων·
 εἰ γὰρ φιλεῖν τις τὴν ποθουμένην λάθοι,
 ἄπληστός ἐστιν ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ
 τὴν ἠδονὴν βρέουσαν εὐκόλως ἔχων·
 τὸ χεῖλος οὐκοῦν ἐστὶν ἐξηραμμένον,
 80 τοῦ γλυκύτητα μετρίαν κεκτημένον,
 τῆς ἠδονῆς ἐκείσε συγκενουμένης.
 Ἀπαλλαγέντων τοίνυν ἐκ φιλημάτων,
 ἢ γραῦς Μαρυλλίς ἀντένηψε καὶ λέγει·
 « Τέκνον Χαρίκλεις, εὖ μὲν ἦλθες ἐνθάδε
 85 « εὐρῶν Δρόσιλλαν ἐκ θεῶν σεσωσμένην,
 « ἢ μέχρι καὶ νῦν οὐκ ἔλῃσε δακρύων
 « καὶ τῶν χάριν σοῦ πενθικῶν ὀδυρμάτων·
 « ὡς εὖ μὲν ἦλθες, (τοῖς θεοῖς πολλῆ χάρις
 « τοῖς μέχρισ ἡμῶν ὕγια σεσωκόσι
 90 « καὶ τῇ ποθούσῃ δεῦρο συμμίζουσί σε !)
 « ὡς εὖ μὲν ἦλθες, τέκνον, εὖ δὲ καὶ λέγοις
 « ὅπως μὲν εἰς σύμπνοιαν ἦλθετον μίαν,
 « ποία δὲ πατρίς, καὶ τὰ τοῦ πόθου πόθεν,
 « τίς δ' οὗτος ὁ Κλέανδρος αὐτὸς ὁ ξένος,
 95 « ποίω δ' ἀπετεύχθητον ἀλλήλων λόγῳ,
 « καὶ νῦν ἐπιγνώσθητον ἀλλήλοις πάλιν.
 « Ἐμελλε πάντως τοῦ λέγειν ἀπηργμένη
 « ἢ παρθένος μοι ταῦτα διεξιέναι,
 « ναὶ καὶ καθ' εἰρμὸν πάντα τετρανωκέαι,
 100 « πρὸ τοῦ σὲ τὸ στέγασμα κατελιηφέναι. »
 « Ἐπωδύνως γοῦν καὶ μετὰ στεναγμάτων·
 « ἢ πῶς γὰρ « ὁ Κλέανδρος εἶπεν » εὖ λέγοι; »
 « Ἐπεὶ δὲ σύ μου τὴν στέγην, χρυσὴ τύχη!
 « ἔδυσ, θεῶν ἐκ τινος ὠδηγημένος,
 105 « ὡς ἂν μικρὸν λήξειε τῶν ὀδυρμάτων
 « ἢ νύκτα δακρύουσα καὶ μεθ' ἡμέραν,
 « λέγοις ἂν ἡμῖν σὴν ἀφίξιν ἐνθάδε,
 « καὶ τὴν Ἐρωτος μυστικὴν εὐτολμίαν,
 « μεθ' ἠδονῆς πάντως γε καὶ προσχαρμάτων.
 110 « Τί γὰρ τὸ λυποῦν τὴν Δρόσιλλαν εἰσέτι,
 « ἢ τὸ θλίβον τί, σοῦ, Χαρίκλεις, ἰγμένου; »
 « Ὡς γὰρ ἀπόντος ἐστέναιζεν, ἐθρόει,
 « ἔκλαιε πικρῶς, ὠλόλυξε βαρέως,
 « οὕτω παρόντος, ὦ θεῶν σωτηρίων!
 115 « πάντων κρατούσης τῆς χαρᾶς συνημμένων,
 « εὐχρηστον οἶμον ἢ διτήγησις λάθοι.
 « Καθηδυνοῖς δὲ καὶ πλέον τὴν παρθένον,
 « σοῦ γλυκεροῦ στόματος ἠνεωγμένου,
 « τὸν ἐξ ἐκείνου φθόγγον ἠνωτισμένην·
 120 « θάλψεις δὲ καμᾶ συμπαθεῖν ἐγνωσμένην

parata ad fugam nave; pro flamma quam accendunt cupidines, tertianæ febris igne fulguritus trepidare cœpit; et pro nave qua debebat avehi, tristi fuit afflicto lectulo; proque celeri quam sperabat alium in pagum fuga, pedum fuit impeditus immobilitate.

Chariclem vero roscidorum Drosillæ osculorum satias nulla capiebat: si quis enim amatam puellam osculetur, non satiari potest dulci illo gaudio quod per medium cor leniter diffluit.

Arida igitur sunt illius labia, qui, hac osculorum diffundente se voluptate, dulcedine mediocri titillatur.

Ergo quum basis tandem pausam fecissent, anus Marillys « Charicles, fili mi » et ipsa mente sobria dixit, oh! « bene quod huc accedens servatam Deorum ope Drosillam inveneris, quæ usquedum lacrymarum te propter tristitumque ejulatum non desinebat: bene, inquam, advenisti, et Deis ago gratias, qui te sanum nobis reduxerunt et hic puellæ jungent amanti; at, fili, ut fauste advenisti, sic fausta mihi narratione aperias, quo in hunc incidistis amorem modo; quæ patria; amandi quæ origo; quis Cleander ille advena; quæ fuisistis disjuncti fortuna, et qua nunc conjuncti rursus.

« Drosilla quidem omnia mihi narrare cœperat atque ordine pandere, paulo priusquam tectum ingressus es. »

Tum Cleander: « Cum gemitibus et suspiriis fiet (nam quæ aliter?) fausta hæc narratio! »

« Quandoquidem (o fortunam auream!) meum tugurium ingressus es, duce Deorum aliquo et auspice, ut parumper onittat mæstitiam puella quæ interdum flet noctuque, narres nobis tuum huc adventum et arcanum audaxque facinus Amoris; quod per erit jucundum lætificentumque.

« Quid enim adhuc, te præsentem, Charicles, Drosillam dolore potest afficere vel ægrimonia? Quemadmodum enim te absente gemebat, inclamabat, lugebat amariter, graviter suspirabat; sic te præsentem (oh Deos servatores!) et in communi hac omnium lætitia, commodo narratio tramite procedat. Atque dulci oris tui favella curas delinies puellæ, vocis amatæ quum bibet aure sonos; et me recreabis simul, quæ tam anxie

« οἷς μέγροι δεῦρο δυσχερῶς ἐπλημμελεῖ. »
 « Ὡς ἤθελον πρότην μὲν αὐτὴν τὴν κόρην,
 « φίλον Μαρυλλίδιον, ἤρωτηχέαι, »
 ἔφη Χαρικλῆς, « πῶς σέσωσαι, καὶ μόνη,
 125 « πεσοῦσα πρὸς θάλασσαν ἐξ ὕψους ὄρους!
 « ὡς νῦν ἐγὼ καὶ θάμβος ἡλίκοι φέρω,
 « εἰ μὴ Δροσίλλαν φασματόμηνος βλέπω·
 « ἐπεὶ δὲ σὸν θέλημα, γραῦ, μὲ νῦν λέγειν
 « ἡμῶν τοσαύτας τληπαθεῖς περιόδους
 130 « εἰς ἀνταμοιβὴν τῶν φιλοφρονημάτων,
 « ἄκουε. Πῶς γὰρ καὶ παραγκωνιστέον
 « τὴν τῆς τοσαύτης αἰτίαν θυμηδίας;
 « ἐμοί, Δροσίλλῃ, καὶ Κλεάνδρῳ τῷ ξένῳ.
 « Εὖ δ' ἴσθι· πατρίς ἐστὶν ἡμῶν ἡ Φθία·
 135 « μήτηρ ἐμοὶ μὲν Κρυστάλῃ, πατὴρ Φράτωρ,
 « τῇ δὲ Δροσίλλῃ Μυρτίων, Ἡδυπνόῃ.
 « Ταύτην, ἑορτὴν ἐντελῶς τελουμένην
 « τοῦ τῆς Σεμέλης καὶ Διὸς Διονύσου,
 « ἔξω παρ' αὐταῖς ταῖς πύλαις τῆς πατρίδος
 140 « συνεξιούσαν ἀπαλαῖς σὺν παρθένοις
 « ἰδῶν, ἔάλων· οὐδὲ γὰρ μέμψις, γύναι,
 « ὀρῶντα ταύτης τοῦ προσώπου τὴν θέαν·
 « εἰς γὰρ τοσοῦτον συβρέον πλῆθος τότε
 « οὐκ ἦν ἰδέσθαι τῆς Δροσίλλης καλλίως.
 145 « Ἄλους προσεῖπον, καὶ προσεῖπὸν ἤξιοῦν
 « ἐμαυτὸν αὐτῇ τῇ φυγῇ μεθαρμοσαί.
 « Ἐνευσεν, ἀντέρωτα πάσχουσα ξένον·
 « καὶ ναῦν ἀποπλέουσαν ἐξευρηκότες,
 « χαίρειν ἀφέντες συγγενεῖς καὶ πατρίδα,
 150 « ἡμοῦ συνεσέδωμεν εἰς τὴν δλκάδα.
 « Πλὴν ἀλλὰ μικρὸν καὶ πλέοντες εὐδρόμωις,
 « ἤλωμεν οὕτως ἀπροόπτως ἀνδράσιν
 « τοῖς ναυτικῇ χαίρουσι τῇ ληστηρίῳ,
 « ὧν χεῖρας ἐκφυγόντες ὄψε καὶ μόλις,
 155 « σεσώσμεθα κρυβέντες ἐς μέσην ὕλην,
 « καὶ Βάρζον εἰσέδωμεν ἄστῳ σὺν δρόμῳ·
 « ὃ καὶ συνεξέδωμεν ἐκτελουμένης
 « κάκει μεγίστης τοῦ Διὸς πανδαισίας.
 « Ἐμπέτομεν δὲ Παρθικῇ στραταρχίᾳ
 160 « θήραμα καινόν· καὶ δεθέντες αὐχένας
 « εἰς τὴν ἐκείνων ἀντεπήχθημεν πόλιν.
 « Ἐκεῖσε πολλῶν ἡμερῶν περιδρόμος
 « μετὰ στεναγμῶν ἐκμετρήσαντες πόσων!
 « καὶ τὸν καλὸν Κλέανδρον δὴ βλέπεις, γύναι,
 165 « προαίχμαλωτισθέντα χειρὶ Βαρβάρων
 « συνοικέτην κάλλιστον ἐξευρηκότες
 « (καὶ γὰρ φυλακῆς εἶδομεν παρ' ἐλπίδα
 « δούλειον ἡμαρ, ἀλλοφύλους δεσπότας,
 « καὶ δυστυχεῖς ἔρωτας, ἀλλὰ καὶ πόσους!),
 170 « συνηχμαλωτίσθημεν αὐθις ἐκ τρίτου
 « Ἄραψι, Πάρθων κατατετροπωμένω.
 « Γοῖνον λαχόντες δέσμοιοι, παρηγμένοι
 « ὀδὸν διελθεῖν πανταχοῦ στενωμένην
 « ἐκ τῆς δασείας καὶ συνηρεφῶς ὕλης,

« condolui malis quibus usquedum misella obruta fuit. »
 — « Quantum vellem, Charicles ait, o bona Maryllidium,
 « a virgine ipsa rescire prius quo fuerit servata modo, alto
 « de cacumine montis in mare delapsa, idque sola.
 « Etenim ingenti nunc teneor stupore, si forte imaginem
 « Drosillæ, non ipsam cerno Drosillam.
 « At quandoquidem, anus optima, pro tantis tuis bene-
 « ficiis, me tibi nostrarum narrare cupis miseriarum vicis-
 « situdines, audi. Neget quis aliquid Maryllidi quæ tanta
 « est causa lætitiæ mea, Drosillæque, et amici Cleandri.

« Patria (te enim hoc probe novisse oportet) nobis est
 « Phthia.
 « Matrem habeo, Crystallen; patrem, Piratorem : Myr-
 « tion autem Drosillæ pater; et mater, Hedyrnoe.
 « Die quodam Bacchi, Semeles et Jovis filii, festo, illam
 « ex urbis portis una cum teneris virginibus progredientem
 « ut vidi, ut perii ! Nec me quisquam vituperabit, mulier,
 « qui videram tam formosum puellæ vultum.
 « Quippe, in tanta undique affluente turba, Drosilla pul-
 « chrior femina nulla fuit.
 « Amans amare me dixi, et rogavi ut mihi vellet esse
 « fugæ comes.

« Annuit, quippe quæ amantem me egregie redamabat.
 « Quum navem jam solventem invenissemus, valedicentes
 « parentibus et patria, simul navigium fuimus ingressi.
 « Sed brevi post tempore, quum propere navigaremus,
 « ecce ex improvise in homines incidimus, qui piraticam
 « exercebant : e quorum manibus quum vix tandem evasis-
 « semus, media nos occultamus silva, et cursu demur
 « urbem Barzuum occupamus.
 « Atque rursus Barzo simul egredimur in solemnī festo-
 « que Jovis epulo.
 « At hic præda facti sumus Parthico exercitui; et colla
 « catenis vincti in eorum oppidum perducimur.

« Quum multos dies in gemitibus, heu quantis ! consum-
 « pseramus, optimum hunc Cleandrum, quem cernis, mulier,
 « captum jam antea Barbaris, socium servitutis invenimus.
 « Etenim inexpectatam servire coacti servitutem, externos
 « experti fuimus heros, et amores, heu ! nimium quantum
 « infelices.
 « Dein rursus, Parthis præfigatis, in Arabum venimus,
 « ter capti, potestatem.
 « Ecce ducebamur captivi per viam quam spissa densior
 « que silva coarctabat,

175 « ἠγωνιῶμεν, ἄλλος ἄλλον ἐκράτει,
 « ποιούμενοι οἰκαιοὺν εὐλογοῦν φόβον
 « μὴ, ἀπολισθήσαντες ἐκ κορημισμάτων,
 « σχοίημεν αὐτὴν τὴν θάλασσαν εἰς τάφον·
 « ὃ καὶ πέπονθεν ἡ παρούσα παρθένος,
 180 « ἦν ζῶσαν, ὃ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες! βλέπω.
 « Ὁ κύριος γοῦν Ἀράβων ἄναξ Χάγος
 « θρηνοῦντα νύκτωρ μανθάνων με τὴν κόρην,
 « μετὰ Κλεάνδρου τοῦ παρόντος εὐθέως
 « ἐλευθεροῖ, σχῶν οἶκτον ἡμῶν τοῦ πάθους·
 185 « οὗ καὶ τὰ συμφέροντα πάντα τῶ βίῳ
 « τὴν τῶν θεῶν πρόνοιαν ἐξητηχότες,
 « ἀπηλλάγημεν δουλικῆς ζεύγλης βάρους·
 « ἐγγίζομεν δὲ δωδεκαταίῳ φάει
 « μόλις παρ' αὐτοῦ τῆ στέγῃ Ξενοκράτους.
 190 « Ἐμέλλομεν δὲ σήμερον τὸ χωρίον
 « παραβραχὺ λιπόντες ἀλλαχοῦ τρέχειν
 « (τρεῖς γὰρ διηνούκειμεν ἐν Ξενοκράτους
 « πρὸς παῦλαν ἄχθους ἡμερῶν περιδρόμους),
 « εἰ μὴ θεῶν ὄνειρος ἐξαπεστάλη,
 195 « ἡ μάλλον οὐκ ὄνειρος, ἀλλὰ προφθάσας
 « ὁ καλλιμόρφος παῖς Διὸς καὶ Σεμέλης
 « ἐπέσχεν, εἰπὼν· Μὴ πρόβαινε μηκέτι,
 « ἔως Δρόσιλλαν, ἣν ἰδεῖν ζῆσαν θέλεις,
 « θρηνοῦσαν εὐρης οὔσαν ἐν τῷ χωρίῳ.
 200 « Τὰ γοῦν καθ' ἡμᾶς, ὥσπερ ἤτησας, γύναι,
 « ἔχεις μαθοῦσα· πλὴν τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου
 « αὐτὴν ἔρωτᾶν ἀζῆθ' τὴν παρθένον,
 « πῶς ἔσχεν εἰς θάλασσαν ἐξεβρίμμενη
 « ἐνταῦθα πάντως πρὸς σὲ κατελιγμένα
 205 « αὐτῇ φανείσαν δευτέραν Ἡδυπνόην. »
 « Ἐμοί, Χαρίκλεις, κἂν ὁ βάσκανος μίτος »
 ἔφη Δρόσιλλα « τῆς ἀλάστορος τύχης
 « αἰεὶ τὰ λυπρὰ συμπερικλιῶθαι θέλη,
 « ἀλλ' ἡ θεοῦ πρόνοια τοῦ σωτηρίου,
 210 « ὃν καὶ συνεργὸν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀγάπης
 « ἐπευτοχοῦμεν (ἀλλὰ μὴ λήγοις, ἄναξ,
 « τὴν λειπόπατρην συμφυλάττων, ὡς θέλεις!)
 « αἰεὶ τὰ χρηστὰ βούλεται συνεισφέρειν,
 « ἥ τις πεσοῦσαν (ὃ παλαμναίου κλάδου,
 215 « τοῦ χεῖρα συλλαβόντος ἐκ τῆς ἀγκάλης,
 « καὶ πρὸς βυθὸν ῥύσαντος ἐξ ἔδρας μέσης!)
 « ἔσωσε πέτραις πολλὰ προσκεκρομένην
 « τὰ στέρνα καὶ τὰ σπλάγχνα καὶ τὰς ὠλένας. »
 (Καὶ, συγκεχυφῶς προσλαλοῦσά τῃ κόρῃ,
 220 λευκοῦς ἐρυθροῦς κρυσταλώδεις δακτύλους
 ταύτης Χαρικλῆς κατεφίλει δακρῶν),
 « τίς χερσίν, ἄς σὺ νῦν φιλεῖς καὶ κατέχεις,
 « τὸν φλοῖον ἐντέθεικε, καὶ δέδωκέ μοι
 « τοιοῦτον, εὐρὺν καὶ παρεκτεταμένον
 225 « ὡς θᾶττον εἰς γῆν ἐμβαλεῖν σεσωσμένην;
 « ὦ χαῖρε, χαῖρέ, Διόνυσε γῆς ἄναξ,
 « ὅστις με πολλῶν ἐξέσωσας κινδύνων,
 « καὶ μεῖζον ἄλλο δῶρον ἀντεχαρίσω!

« et nitebamur, aliusque alium prehendebat, justo non sine
 « metu, ne in præcipitia delapsi loca mari sepeliremur;
 « quod puellæ accidit isti, quam, o Jupiter Diique omnes!
 « præsentem et vivam intueor.

« Rex autem Arabum Chagus, comperto me noctu
 « puellam lugere amissam, protinus cum hocce Cleandro
 « liberum me dimisit, nostra nempe misertus infortunia.

« Cui quum prospera omnia a Deorum providentia
 « fuisset adprecati, servilis onera jugi deposuimus; et
 « duodecimo die adimus ad dömum Xenocratis.

« Hodie autem vicum hunc linquere ferme destinavera-
 « mus, et pergere alio (tres enim apud Xenocratem dies
 « quietis causa manseramus); ni missum a Deis insom-
 « nium, aut ipse potius pulcher Jovis et Semeles filius me ab
 « incæpto retraxisset, Ne longius, dicens, abeas, mæs-
 « tam donec Drosillam, cupis quam cernere vivam, in hoc
 « pago inveneris. Nostra nunc tenes, mulier, nosse quæ
 « volebas.

« At cætera nunc ab ipsa volo rescire virgine; quo potuit
 « modo, in mare decussa, hic ad te se recipere, quæ ipsi
 « altera fuisti Hedypnoe. »

Tunc Drosilla : « Etsi mihi, Charicles, crudelis Fortuna
 « tristes usque velit fatalibus filis nere casus; attamen con-
 « servatoris providentia Dei, quem nostro faventem amori
 « sumus experti (et nunquam desinas, Rex optime, maxi-
 « me, exulme me patria pro nutu tuo servare!) usque
 « vult prodesse nobis, quæ me cadentem (o funestum
 « arboris ramum, cui brachium ex ulna prehensum hæsit,
 « quique raptam me e sedili in profundum dedit præci-
 « pitem!) quæ igitur me servavit saxis pectus, ac latera
 « brachiaque inlidentem » (Et obtutu in loquentem defi-
 « xo puellam, Charicles candidos ejus roseosque nitidosque
 « basiabat digitos non sine lacrymis), « quæ hisce, quas
 « nunc deoscularis et comprimis manibus, corticem sub-
 « jecit, latum adeo et protensum ut brevi fuerim in littus
 « exposita? O salve, salve Bacche, terrarum rex, qui
 « me a multis eripuisti periculis, et majus aliud dedisti
 « donum!

« ὄν ἐν νεκροῖς ἤλπιζον ἐν ζωῷ βλέπω. »
 230 Καὶ συμπλακέντες τῷ μεταξὺ τῶν λόγων
 ὡς κισσὸς εἰς ὄρνυ, ἀντεπίλουν ἀσμένους.
 Οὕτω δυσάποσπαστον εἶχον τὴν σχέσιν,
 ὡς καὶ δόκησιν ἐμβαλεῖν Μαρυλλίδι
 καὶ σῶμα πάντως ἐν γενέσθαι τοὺς δύο,
 235 οἱ τῷ προλαλεῖν ἦλθον εἰς ψυχὴν μίαν·
 τοιοῦτός ἐστι πᾶς ἐρώων πόθου πνέων·
 καὶ γὰρ κατιδὼν ἦν ποθεῖ μετὰ χρόνον
 ἄπληστα φιλεῖ πρὸς τὸ λῆξαι τοῦ πόθου.
 Μόλις Χαρικλῆς ἄρτι νήψας ἀνέφη·
 240 « Ἄλλ' ὦ τοσοῦτον ὥστε μὴ σθένειν λέγειν,
 « ὦ φῶς ἡμερτὸν, ὦ πνοή καὶ καρδία,
 « πῶς τὴν τσασύτην καὶ διήνυσας τρίβον,
 « καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἔσχες ἐλθεῖν χωρίον; »
 « Ἐκείνος αὐτὸς » εἶπεν αὐθις ἡ κόρη,
 245 « ἐλθεῖν καθωδήγησεν εἰς τὸ χωρίον
 « ὁ καὶ θαλάσσης πλημμυρούσης ἀρπάσας
 « καὶ τὸν Χαρικλῆν ζῶντά μοι δοὺς νῦν βλέπειν. »
 Τούτοις Μαρυλλίς προσχαρῆς δεδειγμένη
 ἔφησεν « Ὡς καινόν τι δέρομαι, ξένοι!
 250 « Καὶ γραῦς μὲν εἰμι καὶ προβάσα πρεσβύτις,
 « χρηστῶν δὲ πολλῶν καὶ κακῶν ἰδρις ἔφην·
 « πλὴν ἀλλὰ γὰρ τοσοῦτον οὐκ ἔγνων πόθον,
 « οὐδ' εἶδον οὕτως εὐφυῆ συζυγίαν
 « ἐλθοῦσαν εἰς μέθεξιν οἰκτρῶς ἐκ νέου
 255 « οὐ καρτερητῶν ἀλλεπαλλήλων πόνων.
 « Καὶ τὴν μὲν, ὦ Ζεῦ, παρθένον τηρουμένην,
 « καὶ ταῦτα δούλην πολλάκις δεδειγμένην,
 « τοὺς ἐμμανεῖς ἔρωτας ἐκπερευγέναι,
 « τὸν δὲ πρὸς αὐτὰ βαρβάρων γυμνά ξίφη,
 260 « ὥσει θέρους ἄγρωστιν, ἐμππτωκότα,
 « ἐν ζωῖσι εἶναι, καὶ συνεῖναι τῇ κόρῃ,
 « ταύτης λαχόντα τὴν διάζευξιν πάλαι·
 « θεοῦ λέγεις τὸ πρᾶγμα, καὶ καλῶς λέγεις,
 « σῶφρον Δρόσιλλα. Καλλιδήμος ἐβρέτω.
 265 « Οὐδὲ γὰρ θεὸς συνῆψε τίς διασπάσει; »
 Ἔφησε ταῦτα, καὶ τράπεζαν εἰς μέσον
 τέθεικεν, « Ὑμῖν συγχαρήσομαι, ξένοι,
 « τὴν σήμερον » λέγουσα « συμπάρεστί μοι·
 « καὶ συγχορεύσω τῷ θεῷ Διονύσῳ,
 270 « παθόντας οἰκτρὰ προσφυῶς ἡνωκίτι. »
 Οὗτοι μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἡσχολημένοι
 τροφαῖς, κρατῆρῶν ἀμφεγάννουτο πλέων·
 ἡ γραῦς δὲ (καὶ γὰρ προσχαρῆς ἦν τὴν φύσιν)
 ὀλη φανεῖσα τῆς χαρᾶς καὶ τοῦ πότου,
 275 ἤγερτο λοιπὸν τῆς καθέδρας ὀρθία,
 καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα δῆθεν ἐσκευασμένη,
 λαβοῦσα χειρόμακτρα χερσὶ ταῖς δύο,
 ὄρχησιν ὠρχήσατο βακχιχωτέραν,
 φθόγγον κορύζης οὐ μακρὰν ποιουμένη
 280 χαρᾶς τελεστὴν καὶ γέλωτος ἐργάτην.
 Ἐσφαλλε μέντοι θαμὰ συχινουμένην
 τὸ συνεχὲς λύγισμα τὴν Μαρυλλίδα·

« Quem inter mortuos esse sperabam, nunc vivum cerno. »

Hæcque inter verba, adhærentes alter alteri, quercu. velut hedera, se mutuis invitabant osculis, arctis adeo nexi vinculis, ut Maryllis crediderit, unum e duobus amantibus fuisse corpus adunatum, quos jam confabulatio fecerat unanimes.

Non aliter comparatus est quilibet amans, quum fervet desiderio.

Quando etenim longum post tempus amatae visu potitur, multo se proluit osculorum rore, restinguat ut cupidini ignes.

Tandem Charicles factus sui compos : « O mea lux, lux « carior mihi quam ut dicere queam ! o anima ! o corculum ! « quomodo tam longum potuisti conficere iter, et ad hos « pervenire locos ? » — « Ille ipse » vicissim puella dixit, « fuit mihi dux itineris qui ex undis tumentibus me eripuit, « Chariclemque vivum nunc meos sistit ante oculos. »

Ad hæc Maryllis læto vultu : « Rem video, hospites, « prodigiosam.

« Anus sum quidem jam grandi provectora ætate, et multa « sum experta bona malaque, nondum tamen tanto fini « testis amori; nec vidi unquam tam pulchrum par tam « gravibus et catenatis, a tenera jam ætatula, oppressum « curis. Illam vero, prohi Jupiter ! virginem usque et ca- « stam, idque non semel servitutem servientem, immanes « effugisse herorum amores; hunc vero ipsi Barbarorum « gladiis, æstivum ut gramen messoris falci subjectum, in « vivis adhuc esse, et longam post disjunctionem, una cum « puella versari, dei hoc esse dicis opus, et merito quidem, « sapiens Drosilla.

« Valeat ergo Callidemus.

« Quos junxit Deus, quis disjungat ? » His dictis, mensa- que in medio posita, « Vobis, » ait « Hospites, hodie gaudii « ero particeps; quidni enim ? et saltabo vobiscum in hono- « rem Bacchi, qui miseros amantes fauste conjunxit. »

Inde vacat cibus, plenisque se proluunt poculis.

Anus vero (etenim natura fult ad hilaritatem comparata) jam lætitia plena et flore saucata liberi, a mensa surrexit, seque ad opus accingens, manibusque tenens mantelia, saltationem saltavit plus quam Bacchicam, turpi et rancido fragosis e naribus conerepans sono, quo lætitiæ crea- bat ciebatque cacinnos.

Sed inter frequentes membrorum quassationes dum cir- cumvertitur, non usque recto stabat talo Maryllis,

πίπτει δὲ πάντως ἡ ταλαίπωρος κάτω
 τῷ συμποδισμῷ τῶν σκελῶν τετραμμένη·
 285 ὑψοῖ δὲ θᾶττον εἰς κεφαλὴν τοὺς πόδας,
 καὶ τὴν κεφαλὴν ἀντερείδει τῇ κόνει·
 τοῖς συμπόταις ἐπῆρτο μακρὸς τις γέλωσ.
 [Οὕτως ἐκείνη συμπεσοῦσα, κειμένη,
 ἡ γραῦς Μαρυλλίς ἐξεπὸρῶθη τρίτον,
 290 τῷ συμπίλησιν τῆς κεφαλῆς μὴ φέρειν.]
 Οὐκ οὖν ἐπεξήγητο· μὴ γὰρ ἰσχύειν
 ἔφασκεν ἡ τάλαινα, καὶ προκειμένη
 τὰς χεῖρας αὐτῆς ἀντεφῆπλου τοῖς νέοις·
 ἀλλ' ὁ Κλέανδρος συγκατασχεῖν οὐκ ἔχων,
 295 ἐξυπτιάσας τῷ γέλωτι καὶ μόνος
 ὡς ἡμίθνης ἔχειτο πυκνὸν ἐμπνέων.
 Τί γοῦν Χαρικλῆς; τῶν γελῶτων ἐν μέσῳ
 καλῆς ἀφορμῆς τῷ δοκεῖν δεδραγμένος,
 ἐπεισεκυφῶς τῷ Δροσίλλης αὐχένι,
 300 ἐπεγγελάσων τῇ καλῇ Μαρυλλίδι,
 οὐκ εἶχε πάντως τῶν φιλημάτων κόρον,
 τῶν χειλέων ἐκείσε προσκολλωμένων.
 Πλὴν ἀλλ' ἀναστάς ὁ Κλέανδρος καὶ μόλις
 ἔδειξεν εὐθὺς τὴν πεσοῦσαν ὀρθίαν,
 305 ὦμαι, πτοηθεὶς ἐκ προσυμβεθιχότων
 ὡς μὴ τί γ' αὖθις ἐκφορήσοι καὶ κόπρους,
 ἢ τὴν κεφαλὴν ἀλοθῆ κειμένη,
 μισθὸν λαβοῦσα τῶν φιλοξενημάτων
 τὴν θρύψιν αὐτὴν ἐν πόνοις τοῦ κρανίου.
 310 Ὁ καὶ συνιζήσασα τοῖς νέοις, ἔφη·
 « Μὰ τοὺς θεοὺς, ὦ τέκνα, καὶ σκοπεῖτέ μοι·
 « ἐξ οὗ καλὸς παῖς τῆς Μαρυλλίδος Χράμος
 « τέθαπτο (καὶ γὰρ ἐστὶν ὄγδοος χρόνος),
 « οὐκ ἤλθον εἰς γέλωτας, οὐκ ὤρησάμην·
 315 « ὑμῖν δὲ ταῦτα λοιπὸν ἐξ ἐμοῦ χάρις·
 « παισὶ πλανηθεῖς φασὶ καὶ γέρων τρέχει. »
 « Μὰ τὸν σὸν υἱόν, » ἀντέφησαν οἱ νέοι,
 « ἤδυνας ἡμᾶς, ὦ Μαρυλλίς κοσμία,
 « ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ τροφῇ σῆ καὶ πόσει·
 320 « ὄρηγμα δ' οὖν σὸν καὶ τέχνη λυγισμάτων,
 « καὶ σῶν ποδῶν κίνησις εὐτονωτέρα,
 « καὶ πυκνὸν ἀντίλοζον εὐστροφον τάχος,
 « ὑπὲρ τροφὴν ἤδυνεν, ὑπὲρ τὴν πόσιν,
 « ὑπὲρ τράπεζαν τὴν πολυτελεστάτην,
 325 « ὑπὲρ φιάλην τὴν ὑπερχειλεστάτην.
 « Καὶ καινὸν οὐδὲν, μῆτερ, ὄντως εἰργάσω·
 « ἡμεῖς δὲ καὶ γέροντες ἤμεν τρισσάκις,
 « συμμετριάξειν οὐκ ἂν εἴχομεν φόβον,
 « πάντως τὰ λῆϊστα τῶν θεῶν δωρουμένων. »
 330 Τοιαῦτα πρὸς γραῦν εἶπον οἱ νεανίαί.
 Καὶ τῆς τραπέζης ἐκ ποδῶν τεθειμένης,
 ὁ μὲν Κλέανδρος εἰς τὸν ὕπνον ἐκλίθη,
 ἡ γραῦς δὲ λοιπὸν ἔνθεν ἀντανεκλίθη.

caditque misella cruribus impeditis, tollunturque pedes, et
 pulveri caput adlidunt. Convivæ risu cachinnabili concuti.

[Sic anus resupina jacebat quum repente, sanguinis in
 capite congestioni impar ferenda, ter fissa nate pepedit.]

Nec surgebat; non posse enim aiebat; et jacens manus
 juvenibus ambas protendebat.

At Cleander, qui se cohibere nequibat, risu solutus
 maximo, et solus in angulo resupinus, animam trahebat
 anhelantem fere morituro similis.

Quid interea Charicles? Medios inter cachinnos pulchram
 sibi visus reperire opportunitatem, Drosillæ cervici inni-
 xus, bonamque ridens Maryllidem, labellis ferme conglu-
 tinatis osculorum satietatem non capiebat.

At surgens Cleander statim aniculam erexit, veritus,
 puto, ex anteaetis, ne quid illi excideret quod etiam pejus
 oleret, vel infringeret caput: tristem nacta benigni
 hospitii mercedem, calvariae acuto non sine dolore fractu-
 ram.

Quæ quum sedisset « O liberi » inquit « per Deos, dictis
 « advertite meis animum.

« Ex quo pulcher Maryllidis filius Chramus abiit ad
 « plures (hicque nunc octavus vertitur annus), non rise-
 « ram, non saltaveram.

« Hoc quod fuit lætitiæ meæ boni vos consulite; nam et
 « senex, aiunt, errabundus inter pueros currit.

Cui hospites: « Per tuum, Maryllis optima, filium, nos
 « suaviter excepisti multisque aliis, tum potu ciboque;
 « saltatio vero tua, et motus et disciplina lepidissimi, vali-
 « diusque pedum tripodium, et vivida, obliquata, agilis
 « mobilitas, plus nobis quam cibus potusque placuere,
 « plus quam opipara mensa, pocula plus quam plenissima.

« Et revera nihil, mater, fecisti insolentius; nos autem,
 « licet ter senes essemus, tecum indulgere genio et jocu-
 « lari non vereremur, in tanta Deorum adversus nos beni-
 « gnitate. »

Talia aniculæ dixerunt juvenes; mensaque remota, Clean-
 der somno se dedit, anusque pariter petivit lectulum.

BIBAIION H.

Ὁ γοῦν Χαρικλῆς χεῖρα δοῦς τῇ παρθένῳ
 εὐθύς μετ' αὐτῆς ἦλθεν εἰς τὸ κηπίον
 ἐγγύθεν ὄν· προβάς δὲ μικρὸν, ἰστόρει
 τὰ δένδρα, τὴν ὀπώραν, ἄνθη, ποικίλα,
 5 καλὸν τι χρῆμα τοὺς ὀρῶντας ἠδύνον.
 Καὶ δὴ συνιζήσαντες ὑπὸ μυρθίνῃν,
 συνῆλθον ἄμφω πρὸς λόγου κοινωσίαν.
 Καὶ « Τίς, φίλον μέλημα, » Χαρικλῆς ἔφη,
 « ὄν εἶπε Καλλίδημον ἢ γραῦς ἐν πότῳ;
 10 « Μή σου κατηξιώτο βασιάνῃ τύχῃ
 « κατατρυφῆσαι καλλονῆς ἀσυγκρίτου,
 « δεινὸς βιαστής καὶ τύραννος ὠμόνους;
 « Μή τις τὸ πῦρ ἔβρασεν ἐγκατασθέσαι,
 « ὃ πρὸς Χαρικλῆν ἔσχε ἐν ψυχῆς βάθει;
 15 « ὦ, ὦ ποθεινὸν ὄμμα, μὴ σύγκρυπτε τι·
 « πρὸς γὰρ Χαρικλῆν ἐξερεῖς, οὐ πρὸς ξένον. »
 « Πῶς εἶπας; Εὐφρήμησον, » ἀνταπεκρίθη
 πρὸς τὸν Χαρικλῆν ἡ Δρόσιλλα παρθένος,
 « ἄνερ Χαρίκλεις· ναὶ γὰρ εἰ σὺ καὶ μόνος
 20 « ἀνὴρ ἐμὸς καὶ τοῦτο μὴ ψευδὴς λόγος.
 « Πηρεσφάλη σοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ κρίνον
 « ἐκ τῆς περισχούσης σε μακρᾶς ἀνίας·
 « καὶ γὰρ παρακόπτουσι λῦπαι καὶ φρένας.
 « Ἦ γὰρ, πάτερ Ζεῦ καὶ θεῶν γερούσια,
 25 « εἰ μὴ Δρόσιλλα μέγρι καὶ νῦν παρθένος,
 « τὸ πρᾶγμα πάντως ἐξελέγξει καὶ μόνον.
 « Οἷος λόγος, κάλλιστε Χαρίκλεις ἄνερ,
 « τὸ τῶν ὀδόντων ἔρκος ἐξέφυγέ σου!
 « Ἐρῶ δέ σοι· καὶ μάρτυς ἔστω τοῦ λόγου
 30 « ὁ τοῦ Διὸς παῖς, ὃς πρὸ τῆς γῆς καθ' ἕπνον
 « ὀηλοῖ παραστάς κειμένη κοιμωμένη
 « τὴν σὴν κατασκῆνωσιν εἰς Ξενοκράτους,
